H Scdo sibi flectūt genua oīa terrestria. i. oēs generatiōes. et q pcesserūt: et que sunt et que venture sunt eā adorabunt et eius nomen venerabantur. sicut ipsa inquit Luce. j. Ecce enim ex hoc beatā me dicēt oēs generationes. Tertio flectūt sibi genua oīa infernalia. i. demones. qui velint nolint ipaz adorant et ad eius noiationem pauēt et tremunt. Unde dicit sanctus Gerardus eps et martyr in quodā sermone inuite q infernus beate marie vlulat et pcacissimi demones clamant. Sm enim Papiā dña interptatur dans minas et ipsa inimicis humani generis dominans minas infert. Item sm Catholicon interpretatur domina. i. domās manus. et ipsa domat demonū man⁹ et potestates. ideo eam timent et reuerentur. Beate igitur virginis optimū est dominium qd nullius plationi est obnoxium. et nulli creature est subditū. Ut enim inqt beat⁹ Bernardinus sermone. iij. de noīe vginis. mr dñi oīs creature effecta est dña oīs creature: quod enim subijceretur creature q mr effecta est creatoris. Ideo merito dici pōt ad quālibet creaturaz illud Gen. xvi. Reuertere ad dñam tuā. et humiliare sub manu ipsi⁹ que verba dicta fuerūt Agar de sara. qppe ipa virgo hec est sara q princeps interpretatur. q verū genuit Isaac. i. filiū dei in cui⁹ semine benedicte sunt oēs gētes p quē oīs creatura principatū habuit. hec ille. Qui etiā ibidem ait. q hec dña nulli⁹ adiutorio est innixa cū ab eterno rege fuerit sustentata et figurata fuit p Hester. que a regis asueri vlnis est sustentata. Hester. xv. Hester autem eleuata in pplis interptatur. et merito significat vginē benedictā. dñam oīm populorum de q admirantur angeli dicentes Cant. vij. Que est ista q ascēdit de deserto delitijs affluens innixa sup dilec. suū. Ipsa ergo hz filiū suū in q sunt oīa bona recōdita sm dictum apo. ad Ro. ij. et ideo qn eū perdidit in templo poterat dicere cum ioseph illud Tob. x. oīa simul in te vno bona habētes nō debuimus dimittere te. De ipsa ergo domina dicere possum⁹ illud Sap. vij. oīm bonorum mr est. Quia igitur magne dñe magna dona largiuntur. sicut de Asuero rege. dr Hester. ij. q dona largit⁹ est iuxta magnificentiā principalē. Ideo hec domina nra: vt Ber. i quodā sermone ait. inuocātib⁹ eā subuenit vniuersis et omnibus misericordie sinū aperit vt de plenitudine ei⁹ accipiāt vniuersi. Ipsa enim adiuuāte filio oīa vasa vacua oleo leticie et mie implet: vt mystice fuit descriptum ij. Reg. x. Hec est regina saba que preciosa aromata. i. virtutū munera attulit in hierusalem. i. i ecclesiam sanctā et nō sunt alia

I

ta tā multa ꝛ p̄ciosa aromata sicut illa que dedit regina saba salomoni.i. Maria filio dei.vt mystice dr.iij.Re.x.ca; Quoꝝ porti unculā nobiscū communicare dignet ipsa munificētissima atq; liberalissima dña cuius nomen sacratissimū sit bn̄dictū in secula seculorum. Amen.

De eiusdem illibate virginis nominatione. Sermo. iij.

Hoc est nomen

ei⁹.Luc.j.inqt sctūs Ber.in sermone.j.de noīe v̄ginis.

b Da mihi gl'iosa v̄go maria v̄tutē.ingeniū.ꝛ sermonem vt fidelib⁹ deuotis tuis nūciare valeā gl'iā noīs tui.nō quātū est aut quale.s; vt tātillū ego paruul⁹ tu⁹ de laudib⁹ tuis immēsis enūciē ad gl'iam tuā ꝛ deuotionē meā ꝛ solamē oīum me audientiū.Quippe interp̄tatione sua marie nomē sonat illuminationem.amaricationē.ꝛ dn̄ationē nec immerito nō vnā tm̄ noīs habet interp̄tationes nullū em̄ nomen vnu; puto v̄ginis gl'iam posse enūciare.Maria ergo non vnam tm̄. sed multiplicē iterp̄tationē h;.vt sicut deū ipm non vno tm̄ noīe nominamus: s; multis.vt sic eius incomp̄hensibilitatē enunciemus.sic ꝛ gl'iosa; v̄ginē multis nominibus designam⁹.ꝛ nūc lucē:nūc solē ꝛ hmōi nominare solemus.vt sic ad sublimitatem eius cognoscendam aliquantulum ptingamus.Immensitas quippe glorie eius oīs humani sermonis excedit inopiā.proinde forte nō noīauit eā angel⁹ volens poti⁹ venerari silētio qđ nō potuit exprimi eloquio hec ille.Si em̄ terrenis ac tp̄alis imperator multis noīb⁹ nuncupaꝫ vt ei⁹ magnanimitas ꝛ excellentia demōstreꝫ. vt p; in p̄emio insti.ꝛ.ff.Multo magis regina ꝛ imperatrix celestis diuersis d; nuncupari nominib⁹.Sed de vno tm̄ breuitatis cā hic pertractabim⁹.Sciēdū est ergo ꝙ huius tam p̄clarissime v̄ginis nomen qđ Maria nuncupatur:inter alias quinq; demonstrat.ei⁹ excellentias.quarum

Impatoris multa noīa.

Prima dicitur maternalis.
Secunda arcadialis.
Tertia regalis.
Quarta imperialis.
Quinta ꝛ vltima appellaꝫ augusta'lis.

De prima excellentia nominis marie q̄ dr maternalis.

Hoc nomen Maria q̄nq; alias excellētias demōstrat ipsi⁹ beatissime dn̄e nr̄e q̄ incipiunt ab vna lrarū suarū. Per M em̄ significaꝫ ꝙ ipa est mr̄ vniuersorū.iuxta illud Sap.vij.oīm em̄ bonoꝝ mater est.Qđ Albert⁹ sup missus est. exponit de beata v̄gine dicēs ꝙ ipa est mater oim. q: vnū hoīem genuit.i.xpm.ꝛ oēs regenerauit.peperit em̄ filiū suu; primogenitum corporaliter.alios aūt oēs sanctos spūal'r. Ipse enim iesus nō cōfundiꝫ electos suos vocare fratres p psalmistā dicēs. Narrabo nomen tuū fratrib⁹ meis.quā autoritatem allegat Paulus ad Hebre.ij.nā per conceptū eius ꝛ partū ex ipsa virgine possumus de illo dicere illud Gen.xxxvij.s.caro ꝛ frater noster est.vt sit ipse primogenitus.s. dignitate ꝛ sanctitate in multis fratrib⁹.i.in oībus sanctis.vt ait apl's ad Ro.viij. Oīm igiꝫ sanctoꝝ quos per spirituale; gratiam mediante v̄gine regenerauit de⁹ dr mater ipsa virgo immo etiā āgeloꝝ dr mater ꝫm Albertū vbi.s.q: ipa mediante eoꝝ restaurata est ruina.s; de hac excellentia materni tatis hic ptranseo.q:.s.in.ij.pte hui⁹ opis ser.ij.parte vl.satis copiose declaraui quō v̄go benedicta est mater nostra. q̄ veritas pōt p̄bari p illud Esa.vl. Nunq̄d parturiet terra in vna die.aut pariēꝫ gēs simul.Constat enim ꝙ nō queriꝫ de terra ꝫm lrām.q: stulta esset q̄stio.ergo itelligiꝫ de terra ꝫm figurā.i.de beata v̄gine q̄ terra appellaꝫ. vt patuit.s.pte.ij.hui⁹ opis.sermone.iij.parte.j.Ipsa enim simul peperit oēm gentem modo p̄dicto.immo etiā oīs creature maꝫ dr.vt p̄bat Albert⁹ ibide;.q: quicq̄d est cā cause:est causa causati.vt ait p̄hs in lib.de causis.s; virgo maria fuit origo ꝛ cā p̄ductiua filij dei q̄ inquantū de⁹ est cā ꝛ origo oīum creaturarū tā rōnaliū q̄ irrōnaliū ꝛ insensibiliū.iux illud Deuꝫ.xxxij.Ipe enim est pater tuus qui possedit ꝛ fecit ꝛ creauit te.ergo ipsa mater dei est mater oīm creaturarū.ꝛ nō solū rōne creatiōis. sed etiam rōne innouatiōis quā expectāt fieri per filiu; eius.iuxta illud ad Rom.viij. Omnis creatura ingemiscit ꝛ pturit vsq; adhuc expectans reuelationem filiorum dei: quia ꝛ ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. O igiꝫ mater nostra venerāda. cū maxima sit affectio matris erga filium.l. videam⁹.

Mater vniuersorum.

K

vbi glo.ff.de in litē iurā.ꝑpterea credēdū est ꝙ tu nos filios tuos intime diligis. Et cū mater nō possit nec debeat obliuisci filij sui.vt inq̄t Seuerinus papa.in.c.ad romanā eccl'ia3.ij.q.vj.vbi dicit glo.ꝙ non p̄sumit aliq̄ esse mater nisi diligat filiū.c.afferte.de p̄sump.Profecto tu dilectorꝝ filiorū3 tuorꝝ q̄ sum⁹ nos obliuisci nō potes:sed de nobis cōtinuā memoriā habēs necessitatibus nostris subuenire nō cessas.Si em̄ vt inq̄t Statius.x.Thebai.plis amor crudelia vicit pectora:nō est dubitandum ꝙ pectus tuū piissimū3 ad prolem tuam diligēdā tua viscerosa pietas constringit.

Z Arca thesaurorum.

De scḋa excellentia que d̄r arcadialis.

p Er A. que est secūda littera nominis virginei significat̄ ꝙ btā virgo est arca thesaurorum dei q̄ figurata est in arca tabernaculi de qua dixit dn̄s ad moysen Exo.xxv.ca.Fac tibi arcā de lignis sethim q̄ arca deaurata erat intus ⁊ foris ⁊ erāt in ea manna.tabule legis:⁊ virga aarō que frōduerat. Ligna sethim de quib⁹ fabricata erat arca sunt ligna imputribilia.⁊ significat thesaurum virginitatis in summo qui fuit in Maria.Castitas est em̄ ille thesaurus de quo ait aplus.ij.ad Cor.iiij. habemus thesaurum in vasis istis fictilibus.i.corporib⁹.nā in angelis qui nō habent corpus v̄ginitas nō est ꝓprie v̄tus. quia hoc habēt a natura nō a pugna cū gratia.facit ad hoc glosa in.l.j.ff.de cap.⁊ postli.re.dicens.ꝙ firmior virtus est que venit a pugna.est aūt tāti valoris iste thesaurus. vt dicat sapiēs Eccli.xxvj.Nō est digna ponderatio aie cōtinentis.Tantū aūt ponderat v̄ginitas vt sola sit potēs repr̄esentare aīas deo.vt inq̄t imperator i aut.de leno.§.sancimus.hic aūt v̄ginitatis thesaurus si semel amittit̄ nunq̄ recuperatur quoad premium aureole.xxxij.q.v.c. si paulus.et hoc etiā inq̄t Ysid.in lib.de sum.bo.⁊ beatus Tho.ij.ij.q.clij.⁊ in quinto suo quodlibet.q.iij.Ista aūt arca est aurata intus ⁊ foris q: plena est charitate.auru3 em̄ quia p̄ciosus est alijs metallis:significat charitatē que est maxima virtutu3 qua erat maria circūdata in conuersatione exteriori et actione interiori.Vn̄ de ipa dici pōt illud iij.Regū.vj.Nihil erat in templo quod nō auro tegeret.Ad opa aūt ipsius charitatis xp̄s hortabat̄ discipulos Mat.v.c.dicens Thesaurizate vobis thesauros in celis faciēdo sc3 opa charitatis. In hac arca est thesaurus suauissime mie designate p mānna.quē thesaurū postulabat Moyses populo suo dicens Numeri.xx.Aperi eis dn̄e thesaurū tuū fontē aque viue sc3 misericordie ⁊ gratie.vnde et mater mie virgo maria d̄r.Est etiam in ea thesaurus sapiētie significatus p legē in arca positam. de quo d̄r Sap.vij.Infinit⁹ thesaurus est hoibus sc3 sapientia.de qua etiā inq̄t iurisc̄osult⁹ in.l.j.in princi.ff.de vari.⁊ extraor.cog.ꝙ nō pōt p̄cio numario estimari. cui⁹ verba lic3 referant̄ ad sapientiam iuris ciuilis.tū etiā intelligi debēt de sapientia diuinarū3 rerū imo multo magis. Si ergo sciētia ciuilis non p̄mittit aliquē in paupertate viuere nec in necessitate mori vt ait imperator in aut.de here.⁊ fal.§.vl.col.j.multo minus thesaurus diuine sapientie.econtra v̄o de non habētibus hunc thesaurū dicit Aug. in epigrāmatibus prosperi epigrammate lxxiij.In magna egestate sunt diuites sapientie thesauros non habētes.His autē3 thesauris in summo plena fuit beatissima virgo maria.Nam nulla creatura pura habuit tanta3 cognitionem de diuinis rebus ⁊ ptinētibus ad salutem sicut ipsa.que fuit magistra apostolorū ⁊ euāgelistarū ad docendū eos de mysterijs christi.vt inq̄t Hieronymus in sermōe ad Eustochiū. Nec mirum si thesaurū immēsum sapiētie habuit cū in ea xp̄us requieuerit in quo sunt oīs thesauri sapiētie ⁊ sciētie dei s̄m apl'm ad Col.j.et qui christū nouit thesaurū sapientie ⁊ scientie nouit.vt ait Amb. cuius sentētia ponit̄ in.c.Legim⁹.in fi.xxxvij. disti. Est etiā virga iā arca designans potestatē et dn̄ium eius de quo.ō. diximus in sermōe p̄cedenti parte vlti.Arca aūt ista seruabatur in tabernaculo vt res preciosissima. et ita btā virgo in tabernaculo eccl'ie siue cordis nostri est venerabiliter ⁊ cū deuotione maria recolēda ⁊ cōseruāda. In ista etem̄ arca deus nō solū posuit thesauros sapientie sue.vt etiā scriptu3 est Prouerb.ix. vbi dicit̄.Sapiens mulier edificat domū sua3 idest gubernat sanctā eccl'iam.⁊ thesaurū pietatis ⁊ bonitatis.Unde ipa inq̄t Eccli.xxiiij.Transite ad me oēs qui ɔcupiscitis me.⁊ a gn̄ationib⁹ meis adimplemini:sed etiam in ea collocauit thesaurum potentie sue ideo ipsa Eccli.xxiiij.ait.In hierusalē

N Maria potest.

potestas mea. et certe potentiā magnā ī ciuitate sup̄na h3 btā v̄go. Cōsueuit aūt q̄s penes aliquē regē habere magnum posse: aut rōne parētele: aut rōne grē inuēte aut rōne bn̄ficētie. et ista triplici de cā btā v̄go apd̄ celestē regē obtinet magnū posse. Primo rōne parētele q: sc3 est mater reg. Un̄ Bern̄. in quodā s̄mone ait. Nō de est ptās: q: ē mater oīpotētis. nec volūtas q: est mr̄ mīe. nec industria q: est mat̄ sapīe. De hac aūt cā potētie v̄ginis habet̄ figura. iij. Regū. ij. vbi dic̄ Salomon Bersabee mr̄i sue Pete mater mea. neq3 em̄ fas est vt auertā faciē meā a te. Scd̄o habet posse rōne grē inuēte: q: inuenit gratiā apd̄ deū: vt ei dixit angel9 Luce. j. Un̄ Bern̄. sup missus est ait. Maria d̄r grā plena: q: deo angelis et hoīb9 est grata. Deo p hūilitatē. angelis p v̄ginitatē. et hoīb9 p fecunditatē. Tātā aūt gratiā apd̄ deū inuenit q ipam ab eterno amauit et a p̄ncipio mundi p omēs etates quesiuit et tandē sibi despōsauit. De his tribus d̄r Sap. viij. hanc amaui et exquisiui a iuuētute mea: et q̄siui eā mihi spōsam assumere. Tantā quoq3 gratiam apd̄ deū inuenit q ipa3 p Eua regnare fecit. De quo in figura d̄r Hester. ij. adamauit eā rex sup oēs mulieres: hūitq3 gratiā et mīam cū rege et imposuit dyadema regni ī capite ei9: fecitq3 eā regnare p vasthi. i. p Eua. Tantūq3 eius amorē concepit q oēs eius petitiones exaudiuit. vnde vbi. s. dicit̄. Si inueni gratiam in oculis tuis o rex. da mihi aīam meā p qua rogo et populū meu3 pro quo obsecro. Et rex sibi oīa cōcessit. Tertio habet magnū posse ratiōe bn̄ficentie. i. ob sequioꝝ que sibi exhibuit. De quib9 scr̄us Odilio in quodam sermone inq̄t. Ipsa dei genitrix oē tēpus dn̄ice infantie pueritie et adolescētie cū i lo degit. et obsequio materne dilectiōis vt vera mater x̄o filio ministrauit. et Augu. in sermone de annunciatione ait. Lacta maria creatorē tuu3 panē celi: preciū mūdi prebe lambēti mamillam vt ille pro te patienti p̄beat maxillas. Tu illi tēporalē ministra substantiā: vt ipse nobis et tibi vita3 tribuat sempiterna3. Lacta qui fecit te vt ipse fieret in te. Quia ergo btā virgo talia obsequia xp̄o prestitit. ideo apud ipm potentiā magnam p̄meruit. Quāobrem merito arca testamenti appellari debuit in qua omnes thesauros suos omnipotens deus collocauit.

De tertia excellentia nomīs virginalis que dicitur Regalis.

O Regia celo3

T Ertia lr̄a huius noīs est R. per quā signif̄icat̄ q ipa ē regia celorum et toti9 orbis. de q̄ pphā inquit ps. xliiij. Astitit regina a dextris tuis etc. vbi commēdat hāc reginā de sex p̄rogatiuis. Primo a p̄rogatiua excellētis pulchritudīs cū in eode3 psalmo inq̄t. Oīs glīa ei9 filie regis ab intus. Nō em̄ multū curauit de pulchritudīne faciei exterioris. l3 vt. s. diximus in pte precedēti huius operis. sermōe. iiij. et etiā sermone vltimo fuerit pulcherrima. Sciebat em̄ q vt d̄r Prouer. vlt. Fallax gratia et vana ē pulchritudo. s3 curauit de pulchritudine faciei interioris. Iō dicit. Oīs glīa eius etc. pulchritudo autē faciei sicut dicit Augu. in lib. de trini. est qn̄ ipsa facies est decēter colorata. hilariter affecta. et bn̄ proportionata. Charitas aūt fecit aīa3 v̄ginis coloratā que significat̄ p aurū quo induta est ipa regina. Finalis v̄o pseuerātia fecit ipam bene letā vt cū magna leticia aīa ei9 de mundo recederet q̄ in bonis operibus vsq3 in finē pseuerauit. Unde de pseuerātibus dici pōt illud Esa. lv. In leticia egrediemini. diuersitas aūt v̄tutum fecit aīa3 ei9 bene pportionatam. Ista ergo tria que fuerūt in btā virgine fecerūt aīam ei9 valde pulchrā. ideo subdit̄. in fimbrijs aureis Ipsa em̄ habuit finalem pseuerantiā: que notat̄ p fimbriā. que est finis vestimenti: habuit etiam charitatem: que notat̄ p hoc q illa fimbria d̄r fuisse aurea. habuit etia3 pportionalitate3. quod signif̄icat̄ per hoc quod d̄r. circūamicta varietate. i. virtutu3 diuersitate. nam magnitudini fidei correspōdebat magnitudo spei. et magnitudini spei correspōdebat magnitudo charitatis et magnitudini charitatis correspondebat magnitudo opis. Habuit ergo magnam fidē de qua Lu. j. d̄r illi. Btā q̄ credidisti etc. habuit magnā spē. vn̄ Eccli. xxiiij. appellatur mater scē spei. magna3 q3 charitatem habuit intantū q pre nimia charitate languebat. Unde Cant. v. c. dicebat. Nūciate dilecto: q: amore lāgueo. Magna q3 et fortia opa fecit. et iō de ipsa d̄r Prouer. vltio. manū suā misit ad fortia. Secūdo commendatur ista regina de vestium preciositate. cū dicit̄. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.

P Preciositas vestiū manifeste.

que vestiméta itelligunt aut put habuit i mundo. aut put habet i celo. Nã in mũdo existẽs habuit vestimẽtũ deauratũ.i.corp⁹ incorruptũ ⁊ illibatũ. aĩam ỽo habuit circũdatã varietate.i.oĩum ỽtutũ diuersitate vt ipa testat Eccli.xxiiij. Uel possunt etiã intelligi vestiměta illa put nunc hꝫ i celo. hꝫ em̃ vestimẽtũ deauratũ.i.corp⁹ glia im mortalitat idutũ ⁊ circũdata varietate.i. oĩm sanctoꝝ numerositate q̃ ipam circundant: venerant ⁊ laudant. Tertio cõmẽdat ista regina de spõsi nobilitate cũ dr: cõcupiscet rex decorẽ tuũ. vbi etiã ostẽdit q̃ magne sit excellẽtie ille sponsus: qꝛ ipse est dñs deus tu⁹. ⁊ quãte sit reuerẽtie: qꝛ oẽs adorãt eũ. Sicũt ergo regina regnũ gubernat: sic btã ỽgo qñ rex xp̃s p mortẽ se absẽtauit eccl'iam dei in illo triduo rexit: qꝛ fidẽ illibatã seruauit. Silr qñ rex xp̃s ad celũ ascẽdit ipa tanq̃ regina eccl'iam gubernauit: qꝛ toti⁹ eccl'ie magistra pmãsit. Silr qñ rex xp̃s alicui faciẽ suã abscondit: tunc ipsa regina mĩam suã maxime ostendit qñ hõ ad ipsam cũ deuotione cordis recurrit. Jõ illud qd vane mulieres dixerũt d luna nos exponere possum⁹ d ista regina. qd hr̃ Diere.xliiij.s.sacrificem⁹ regine celi.⁊ libem⁹ ei libamina sicut fecim⁹ nos ⁊ p̃res nr̃i ⁊ faciam⁹ ei placentas ad colendã eã. Nã ex eo tpe quo cessauim⁹ sacrificare regine celi indiguim⁹ oĩbus ⁊ gladio ⁊ fame consumpti sum⁹. qñ autẽ sacrificauim⁹ ei satu rati sum⁹ panib⁹ ⁊ bñ nobis erat malumq̃ nõ vidim⁹. Quarto cõmendat ista regina ab odoris suauitate cum dr: Myrrha ⁊ gutta ⁊ casia a vestimentis tuis ⁊c. vbi dicit glo. his aũt aromatibus odor ỽtutum significat q̃ odores nuptiali gaudio adhibent vt ĩ nuptijs fieri solet habẽt autẽ iste spẽs aromatice has ppetates. vt dicit gl. ibidẽ. qꝛ myrrha est amara ⁊ cõseruat carnem a putredine. ⁊ vermes expellit. ⁊ ideo myrrha significat carnis mortificationem que lꝫ sit carni amara. tñ cõseruat a putredine luxurie. ⁊ expellit ỽmes male concupiscentie. Gutta expellit oẽs inflaturas ⁊ tumores. ⁊ iõ significat hũilitatẽ q̃ cordis elationes curat et dissoluit. Casia in aquosis locis nascit ⁊ crescit: significat pietatẽ que nascit in cordibus illoꝝ q̃ sunt cõpassibiles ⁊ deuoti. De his spẽb⁹ aromaticis ⁊ de alijs tractatur in.l. fi. §. spẽs. ff. d publica. Jste igit tres spẽs aromatice, scꝫ Myrrha

Ordo suauitatis marie.

castitatis. Gutta humilitatis. ⁊ Casia pietatis in maria fuerũt q̃ magnũ odorẽ fecerunt deo angelis ⁊ hoibus. Jste autẽ tres spẽs aromatice spirabãt odorẽ a vestimẽt eius ⁊ domib⁹ eburneis. vestis em̃ fuit ipsa ỽgo que xp̃m vteri sui vestimento vestiuit et circũdedit. Juxta illud Dañ.ix. Antiqu⁹ dierũ sedit. vestimentũ eius albũ sicut nix et illud Diere.xxxi. Nouũ faciet dñs super terrã. femina circũdabit virũ. Domus qꝫ ipsius virginis fuit eburnea qꝛ fuit castitate decorata. Jn ebore enim castitas designat. qꝛ elephas est aĩal castum et nature frigide. vt dicit in li. de ppꝛietatibus rerũ. Quito cõmendat ista regina a domicillarũ siue adolescẽtulaꝝ famulatu. solẽt em̃ regine habere domicillas q̃ sibi famulant et seruiũt ⁊ quãto subdite sunt nobiliores tãto dñe earũ sunt digniores. §. generalit. in aut. de digni. coll. vi. Jsta igit dña regina nostra hꝫ tria genera famularũ. prime famule sunt filie regũ de q̃bus dr in eodem ps. delectauerũt te filie regũ ĩ honore tuo. scd̃e sunt filie Tyri. de q̃bus subdit et filie tyri in munerib⁹ vultũ tuũ depcabũt oẽs diuites plebis. tertie sunt ỽgines de q̃bus subdit. Adducunt regi virgines post eam. Tres em̃ sunt stat⁹ mulierũ q̃ ipi ỽgini seruiũt. s. bone vidue q̃ significant p filias regũ. qꝛ ipe corpus suũ in castitate ⁊ mundicia bene regũ. Alie sunt ꝯiugate q̃ significant p filias tyri. Tyrus em̃ interptatur angustia. ⁊ significat ꝯiugatas q̃ multas in mũdo ãgustias patiunt. siue in tolerando virũ qñ est nimis austerus. siue in pariendo filios ⁊ educãdo ⁊ nutriẽdo eos. siue in alijs necessitatib⁹ pcurãdis. iuxta illud .j. ad Coꝛ. vij. tribulationẽ ⁊ dolorem cordis habebũt hmõi. Tertie sunt virgines q̃ votum ppetue castitatis post ipam emiserũt qꝛ ipa prior oĩbus emisit. Filie igit regum. i. bone vidue suã reginã delectant. s. beatam ỽginẽ. qñ se in mũdicia ⁊ castitate ꝯseruãt: Filie tyri. i. bone ꝯiugate sibi munera offerũt: qñ opibus miscdie intẽdũt. ⁊ in suo cõiugio ordinate viuũt. ỽgĩes aũt post ipam adducunt: qñ illã in ỽginitate et mũdicia imitant. Sexto cõmendat ista regina a plis fecũditate cũ in eodẽ psalmo dr: pro patrib⁹ tuis nati sũt tibi filij. ⁊ pñt ibi vocari tãs matres ipsi pñarche vel pphete vel iudei in rie. fideles a q̃bus ipa originẽ duxit. Filij autẽ vocari pñt vel ỽgines vel apl'i vel deuoti

Q

Famule marie.

R

Fecũdi

xpiani. Est ergo sensus. p pribus tuis nati sunt tibi filij. i. p priarchis qui fuerũt con iugio seruiẽtes. nati sũt tibi filij. i. vgines piugia cõtemnẽtes vel p pribus tuis. i. p phetis qui xpm venturum pdixerunt. nati sunt tibi filij. i. apli qui xpm incarnatũ vi derunt. et eius euãgeliuz pdicauerũt. vel p pribus tuis. i. p iudeis infidelib9 qui xpm psequunt nati sunt tibi filij. i. boni xpiani qui xpm vera fide cõfitent. Sequit. Constitues eos principes super oẽm terrã. Cõstituunt aũt primi filij. i. vgines super omnẽ terraz qñ sup oẽs sensus sui corpis dñant. Scdi filij. i. apli sup oẽm terrã cõstituunt qñ conculcant terrena et se ad celestia subleuant appetẽda. Tales em oia possident. vñ quidã sapiens inqt. Qui oia cõtemnit: oia possidet: q: oia sub pedibus hz: et oib9 pest oibusq dñat. ideo apls. ij. ad Cor. vi. inqt tanq nihil habẽtes: et oia possidẽtes. Tertij aũt filij. i. boni xpiani sup oẽm terrã cõstituũt qñ terrena oia bene et laudabiliter administrant. omnia delectamenta que de terrenis pcipiũt in dei gliam referũt. sicut faciebat imperator Julian9. vt in. l. in noie dñi. C. de offi. p. af. et in. l. f. C. de ve. iu. enu. et in aut. de armis in prin. col. vi. et similr agebat btũs Frãciscus de q canit ecclia in officio eius. Quicquid in rebus repperit delectamẽti regerit i glioz factoris. Tales boni xpiani dicunt deo illud ps. xvij. Sup omnem terram gloria tua.

De quarta excellentia virginalis nominis que dr imperialis.

Per quartã lrãm. s. J. denotat q btã vgo est imptrix celi et terre. et hoc pmo: q: ipa genuit celestẽ impatorem. et iõ põt ab eo petere qcqd vult et obtinere. qd figuratũ fuit. iij. Reg. ij. vbi mr salomonis dixit ei. petitionem vnã peto a te me cõfundas faciẽ meã. tunc em faciẽ suã pfunderet qñ illud qd peteret denegaret. Si ergo ipe rat filio rõne maternalis iurisditõis q fuit subdit9 illi. vt hr Lu. ij. Multo magis ipe ratiõibus creaturis filio suo subiectis. facit. l. de accessionib9. ff. de diuer. et temp. p. Est qz imperatrix q: est filia celestis imperatoris. ideo illi inqt ppheta ps. xliiij. Audi filia et vide etc. est etiã imperatrix. q: eterni imperatoris est sponsa. de quo dr Jo. iij. ca. Qui habet spõsam sponsus est. Qñ vo deus illi tradidit imperiũ orbis et omnium cõtentoz in eo: dixit ei illud qd habetur. s. Enei. His ego nec metas. rerũ nec tpa pono. imperiũ sine fine dedi. et ideo istã tã excellentẽ imperatricẽ debemus oẽs diligere et reuereri pter rõnẽ quaz ponit Uegetius i. ij. li. de re militari. c. v. dicẽs. Maiestas impatoris sm deũ humana diligẽtia est excolẽda. et ei cũ Augusti nomẽ accepit tanq pñti et corporali deo fidelis est pstanda deuotio. impẽdendusq peruigil famulatus. Deo em vel priuat9 vel militaris seruit: cũ imperatori fideliter seruit. cũ fideliter eum diligit qui deo regnat autore. Hec ille. Cuiusmodi ẽ imperatrix nostra que a deo suũ recepit imperiũ: Hui9 aũt impatricis dignitas ostendit ps. xliiij. dũ dr. Astitit regina a dextris tuis etc. Et primo quãtum ad locum: q: sedet a dextris filij. qd figuratũ fuit. iij. Reg. ij. vbi Salomon fecit poni thronũ mris ad dextrã suã fecitq eã in eo sedere. Scdo. eius dignitas ostẽdit quo ad habitũ cum dr. in vestitu deaurato. et de hoc habet Apoc. xix. vbi dr. venerũt nuptie agni. et vxor ei9 pparauit se. et datũ est illi vt cooperiret se vestimento byssino splendẽte et candido. et Prouer. vlt. dr. Byssus et purpura indumentuz ei9. Tertio quantum ad obsequium famuloz cum dr circundata varietate. s. angeloz et sanctoz qui omnes beate virgini tanq sue imperatrici famulant ipsamq continue magnificãt. De famulatu aũt angeloz dicit sanct9 Berardus epus in quodaz sermone. Dñs noster iesus xps matrez suã magnificat. q angelicis est stipata choris. archangelicis vallata turmis thronoz hincinde possessa iubilationib9. dñationũ circũcincta tripudijs. pncipatuũ circũspecta obsequijs. potestatũ amplexata plausib9. vtutũ gyrata honorib9. cherubin circũstãtiata hymnificationib9. seraphin vndiq possessa ineffabilibus cãtationib9. Qualr autẽ ceteri sancti eidẽ famulent declarat pdictus sanct9 in eodem sermone dicẽs. Apostoloz splendidissimus ordo ineffabili laude illam extollit. Martyrũ exercitus supplicat domine sue. Confessoz multitudo innumerabil continuũ sibi psonat canticũ. vginũ candidissima cõtio iugẽ choreã ad suaz celebrat gliaz. Hec aũt serenissima imperatrix mittit angelos in ministeriũ. et eis secreta palatij cõmittit. Unde Beda in quodam sermone inqt. Persuadet immo cõpellit nos

celsitudo tua credere ꝙ in regno filij tui o
brã ꝟgo maria ita impiose pncipalis: vt ꝑ
angeloꝝ misteria tuis semꝑ deuotꝭ subue-
nias. Si em̄ angelus angelū mittit: cōfidē
ter dꝫ credere xpiana deuotio ꝙ impatrix
angeloꝝ tāto magꝭ hꝫ angelos ad obsequꝫ
quāto differētius p̄e illis nomē heredita-
uit. Si em̄ Josue dux ppli isrl' iussit solem
stare: quō nō oīa sydera ad nutū impatricꝭ
obediant? Si cherubin ꝛ seraphin de fonte
bibētes iferiorib⁹ āgelꝭ qdā arcana reuelāt
quāto magꝭ gl'iosa ꝟgo de occultis filij sui
Z amplexu ei⁹ degustata mysteria angelis co
piosi⁹ effundit? Hec ille. Tāte aūt auctis
in celesti palatio est ista impatrix ꝙ oībus
alijs scīs itermedijs omissis ad ipaꝫ lꝫ ab
oī grauamie appellar̄. lꝫ ei ꝯm iura ciuilia
debitū mediū seruet in appellatiōib⁹. l. im
peratores. ff. de appel. reci. tū in ipa seruat̄
stil⁹ iuris canonici. quo omisso q̄libet me-
dio appellat̄ ad summū pontificē c. si duo
bus. ex de apel. Quilibꝫ ḡ pōt ad eā appel
lare. Vn̄ de ipa dicere possum⁹ illō qō scri
ptuꝫ est in. c. ad romanā. ij. q. vi. vbi dr̄. Ad
eā ab oīb⁹ oppssis est appellādū ꝛ ꝯcurren
dū q̄si ad mr̄em: vt ei⁹ vberib⁹ nutriant̄ au
toritate defēdant̄. ꝛ a suis oppssorib⁹ rele
uent̄: q: nō pōt nec dꝫ mr̄ obliuisci filij sui
Cōsideret igit̄ vnusq̄sq; appellet ad ipam
siue grauet̄ a diabolo: siue ab aliq̄ tyrāno: si-
Theophilus ue a corpe ꝑpō. aut a diuia iusticia Pri'o lꝫ
appellare a diabolo sic fecit theophil⁹ qdā
q: vt scribit̄ in miraculꝭ eiusdē ꝟgis: ab epo
suo a vicednatu depositꝰ: i tantā desꝑatio-
nē cecidit. ꝙ diaboli se ꝯuū fec. ꝛ de sua ser
uitute chirographū manu ꝑpa ꝯscripsit et
diabolo tradidit. Postmodū ꝟo ad cor suū
rediēs ꝛ penitēs ad impatricē istā appella
uit. ꝛ ipa totū irritū fecit ꝛ diabolo vt theo
philo chirographum redderet p̄cepit. ꝛ sic
ipm in statu p̄stinū restituit ꝛ grām ac ve-
V niā sibi iperrauit. Scdo licet appellare
ad ipaꝫ si qs grauat̄ a tyrāno qō oꝫ in btō
Basilio. cui cū Julian⁹ apostata ad preliū
Basili⁹ ꝯ p̄sas vadēs. minat⁹ fuisset ꝙ in suo redi
tu ciuitatē suā destruere. sctūs Basili⁹ ad
impatricē istā appellauit. q̄ militē quēdā
noīe Mercuriū iā defunctū suscitauit. qui
sup equū cōscēdēs: atq; ad Julianū pgēs
ac lanceā fortit' vibrās. ipm occidit. Jō di-
cit sctūs Philibert⁹ in quodā ꝯmone. Ve-
niāt ad beatā mariā iusti cū basilio effectū
celerē p̄cepturi veniāt ꝛ pctōres cū theo-
philo desideratā grāꝫ adepturi. Tertio
licꝫ ad ipaꝫ appellare. si qs grauat̄ a corpe
ꝑprio sicut ptꝫ in maria egyptiaca q̄ vt hr̄
in vitaspatrū: cū multo tpe carnali ꝯcupi-
scentie deseruisset: tandē ad impatricē istā
cōfugiēs ꝛ appellās. cōcupiscentiā vicit ꝛ
castitatē ꝯseruauit. Quarto licet ad ipsā
appellare. si quis a dei iusticia se grauare
sentit. Qō significatū fuit Hester. v. vbi dr̄
ꝙ cū rex Asuerus iudeis esset iratus. regi-
na Hester ad ipm placandum accessit. Cui
rex ait. Etiā si dimidiā partē regni mei pe-
tieris dabit̄ tibi. Ista ergo impatrix figu-
rauit impatricē celoꝝ cū qua deus regnuꝫ
suuꝫ diuisit. Cū em̄ deus habeat iusticiā et
miam. iusticiā sibi in hoc mūdo exercendā
retinuit. ꝛ miam matri cōcessit ꝛ ideo si qs
sentit se grauari a foro iusticie dei: appel-
let ad forum mie matris eius.

De quinta excellētia nomīs virginalis
que dicitur Augustalis.

Q Vinta lr̄a hui⁹ sacratissimi no- X
minis q̄ est A. significat beatā Maria
ꝟginē esse augustā toti⁹ orbis. augusta.
Sicut em̄ impator August⁹ dr̄
ab augēdo. q: quātū pōt debet
suū imperiū augere. vt dicit glo. sup rubri
cā. ffoꝝ. ꝛ institutionū. Ita ꝟgo gl'iosa ap-
pellari pōt augusta. Sicut em̄ vxor terre-
ni impatoris appellat̄ augusta. l. si fiscus
in fi. ff. de iure fis. et. l. fi. §. ij. C. de quadri-
p̄e. ꝛ. l. pnceps. ff. de legi. multo magis de
spōsata ac cōiuncta celesti impatori bndi-
cta ꝟgo appellari dꝫ augusta. Maxime q:
ipe augmentauit imperiū diuinū sup hūa-
nū genus depditū atq; ipa mediāte auct⁹
est fidelis ppls colēs deū. Jdeo de ipa di-
ci pōt illud ps. xliiij. ꝛ auxit pplm suū vehe
mēter. Ad istā igit̄ Augustā debēt oēs tri-
bulati recurrere: q: ipa nemīnē spernit: sed
benignissime recipit ꝛ semꝑ residet ꝛ expe
ctat ad se venientes. vn̄ thron⁹ dei appella
tur. Jdeo apl'us Heb. iiij. ait. Adeamus cū
fiducia ad thronū gratie eius vt miam cō
sequamur ꝛ grām inueniamus in tēpore
opportuno. Hic est ille thron⁹ de quo. iij.
Regū. x. dr̄. Fecit rex salomon thronum de
ebore grandē: et vestiuit eū auro fuluo ni-
mis. Fuit ergo btā ꝟgo thronus Salomo
nis. i. xpi. q: in eo nouē mēsibus sedit. ꝛ eū
oī pietate repleuit. de quo dici potest illud
Prouerbioꝝ. xx. Roborabitur clementia
thronus eius. Ut em̄ inquit Gualterus in

alexādriade.li.j. Instabile est regnū quod nō clemētia firmat. Felicitas aūt regnantiū est famulantes amare. vt ait Cassiodorus lib.iij.eplarū.epla.c.j. Est quoqꝫ thronus terribilis cōtra demones ei⁹ deuotos impugnantes. de quo dr Apoc.iiij. De throno ꝓcedunt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua. Rogemus ergo istā serenissimā augustam vt nos ab hostiū insidijs et impugnationib⁹ ꝓtegens atqꝫ populo dei annumerari faciens in bonis opibus pseuerātes vsqꝫ ad finem ad contemplandā post hui⁹ vite trāsitum eius gloriosam maiestatem in celesti faciat patria sublimari. Amen.

De eiusdem sanctissime virginis nominatione. Sermo.iiij.

y

Leū effusum nomē tuū. Cañ.j. Inquit gloriosus sctūs Bernardinus in sermone.ij.de noīe virginis. Non est facultatis humane dilectissimi fratres qdiu in h mortali corpore viuitur. plene pertingere ad laudē gliose ꝟginis matris dei q oīm hominū ⁊ voces excellit ⁊ supat intellectum. Quis em mortaliū nisi diuino illustratus oraculo de vnica dei ⁊ hoīs genitrice qcqꝫ modicū vel grande psumat edicere: immo nō timeat hāc pollutis labijs noīare. quā pater misericordiarū ⁊ ante scla deus perpetuā destinauit in virginē dignissimam: Filius pelegit in matrē. spūssanctus noue gratie domiciliū pparauit. qbus laudibus seruitutē hominū reginā efferret angelorum que pconia dilatet mortalis angustia: vel officia subministret: cui celestia parēt ⁊ famulanť obseqa. qui dignā honorib⁹ plausus hoīm in terris accumulabit quā spirituū agmina btorū iugiter veneranť i celis Sed quia illā vt mereť nō possum⁹ laudare: saltem nomē eius extollere pcuremus. Hec ille. De quo noīe bñdicto qnqꝫ alias cōsiderationes faciem⁹ cōtemplādo eiusdē ꝟginis quinqꝫ prerogatiuas. ab vna litterarum ipsius nominis incipientes.

De pma progatiua incipiēte ab M. scꝫ ꝙ virgo maria dr manus dei.

Eata dei genitrix virgo in sacra scriptura appellať manus dei. de qua exponi pōt illud Deute. xxxiij. Oēs sancti in manu eius sunt. Et illud. Job.xij. In cuius manu est

Maria manus dei

aīa oīs viuentis. Per istā manū de⁹ nobis tribuit bona paradisi. iux illud ps. lxxiij. Extendit manū suā in retribuēdo. Per ipsam etiā electo suo succurrit. Unde inquit psalmista ps.lxxxviij. Man⁹ mea auxiliabit ei. de qua etiā dicit ps.cviij. Scient qa man⁹ tua hec. Et ps.xxiij. In manu eius oēs fines terre. Et ideo rogabat idē ꝓpha di. ps.cxviij. Fiat manus tua vt saluet me ⁊ ps.cxliij. iterū dicebat. Emitte manum tuā de alto ⁊c. Gras igiť tibi ago dñe iesu xpe qr posuisti sup me manū tuā. ps. cxxxviij. De qua dr ps.cxliiij. Apis tu manū tuā ⁊ imples oē aīal benedictiōe. Spero aūt ꝙ ad regnū celeste me pducet. iuxta illud ps.cxxxviij. Qm illuc man⁹ tua deducet me ⁊ tenebit me dextera tua. Hec est illa man⁹ de qua exponi pōt illud Sap.iij. Iustorū aīe in manu dei sunt. Ista est illa man⁹ dei fortissima q demones ꝓstrauit ꝓpter qd oēs angeli eā benedixerunt. iuxta illud Sap.x. Uictricē manū tuā laudauerūt pariter. Hec est manus dei que ꝓtegit vnumquēqꝫ deuotū. Cui īquit dñs Esa.l.j. Sub vmbra man⁹ mee ꝓtexi te. De qua etiā scriptū est eiusdē li.l.c. Nō ē abbreuiata man⁹ dñi. s. ad subueniēdū nobis. Immo de ipsa dici pōt illud Esa.v. Et adhuc manus eius extēta. Et io dr Cañ.v. Manus e⁹ tornatiles auree plene hyacinthis. Pmo em btā ꝟgo dr manus. qr sicut in manu sunt qnqꝫ distinctiones digitorū. sic in ipa sunt qnqꝫ effectus gratiarū. Primus nāqꝫ digit⁹ manus dr pollex a pollendo. eo ꝙ pre ceteris pollet ꝟtute ⁊ potestate. Scdus dr index: qr p ipm oīa indicamus. insti. de publi. iudi. §. fin. vbi glo. Tertius dr medius: qr est medi⁹ hincinde. Quartus dr medicinalis: qr eo a medicis certa colligera colliguntur. Quint⁹ dr auricularis. qr per eū aures scalpimus vt dicit Isido. in lib. Etymo. Beata igiť maria est nobis tanqꝫ pollex. qr potēter nos in ciuitatē celestē introducit. Est tanqꝫ index. quia sapienter vias que ducit ad patriā supernā nobis ostēdit. ⁊ p illam nos deducit. iuxta illud Prouer.iiij. Ducā te p semitas eqtatis ⁊c. Est tanqꝫ digitus medius quia tanqꝫ mediatrix nos deo recōciliat iuxta illud Eccli.xxvj. Mulier fortis oblectat virū suū. ipsa em virum suum oblectat qñ eius inimicos ad pacem cū eo reducit. Est etiam tanqꝫ digitus medicinalis: qñ vulnera peccatorū nostrorū sanat. iu

Maria p digitos man⁹ significatur

xta illud Eccli.xliij. Medicina oīu in festinatiōe nebule.i.in festina subuēctiōe Marie.que dr nebula.qr fuit a terrenis sublevata. Est qz tanq̄ digit⁹ auricularis.qr aurē nr̄i cordis apit vt v̄ba dei audiamus.dicēs illud Eccli.xxix Obaudite me diuini fruct⁹. Et etiā Ecci.xxiiij. Qui audit me nō cōfundet.

A Man⁹ tornatilis. Scdo ista manus fuit tornatilis. Uas aūt tornatile hz rotūditatem ꝛ mobilitatē atq̄ velocitatē q̄ causat ex ipa rotūditate. Uas em̄ quadrū ad mouēdū ē tardū.sed res rotūda ad mouēdu; est apta ꝛ velox.sic ꝛ man⁹ btē v̄ginis leui motu ad nobis succurrēdū se erigit. Uñ de ipa dici pōt illud Sap.vj.pocupat qui se cōcupiscūt vt eis se prior ostendat. De illa q̄z dici pōt illud Sap.vij.oībus mobilib⁹ mobilior est. Ipsa q̄z btā v̄go dicere pōt illu[d] ...i. lxv. Anteqū clamēt ego exaudiā ꝛ adhuc illis loquētib⁹ ego audiā.

B Man⁹ aurea. Tertio ista manus fuit aurea. Aurū em̄ est pulchrū ꝛ clarū.sic ꝛ ipsa fuit pulchra in mēte p puritatē.ꝛ clara in cōuersatiōe p honestatē ꝛ castitatē. Ideo d ipa pōt dici illud Sap.iiij. O q̄ pulchra est casta ḡnatio cū claritate.

C Quarto ista man⁹ fuit hyacinthia. Assimilat aūt btā v̄go hyacītho rōne noīs:coloris ꝛ v̄tutis. Pmo rōne noīs.qr hyacinth⁹ dr quidā flos colorē hñs purpureū. Dicit etiā eē lapis p̄ciosus. Fuit etiā nomen cu-iusdā pueri formosi.q̄ iter illos flores mortu⁹ est inuēt⁹.ꝛ ab ei⁹ noīe flores illi vocati sunt hyacinthi s̄m fabulas poetarū maxime Ouid.in li.x.meta.fabula.vij. Unde v̄sus. Flos est hyacinth⁹:lapis est hyacinth⁹:hōq;. Cūq; sit vterq; bon⁹: melior tñ ē vir vtroq;. Per qd dat itelligi q̄ ipa virgo fuit tanq̄ flos.i.florida p v̄tutū amenitatem. Uñ canit eccl'ia. Sicut dies v̄ni circūdabāt eā flores rosaꝝ ꝛ lilia conuallium. Ipsa q̄z fuit sicut lapis p̄ciosus pp̄ter dei ꝛ primi charitatē. De q̄ Esa.xxviij.dr. Ponā in syon.i.eccl'ia militāte lapidē preciosum.i.beatā v̄ginē. De h lapide p̄cioso inquit Augu.in li.de doctrina xp̄iana. Si piger es ad pscrutādū thesaurū dei.nō sis piger vnā margaritā ferre sub lingua.ꝛ quo vis secur⁹ ābula. Ipa q̄z fuit sicut vir fortis p cōstātiā ꝛ magnanimitatē. Unde de ipa dr Prouer.vlt. Accinxit fortitudine lūbos suos.roborauit brachiū suū. Scdo dr hyacinth⁹ ratione coloris. Nā sicut dicit Isido.vbi.s. Hyacinthus nō hz colorē nimis clarū nec nimis obscurū:sed ex vtroq; tēperatū. Cū igitur deus habeat infinitā claritatē.hō v̄o respectu dei quādā obscuritatē. beata virgo in medio cōstituta nec fuit clara sicut diuina natura.nec obscura sicut hūana.ꝛ fuit quidē minor q̄ diuina. ꝛ maior q̄ angelica ꝛ humana.iō assimilat lune Cañ.vj. Sicut enim claritas lune est minor q̄ claritas solis:sed maior q̄ claritas stellaru;.sic claritas btē v̄ginis est minor claritate dei.ꝛ maior claritate sctōꝝ ꝛ angeloꝝ. Tertio dr hyacinthus rōne v̄tutis. Ut em̄ dr in li.de pp̄rie.rerū. hyacinthus hz cor confortare.tristiciā expellere.ꝛ inter inimicos tutum seruare. Sic ipsa cōfortat cor dās cibum gratie iuxta illud Eccli.xv. Cibauit illū pane vite ꝛ intellect⁹. Expellit etiam tristiciā dans ei leticiā iocūditatis interne. Unde in eodē.c.dr. Iocūditatē ꝛ exultationē thesaurizauit sup eum. Custodit quoq; ab isidijs fraudis diabolice. Unde Sap.x.dr. Custodiuit eum ab inimicis ꝛ a seductoribus tutauit illum.

De scda p̄rogatiua incipiēte ab. A. sc; q̄ beata virgo dr apis dei.

D a Apis in sacra scriptura dr btā virgo qr fuit breuis p humilitate;.volatilis p supnoꝝ cōtēplationē.mellificās p celestis fruct⁹ pductionē. De qua dr Eccli.xj. Breuis in volatib⁹ est apis ꝛ initiū dulcoris hz fruct⁹ ei⁹. De ista ape dicit Amb.in li.de v̄ginib⁹. Apis rore pascitur. cōcubit⁹ nescit.mella cōponit. Sic btā v̄go rore celesti.i.grā spūssancti pasta fuit v̄go permāsit.ꝛ paradisi dulcedinē generauit.

Apes q̄ttuor diligūt. Notādum aūt q̄ apes:vt dr ī lib.de pprie.rerū quattuor diligunt. Primo aere; serenū qr tūc plus de rore inuenitur.ꝛ tpe pluuioso a volatu impediūtur. Scdo abūdantiā floꝝ. Tertio suauem sonū. Nā sicut dicit Aristo.in lib.de aīalibus. p cātilēas ꝛ sonū suauē attrahūt. Quarto dulce vinū qr deficiēte melle:dulci vino pascunt. Ista aūt q̄ttuor beata v̄go dilexit ꝛ in se habuit Primo serenitatē iterne cōsciētie.iuxta illud ps.xliiij. Oīs gloria eius filie regis ab int⁹. Et iō serenissima appellari dz:sicut solēt appellari vxores impatoꝝ.l.j.C.nemini licere in cōparatiōe specierū.lib.x. Sup oēs em̄ serenitatē animi dilexit:que verba dei scribere in charta vteri sui:ꝛ illō suauissimū carmē.sc; Magnificat:dn̄o decātare debebat. Sciebat em̄ qd iquit Ouid.in.se Impa[ra]trix serenissima.

de tristi. Carmina ꝓueniūt aīo deducta sereno. Item nouerat ꝙ vt dicit Boe. in .j. de cōsola. Nubib⁹ atris condita nullū fundere pñt sydera lumen. Quia igit̃ vt d̃r in c. de apib⁹. vij. q. j. Apes hñt vnū regē cuius ducatū sequunt̃. Jdō nos debem⁹ istā apē diuinā tanq̄ reginā nostrā in oīb⁹ imitari lȝ em̄ alia᷑ apū fera natura sit. §. apū. insti. de re᷑ diui. ꝛ .l. naturalē. §. apuȝ siue apiū. ff. de acq̄. re᷑ do. Hec tm̄ apis celestis nō est fera sed humanissima. q̄ nobis ostēdit viā oīum bono᷑ mo᷑. ꝛ marie ad serenitatē ꝯscīe ꝛ mundiciā cordis nos hortat̃ dicēs illud Prosperi in li. epigrā. Cor mūdum ꝛ sapiēs ꝟbo ꝟtutis alatur. Et xpi in nr̃a pectora regnet amor. Scd̄o q̄ apis diuina dilerit flores ꝟtutū ꝛ oīs grē. vñ seq̄tur. Circūdata varietate. j. virtutū. Tertio sonū allocutiōis diuine. de quo d̃r ibideȝ. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurē tuā ꝛc. ꝛ Cañ. v. Vox dilecti mei pulsantꝭ apī mihi soror mea ꝛc. Quarto vinū iocūditatꝭ supne iurta illud Cañ. vij. Gutur tuū sicut vinū optimū dignū dilecto meo ad potāduȝ labijsq̄ ꝛ dētibus eius ad ruminandū. De his quatuor d̃r Cañ. ij. En dilect⁹ me⁹ loq̄tur mihi. ecce diuina locutio. Surge prospera amica mea ꝛ veni. Jam enim hyems trāsit. imber abijt ꝛ recessit. ecce serenitas cōsciētie. ꝛ subdit. Flores apparuerunt in terra nr̃a. ecce diuersitas ꝟtutuȝ ꝛ grē. seq̄tur. vinee florētes dederūt odorē suū. ecce vinum iocūditatis supne. Tūc em̄ aīa btē ꝟginis dedit odorē tanq̄ florēs vinea. qñ repleta supna iocūditate exultauit in deo salutari suo. vt ipsa inq̄t Luc. j. De ista igitur ape diuina possum⁹ dicere illō q̄d ait Urbanus papa loquens deo de beata cecilia: dicendo. Maria famula tua dñe quasi apis tibi argumentosa deseruit.

De tertia ꝓrogatiua ꝟginis icipiēte ab R. j. ꝙ btā ꝟgo fuit regula oīm viuentiuȝ.

Maria regula⁹ omniū viuentium.

P Er tertiā lr̃am noīs ꝟginei que est R. significat̃ ꝙ ipa mater dei fuit regula oīm viuētiū. ꝛ idō sicut inherēdū est regule iuris. sicut bononiēses inherēt carocio ꝯm glo. in .l. oīs bona diffinitio. ff. de regu. iu. ita ꝛ btē ꝟginī est insistēdū ꝛ adherēdū. Vñ quilibet deuot⁹ dȝ illi dicere illō ps. lrij. Adhesit aīa mea post te Jpsa em̄ ꝟgo scītissima suis exemplis totū mundū in viā salutis illuminauit atq̄ oībus hoīb⁹ normā viuēdi dedit. Vñ canit ecclīa in officio natiuitatis eiusdē de ipsa ꝟgine di. Cui⁹ vita inclyta cūctas illustrat ecclīas. Et amb. inquit in lib. de ꝟginib⁹. Habetis in ea exēpla ꝓbitatꝭ vt sciatis q̄d eligere ꝛ q̄d reprobare debeatꝭ. Cū igit̃ sit triplex stat⁹ in ecclīa militāte. j. ꝟginū. ꝯiugato᷑. ꝛ vidua᷑. ipsa ī oī statu se repperit vt oībus regulā daret. Primo virginibus manēs ꝟgo añ partū. in partu. ꝛ post partū docēs ꝟgines suo exēplo suā dño virginitatē dedicare. Deīde spū sctō edocta āte cōceptū filij despōsari acqeuit Joseph antiquo paupi ꝛ carpētario ꝯm Chriso. cum ipa eēt de stirpe regali iuuēculaq̄ pulcherrima ꝛ nobilissima nō dedignās illum accipere: sȝ eū in reuerētia hñs. Vñ cū filiū inuenit ī tēplo ait: vt hr̃ Lu. ij. Pr̃ tu⁹ ꝛ ego dolētes q̄rebam⁹ te. ꝓponēs spōsuȝ sibi. ī quo regulā dedit cōiugatis vt discant vxores subdite esse viris. ꝛ nō dedignari si sūt paupes ꝛ vilis cōditiōis. Uidua q̄ȝ facta ex morte spōsi. nō aliū spōsuȝ durit: liceȝ nō ꝓhibeat̃ ꝯm matrimoniū post mortē primi viri. c. de⁹. ꝛ c. aperiāt. xxxj. q. j. Stat⁹ tm̄ vidualis post ꝓmū matrimoniū magis colaudat̃ ꝛ maioris est meriti. c. nuptiarū xxvij. q. j. ꝛ. §. cū igitur. in auṫ. de nō eligē. se. nu. Exercitiū aūt viduarū est ieiunijs ꝛ vigilijs ac orōnib⁹ intendere. Nam vt ait aplꝯs. j ad. Ti. v. vidua ī delitijs viuēs mortua est. Btā aūt ꝟgo vt ait ambro. in li. de ꝟginib⁹ hoc faciebat de domo nō eriēs nisi cū ad tēplū accederet ad orādū. vel cum sequeret̃ e⁹ filiū audiēdo eius ꝓdicationē ꝛ miracla intuēdo cū maxima cordis iocūditate. Et ideo illi dicere possum⁹ illud q̄d hr̃ in corona nr̃a btē ꝟgis scȝ O dolce matre quāto era il ꝯtēto ꝯ tu sentiui qñ Giouāne e Petro. E lialtri deci del suo bel conuento. Uede vi per le cito andar li dreto Cō li quali tul seguitasti ꝑ trei anni. Per odir di sua bocha il sancto metro.

De q̄rta ꝓrogatiua btē ꝟginis incipiente ab J. j. ꝙ btā ꝟgo d̃r Jdria dei.

J Cȝ aliq̄ dixerunt ꝙ ꝑ quartā lr̃am virginei noīs significat̃ ꝙ btā ꝟgo est iaculū inimicoruȝ nr̃o᷑. j. demonū. tñ q2. ꝯ. sepius declarauimus. ꝛ etiam infra dicem⁹ quō beata ꝟgo debellat demones ꝛ eo᷑ potētiā conterit. ad pn̄s dicem⁹ ꝙ ꝑ J. significat̃ ꝙ est idria dei. Quāuis eni idria dicat̃ vas aq̄ticum. tñ ad tria officia ī ueuit̃ deputatū. Primo idria deputat̃

maria idria dei

ad aquā hauriēdā. Vñ Gen.xxiiij. dr̄ q̄ cū nuncius abrae dixisset ad Rebeccā. Da mi hi paululū bibere. Illa festinās deposuit idriā de humero et dixit. Et tu bibe. et came lis tuis potū tribuā. Scd̄m aūt expositio ne Ber. nūcius ille quē misit abraā vt filio suo vxorē quereret. significat angelum ga brielē. quē deus pater misit ad mariam vt ipsam filio suo in vxorē acciperet. Per Rebec cā igitur significaf Maria. cui idria. i. aīa fuit plena aqua. i. grā. In hac igif idria bi bit ille nūcius Abrae. biberūt et cameli. In hac etiā idria bibit architriclinus. vt habe tur Joh. ij. Per nūciū igif abraevt dictum est significaf angelus. Angeli eñ in idria Marie biberūt. qr in ei9 ↄ̄ginitate delecta ti sunt. Semp eñ est angelis cognata ↄ̄gi nitas etc. vt ait Hiero. i sermōe assumptio nis. Biberūt q̄z cameli in hac idria. i. peni tētes. qr sicut cameli dū grauia pōdera su scipiūt se humiliādo genua flectūt. sic veri penitētes grauē pnīaz humiliter et libēter portāt. Isti ergo in idria Marie bibūt: cū de eius mīa et pietate delectanf. Vñ Ber. i quodā sermone ait. Nos quidē tui seruuli tibi cōgaudemus in ↄ̄tutib9 ceteris. nā lau damus virginitatē. miramur humilitatez sed mīa miseris sapit dulcius. hanc ample ctimur charius. recordamur sepius. et cre brius inuocamus. Bibit q̄z in hac idria ar chitriclinus. i. de9 trinus delectat9 in ei9 hu militate. Vñ Ber. i quodā ſmone ait. Su perbiā Eue de9 despexit: sz humilitatē et de spectionē marie respexit. humilez remune rās et humiliatā exaltās. In vtroq̄z ergo se a deo respectā esse testaf. qm̄ apud deū ei9 hūilitas est acceptata. et apud hoīes ei9 hu miliatio est in glīa cōmutata. sed dr̄ q̄ ille idrie de quib9 bibit architriclius capiebāt singule metretas binas vel ternas. Idria eñ Marie capiebat binas metretas quia geminā dilectionē. s. dei et primi cōtinebat vel duo testamēta quoz cognitionē et sciaz habebat. Capiebat q̄z tres metretas. qr in ei9 vtero fuit xp̄s. in q̄ fuerūt tres metrete. idest tres sube. s. caro aīa et diuinitas. Scd̄o idria deputata est ad ↄ̄seruandā farinā vñ
6 iij. Reg. xvij. dixit vidua. Viuit dn̄s qr nō habeo panē nisi quantū pugillus pōt cape farine in idria. et paululū olei i lechito. Cui helias ait. Fac mihi de ipsa farinula subci nericiū panē paruulm et affer ad me. Hec aūt dicit dn̄s. Idria farine nō deficiet nec lechitus olei minuef. De ista igif idria ius sit helias fieri panē subcinericiū paruulū qr de ei9 purissima carne p̄cepit de9 genera ri filiū suuz q̄ fuit panis subcinerici9 ppt mortalitatē. Jō in figura dr̄. iij. Regū. xix. Ecce ad caput ei9 subcineric9 panis. Caput xp̄i est de9. Tūc aūt ad caput suū de9 panē subcineritiū posuit. qñ naturā nr̄az morta lē sue diuinitati vniuit. Fuit etiā iste panis paruul9 rōne maxime humilitatis. vñ Esa. ix. dr̄. Paruul9 nat9 est nobis. Et bñ ↄ̄iūxit helias oleū cū farina di. Idria farine non deficiet ne lechit9 olei minuef. qr sicut ma ria habuit ppetuā ↄ̄ginitatē q̄ p candorez farine designaf. sic et indeficiētē pietatez q̄ per oleū demonstraf. Vñ ipsa inquit Eccl'i xxiiij. Vsq̄z ad futurū seculū non desinam. D

Tertio idria est deputata ad cōseruāda luminaria. vñ dr̄ Jud. vij. Cūq̄z per gyrum castroz in trib9 ↄ̄sonarēt locis et idrias ↄ̄fre gissēt. tenuerūt i sinistris manib9 lāpades et dextris sonātes tubas. Ista idria conser uās lumina fuit ↄ̄go maria. in q̄ tria lumi na ↄ̄seruata sunt. Primū lumen fuit ei9 cor pus virgineū. De cuius claritate dr̄ Eccl'i. xliij. Uas admirabile op9 excelsi. in conspe ctu ei9 q̄s poterit sustinere. Scd̄m fuit ei9 aīa luminosa. q̄ tota fuit diuine grē splēdo rib9 plena. Vñ Esa. lviij. dr̄ btē ↄ̄gini. Im plebit dn̄s splēdorib9 aīaz tuā. Tertiū fuit splēdor meritoz ei9 et operū. De q̄ Sap. iij. dr̄. Bonoz laboz glios9 est fruct9. Ista tria lumina erāt i illa idria occultata. ita vt posset dici de ea illō Eze. xij. Solē nube tegam. Nā ei9 corp9 virgineū fuit tectū nu be mortalitatis. ei9 aīa lumiosa fuit occul tata nube passibilitatis. ei9 merita gliosa ipa occultabat nube hūilitatis. Sed qndo ista idria fuit fracta. i. ei9 aīa in morte a cor pore separata. tūc apparuerūt illa lumina et pōt dici. de ea qd̄ scriptū est. ij. Mach. j. Tūc sol refulsit q̄ prius erat sub nubilo. nā re fulsit ei9 corp9. qr vestitū fuit dote imortalī tatis. refulsit ei9 aīa: qr fuit vestita glīa im passibilitatis. refulserūt ei9 merita q̄ mō pa tēt oīb9 p opa pietatis. Ipa eñ est illa mu lier de q̄ dr̄ Apoc. xij. q̄ erat amicta sole et luna sub pedib9 ei9. Tūc eñ ei9 aīa fuit ve stita sole qñ vestita fuit ipassibilitate et oī moda claritate. Tūc habuit lunā sub pedi b9 qñ oēs mutabilitatē et corruptibilitatē corpis subiugauit. Habet etiā stellas in ca pite. qr ei9 virtutes et merita diffunduntur

⁊ coruscāt in vniuerso orbe.

De quinta p̄rogatiua ꝟginei nois inci-piente ab A .s. ꝙ beata ꝟgo dr̄ amigdalus ⁊ arbor celestis.

I Maria amigdalus

b Eata ꝟgo in sacra scriptura ap-pellat̄ amigdal⁹ rōne arboris. floris ⁊ fruct⁹. Primo rōne arbo-ris. Ut em̄ inqt Isid. in li. etym̄. xvij. qn̄ radix amigdali est amara dulcorat̄ ꝑ surculū arboris picee. Iste surcul⁹ est dei ꝟbū. de q̄ Iac. j. dr̄. Suscipite insitū ꝟbuȝ. Istū surculū in corde habebat btā ꝟgo. de q̄ dr̄ Lu. ij. Maria aūt ꝯseruabat oia ꝟba hec ꝯferēs in corde suo. Et iō ipa tota fuit dulcedine repleta. Si em̄ ꝟbū dei mundat ab amaritudine pctī. iuxta illud Io. xv. cb. Uos mūdi estis ꝓpter sermonē quē locut⁹ suȝ vobis. Multomagis potuit dulcedine replere ꝟginē bn̄dictā matrē suā. ⁊ eam ab omni amaritudine p̄seruare. qꝛ magis est facilius p̄seruare ne q̄d inducat̄ ꝙ inductū tollere. l. patre furioso. ff. de his q̄ sunt sui vel alie. iu. ⁊. §. apū. in insti. fi. de reruȝ di. Dicit quoqȝ Palladi⁹ ⁊ Arist. i. li. de vege. ⁊ plātis. ꝙ amigdalus a sua amaritudine liberatur per immissionē cunei in radiceȝ. Iste cuneus est spūssanctus qui notaȝ ois peccati quam ex radice amara iudeoꝝ con-trahere poterat: ab ea elongauit ⁊ expulit. Phs quoqȝ ubi. s. dic̄. ꝙ si amigdal⁹ vetu-sta clauis ꝑforetur. emittet guttaȝ gūmi ⁊ ampli⁹ fructificabit. qꝛ humor in medulla impinguat̄. Per istud foramē intelligitur occulta inspiratio dei. de qua ipsa virgo in-quit Can̄. v. Dilectus meus misit manum suā per foramē. ⁊ vēter meus intumuit ad tactū eius. qꝛ beata ꝟgo in bonis opib⁹ ꝑ contactum diuine inspirationis excreuit.

Scd̄o beata ꝟgo dr̄ amigdalus rōne flo-ris. Sicut em̄ amigdalus ante om̄es arbo-

L Maria vellus. Fuit etiā beata virgo ad instar velleris gedeonis quod rore impletū fuit. & deinde rorauit aream et impleuit concham. vt habetur Judicuz. vj. Istud enī vellus figurauit vterum beatissime virginis in quo descendit plenitudo roris. i. totius diuinitatis. Et qua plenitudine concha. i. omnis ecclesia repleta est. Unde Bern. in quodam sermone inquit. Rigaturus aream dominus celesti rore: totum vellus prius infundit: redemptur⁹ enī gen⁹ humanū vniuersum precium contulit in maria. de qua dici potest illud Prouerbiorum. xix. c. Sicut ros super herbam. sic & hilaritas regine. Tunc enim rex celestis isti regine arrisit quando de celo sicut ros in eius vterum descendit: et eam velut herbam bonam fructificare fecit. Unde ipa dicere potest illud Job. xxix. c. Ros morabit in messione mea. De ipa etiam exponi potest illud Exodi. xvj. cap.

M Castrū Maria. Suaue quoq3 ros iacuit per circuitum castrorum. Castrum enī dei fuit beate virginis animus qui ita vallatus fuit et munitus q nunq potuit ingredi inimicus. Castra etiā dei dici possunt eiusdē matris dei viscera in quibus diuina maiestas ad habitandum de celo descēdi. Unde canit ecclesia. Caste parentis viscera: celestis intrat gratia. vēter puelle baiulat secreta que nō nouerat. Dicta sunt enim castra ab obseruatione castitatis quam obseruabant milites antiqui. vt ait quedā glo. in. l. qui cuz vnos ff. de re mili. Castra etiam aliquando exponunt. i. hospitia. vt. C. de metatis. l. oēs: in principio. lib. xj. pprie vo dicunt loca in quibus est exercitus ad pugnaz. vt in. l. qui mittunt. §. fi. ff. ex quibus causis maior. & ideo beate virginis viscera in quib⁹ hospitatus et stetit nouez mēsibus dominus exercituum fortis et potens in prelio. merito castra appellari possunt. In istis ergo castris. i. castis visceribus intemerate virginis genitus est ros celestis. i. dei filius. de quo pater eius eternus inquit Job. xxxviij. Quis genuit stillas roris? quasi diceret nisi ego. De descensu quoq3 istius roris celestis exponi pōt illud ps. cxxxij. Sicut ros hermon qui descendit in mōtem syon. Ipse etiam dei filius volens intrare virginis vterum dicebat illud Canticorū. v. Aperi mihi amica: mea columba mea: immaculata mea: quia caput meum plenū est rore. Hic ergo ros suauissimus in sacrario vteri virginalis nouem mensibus requieuit. sicut ipse predixerat Esa. xviij. vbi dicitur. Hec dicit domin⁹. ego quiescam. in loco meo sicut nubes roris in die messis. N

Sexto principaliter incarnatus est filius dei: vt mundum per peccatum tenebrosum illuminaret. Unde verificatū est illud Esaie. ix. Populus q ambulabat in tenebris vidit lucez magnam habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Erant enī homines in tenebris ignorātie obcecati & facti sicut bestie. iuxta illud ps. xlviij. Homo cum in honore esset non intellexit. comparatus ē iumentis insipientibus. & similis factus ē illis. Et in signuz huius fecit deus primis parentibus post peccatum tunicas pelliceas que facte erant de pellibus animalium in signū sue ignorātie bestialis. beata aūt virgo eis generauit eum qui dicit Johis viij. Ego sum lux mundi. de quo Johānis primo ca. dicit. Erat lux vera que illuminat omnē hoiem venientez in hunc mundum

O Septimo incarnatus est vt mundum in dominio diaboli positū a seruitute ei⁹ liberaret. Ante aduentum nāq3 saluatoris nostri diabolus erat vt mūdi dñs & princeps c. pudor. xxxij. q ij. Nō erat autem potestas super terram que compararet ei qui fact⁹ est vt nullum timeret. Job. xlj. Uenit ergo leo de tribu iuda vt contra illū dimicaret & humanuz genus de manibus eius eriperet: & ipsum de mundi dñio eijceret. Unde

ipse dñs dicebat Johā.xij. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Octauo incarnat⁹ est vt nos seruos peccati. iuxta ea que habenē ad Romañ.viij.⁊.ij.q.vij.ca. quid ergo ad libertatē innocētie perduceret.⁊ de vituperio ⁊ ignobilitate vitiorū: virtutum nobilitate insigniret:⁊ nos iniustos ⁊ sceleratos per passionē ⁊ mortē suā deo patri recōciliaret. Unde Hieronymus super Amos pphetam inquit. Per filium vginis de seruis facti sum⁹ liberi. de ignobilibus nobiles:de peccatorib⁹ iusti:quia satisfecit pro nobis qui eramus debitores mortis. Dicamus ergo om̄es saluatori nostro. O domine iesu. O redemptor noster. O fili dei benedicte. ecce nos seruos tuos esse pfitemur cū illa que angelo respōdit qui ei incarnationē tuam nūciauerat. ecce. ancilla domini fiat mihi ẜm verbū tuum. Quibus verbis ianue celestis hierusalem aperte sunt nobis in quas introduci mereamur ipsius benedicte virginis intercessione:⁊ secū ac cum illa regnare in secula seculorum. Amen.

De eadem sacratissima filij dei incarnatione. Sermo.v.

Vas admirabile opus excelsi. Eccli.xliij.c. Ille dicitur esse artifex sapiēs ⁊ bonus qui non solū. scit vas de nouo fabricare:sed etiā si sit destructū in meli⁹ reparare: Nā subtilitas artis p opera difficiliora cognoscitur. difficilius est autē vas confractum reparare ꝙ nouū facere.⁊ ideo inqt imperator i.l.§.cunctꝫ.C.de vete.iu.enucle.ꝙ laudabilior est is qui factum subtiliter emēdat eo qui prius adinuenit. facit etiam ad predicta ꝙ facilius est aliquid de nouo acquirere ꝙ perditū recuperare.c.sunt qui arbitranē.⁊ ibi glo.de peni. distin. j.⁊.c. reperiuntur.de peni.dist.iij. Deus igitur est optim⁹ artifex.nā vniuersum mundū ex nihilo fabricauit velut vas nouū: Gen.j. Et vas destructum.scꝫ hominē in melius reparauit. In hoc enim vase depicta erat imago dei. quod vas p̄mi parētes incaute seruantes confregerunt:quia mutauerūt gliam incorruptibilis dei ⁊c.ad Romañ. j. Igitur pro reparatione huius vasis plorauit genus humanū q̄nqꝫ milibus annis vltra:dicens cum ps.xxx. Fact⁹ sū tanꝙ vas perditum. Tādem audiuit deus pater eius clamorē:⁊ misit sapientissimū artificē scꝫ spiritūsanctū.de quo dicitur Sap.j. Omniū enim est artifex:qui potest facere. mundum de immundo conceptū semine Job.xiiij. Et operatione istius artificis filius dei incarnatus istud vas reparauit in virgine gloriosa preciosius ꝙ prius. quod figuratū fuit Hierem.xviij. vbi dictum est Hieremie. Descende ī domū figuli. qui descendit:⁊ vidit fieri vas quoddā luteum. sed vas illud totū contritū est. Deinde de ipsa massa assumpta fecit figulus vas optimum quēadmodū ip̄e voluit. quo facto dedit illud Hieremie: in signū ꝙ de⁹ eque repararet hierusalē destructam vt figulus vas illud. Sp̄ualiter eñ per primū vas intelligiē prima mulier quam diabolus temptans totam adeo contriuit:ꝙ nō remansit in ea nec in suis posteris tantū integritatꝫ vt posset reponi scintilla diuine gr̄e in ea. Fecit ergo deus de eadem massa hūani generis aliud vas admirabile sicut dicūt verba pposita. scꝫ beatam virginē mariā per cuius conceptum vas illud humani generis destructū reparauit.⁊ supernā hierusalem in repletione angelice ruine per filiū suū restaurauit:ita ꝙ felicius est quod per ip̄am virginē lucrati sumus ꝙ quod per Euam pdidimus. Unde illi Chrysostom⁹ super. Missus est inquit. Aue gratia plena vltra iam non diabolus aduersum te. Vbi eñ prim⁹ vulnerauit bellator:ibi summus medicus antidotum per mulierem posuit. Per mulierē decurit fallacia. p mulierem emanant meliora. Non verearis culpatam condemnationē. Mater eñ illius qui condemnauit efficieris. Aue animatū tēplum dei celi terreqꝫ domina Hec ille. Et Gregorius nazazenus super Lucam dicit. Tabulas nostre nature quas culpa confregerat denuo verus legislator de terra nostra sibi dolauit ⁊ absqꝫ cōcubitu diuinitatis sue corpus susceptibile creans quod diuinus digitus sculpsit scꝫ spiritussanctus superueniens in virgine. De hac igitur reparatione in vtero virginis facta: tres consideratiōnes faciemus.

Prima dicetur assumptionis.
Secunda reparationis.
Tertia vo operationis.

Pars prima huius sermonis que dicitē assumptionis.

De⁹ hominem tanꝙ vas cōfractū reparauit.

In quit Augustinus in libro de vera innocētia. c. lxiij. Diuinitas ibi equalis patri facta ē particeps mortalitatis nostre non de suo: sed de nostro accipiēs vt ⁊ nos efficeremur participes diuinitatis ei⁹. nō de nostro: sed de ipsius dono. hec ille. Hoc aūt fuisse congruū. scʒ deū humanā carneʒ assumere ꝓbari potest vltra dicta in supiori sermone multis rationib⁹. vt elicif ex dictis Alexādri de ales i. iij. parte summe in tractatu d̄ ꝯueniētia icarnatiōis. ⁊ Rich. ac beati Bonauen. i. iij. distin. j. ar. ij. q. j. ⁊ sancti Thome i iij. parte summe. q. j. ar. v. Et primo ratione ostēsionis diuine potētie Nunꝗ em̄ potentie perfecte ostendif nisi effect⁹ virtuti cause coequef. Cū igif potētia dei sit infinita ꝑfecte non ostēdif nisi in actu infinito. Omne aūt quod creatuʒ est finitatē habet. ergo cōgruū fuit deū incarnari vt ostēderet infinitā potentiā suam in coniūctione tam distantiuʒ. scʒ creatoris ⁊ creature. Magna em̄ ostēsa fuit eius potētia in coniunctione dispariū elementoruʒ vtiꝗ contrariarū qualitatū i vno corpore et in tāta ꝯcordia ⁊ equalitate sicut fuit in corpe Ade ante lapsum. Maior auteʒ fuit ostensio potentie sue in coniūctione illorū ad spm̄ humanū. Maxima vo in ꝯiūctiōe vtriusꝗ. s. corpis ⁊ anime ad spm̄ icreatū. inter que est maxima disparitas ⁊ distātia. De qua ꝯiūctione loquif Bern̄. i sermone de natiuitate dñi. Talia opa fecit illa omipotens maiestas in assumptione nr̄e carnis ita mirabiliter singularia. ⁊ singl'ariter mirabilia. vt talia nec faciēda amplius super terrā verbū quippe ⁊ anima ⁊ caro in vnaʒ cōuenere ꝑsonam ⁊ tria vnū sunt. non confusione substantie sed vnitate ꝑsone. h̄ ille Opus ḡ incarnatiōis diuine fuit ostēsiuū infinite virtutis ei⁹ ⁊ potētie h̄m Damasc. lib. iij. c. j. Nihil em̄ maius ꝙ creatoreʒ fieri creaturā. Scd̄a ratio dicitur declarationis summe sapiē diuine. sapiētis enim h̄m ꝑhm. j. Metaph̄. est ordinare. Ordo auteʒ vt ait Augu. xix. de ciui. dei. est pariū dispariumꝗ rerū vnicuiꝗ locū suum tribuens dispositio. Accipif aūt hic locus non ꝓpe sed ꝓ congruentia ꝓ dignitate pro gradu vniuscuiusꝗ. Ergo ad manifestandā summā sapiētiā dei. ꝯgruū fuit summā fieri ordinationē ꝗ em̄ a deo sunt. ordinata sunt. ad Romah. xiij. Ordinatio autē summa in creatura est dū iuxta oēm possibilē moduʒ reducif in suū fontem quo vnif suo principio. Hoc aūt nō potest fieri nisi illi vniatur ꝑsonaliter. Quacūꝗ eni alia data: hec maior est ⁊ ꝓstantior. In hac ergo vnione ostēdit deus suā infinitā sapientiā. Unde Ber. in quadā ep̄la inqt. Nemo nouit homineʒ nec noscere potest ad plenū: quid boni ad gratiam. quid de cordis ad gl'iam quid commodi ad salutē penes seipam cōtineat huius venerādi mysterij. s. hūane redēptiōis inscrutabilis altitudo. Hec ille. Tertia rō dicitur attractionis. quia eni homo naturaliter attrahif ad visibilia ⁊ illis afficif. Ideo cōueniens fuit vt deus ꝑ assumptionē humane nature visibilis fieret vt ex visibili eius humanitate ad cognitionem et amorē eius diuinitatis inuisibilis homies traherenf. Et ideo Aug. cōtra eos q̄ q̄runt vtruʒ deus potuerit aliter humanū genus redimere ꝙ ꝑ incarnationē suā. dicit in li. de agone xp̄iano. Poterat quidē sed si alif faceret sitr nostre stulti cie displiceret. Si enim non appareret oculis pctōꝝ: lumē ei⁹ vtiꝗ eternū quod per iteriores oculos videf: inquinatis mētibus videre nō possēt Ideo aūt nos visibilr cōmonere dignatus est vt ad inuisibilia ꝑpararet. h̄ ille. Quarta rō d̄r demonstrationis infinite bonitatꝭ diuine. Deus enim cū sit summe ⁊ infinite bon⁹ q̄ nihil meli⁹ cogitari valʒ h̄m Ansel. in lib. monologiō. debuit se summe diffundere pn̄te creatura: q: sicut de natura bōi est se diffundere in alios. vt dictum ē. s. in sermōe p̄cedēti. ita de natura summi boni est se summe diffundere: q: vnūquodꝗ nitif natura sibi ꝓpa. j. Metaph̄. sʒ nō se sūme diffunderet pn̄te creatura nisi humane nature vniref: ergo ⁊c. Licʒ eniʒ de⁹ pater se diffuderit plenissime in filiū per generationē ⁊ pr̄ ⁊ fili⁹ in spm̄sctm̄ ꝑ spirationē. tn̄ hec diffusio facta est creatura nō ꝑsente ⁊ etiā si nunꝗ facta fuisset aliq̄ creatura: vn̄ si summū bonū non se summe diffudisset creatura pn̄te fuisset cogitare maiorem diffusionē: ⁊ cū maior diffusio maiorem arguat bonitatē: fuisset etiā cogitare maius bonū ipo deo qd̄ ē ipossibile esse. ad demōstrandā ḡ summā bonitateʒ suā ipi creature decuit deū icarnari. vn̄ Joh. iij. dicif sic deus dilexit mūdū vt filiū suū vnigenituʒ daret. Quinta rō d̄r corroborationis. h̄m eni Richar. vbi. s̄. ꝑ incarnationeʒ filij dei

De⁹ hominem assumere debuit.

Declarāf dei sapia.

Attrahif hō.

Demōstratur dei bonitas.

Corrobaf spes hominis.

corroborata est spes nra vt deo possimus coniũgi p clarã beatã visionem et pfectam fruitionẽ. vñ Augu. xiij. de trini. c. xix. ir qr. Qd si natura filius dei mia factus est fili⁹ hois pp filios hois: quãto credibili⁹ est natura filios hoim gra fieri filios dei? Et iste oẽs gñationes locũ hñt et si homo nõ peccasset ꝛ pbant ꝙ de⁹ humanã carnem assumpsisset pp petm̃ aũt carnẽ mortales assumpsit vt p hoie satisfaceret ꝛ ↄtra hostẽ illum diabolũ decertaret et h̃ est qd Aug. i li. Cur qñ ꝛ quomodo de⁹. c. vj. ↄclu dendo dicit. Subtilr ergo subtilẽ inimicuz deus expugnare voluit: ꝛ q̃si subesca hũanitatis hamũ celauit diuinitatis. quaten⁹ ille qui oẽm carnez quasi merito inuaserat carnez inueniret q̃ sibi prorsus nil deberet quã dũ illicite contingeret merito eã quasi q̃dãmodo licite possidebat amitteret. Sic quippe hostis antiqu⁹ deludẽdus erat. vt qui hoiem deluserat p hoiez deuz delusus et ipe fieret. ꝛ sicut incautuz hoiem callide sibi subiecerat. ita p hoiez cautũ non callide sed sapiẽter subijceret. hec ille. Magis aũt congruũ fuit deũ assumere naturã humanã ꝙ angelicam vel alteri⁹ creature. qd pbat̃ fm sanctũ Bonauẽ. i. iij. di. ij. arti. j q. ij. ꝛ beatũ Thomã. in eadẽ distic. ar. j. Et Alexandrũ de ales. vbi. s. ꝛ Richarduz de media villa in. iij. dist. ij. ar. j. q. iij. Et pmo ratione psonalis distinctionis sic. Licz em̃ etiã i angelis reperiat̃ psonalitas sicut in hoie: quia angelus est persona. vt dr in. ij. senten. disti. iij. tamẽ magna est differentia inter hoiem ꝛ angeluz in hoc ꝙ in hũana natura est psonalitas fm originẽ. ꝛ in angelica non. Una em̃ psona hũana originat̃ ab alia: quia filius est a pre. qd ita non est reperire in angelis. Unus em̃ angel⁹ non est ab alio. sed oms simul creati sunt. ꝛ hec habent̃ a magistro vbi. s. ꝛ ideo magis cõgruebat ꝙ deus assumeret eaz naturã in q̃ esset talis distinctio fm originẽ sicut est in diuinis psonis tanq̃ magis conforme distinctioni earũ. Scda rõ dr exẽplaris representationis. homo em̃ magis expsse representat deũ ꝙ angel⁹ rõne cui⁹ dr microcosmus grece. i. minor mundus latine fm ph̃m. viij. phys. Anima em̃ hũana ꝛ rationalis non tm̃ repñtat deũ put ↄsiderat̃ in se. sed etiã inquantum vnit corpori. ꝛ illud regit. ꝛ in quo toto habitat sicut de⁹ in maiori mũdo. est em̃ tota i toto: ꝛ tota in qualibet eius parte. fm Augu. in. vj. de trinitate. quod qualr intelligat̃ exposui in secũda parte rosarij sermonuz. sermone. x. parte. j. Et ista ratione magis dicit̃ homo fact⁹ ad imaginem dei ꝙ angelus fm Alexandruz de ales vbi. s. ꝛ in secũda pte summe in tractatu de angelis ꝛ beatum Bonauen. in. ij. dist. xvj. ar. ij. q. j. Et ratiõe hui⁹ maioris similitudinis fuit maior ratio vnibilitatis: qr omne simile appetit suuz simile. Eccli. xiij. Tertia ratio dicit̃ maioris compositionis homo em̃ compositus est ex natura corporali et spũali. ꝛ quodãmodo cõmunicat cũ omni creatura. vt dictũ est. s. sermone precedenti. parte. j. hinc est ꝙ cum homo assumitur ꝛ deificatur. quodammodo ois creatura in eo exaltatur dũ suo simili deus vnitur. Et ideo assumptio humane nature magis facit ad perfectionez vniuersi ꝙ assumptio angelice: quia in homine maior est cõmunitas cum omni creatura ꝙ in angelo. Congruum etiaz fuit vt carnem assumeret nostri generis fm beatuz Bonauen. in. iij. dist. xij. ar. j. q. ij. ꝛ Richardũ in eadẽ disti. ꝛ Alexan. in. iij. parte summe in tractatu d conueniẽtia incarnationis. ꝛ pbari potest multis rationib⁹ habendo respectũ ad peccatum. Et pria dicit̃ cõseruationis diuine iusticie. vt videlz eiusdẽ generis esset preuaricator ꝛ satisfactor. Nan si alterius generis esset: nõ attribueret̃ eidem generi satisfactio cui ꝛ offensio. ac per hoc nõ recte seruaret̃ iusticie rectitudo que ab illo genere requirit emẽdam in quo repperit precedentẽ offensam. l. sancimus. C. de penis. et l. si pena. ff. eodẽ titu. ꝛ. l. ob maritoruz. C. ne vxor pro mari. ꝛ. ca. romana. de senten. excom. lib. vj. cum si. Unde Ansel. in libro. Cur deus homo. dicit. Si nouũ hoiez facit non ex genere Ade. non ptinebit ad genus humanũ. quare nõ debuit satisfacere p eo qui non venit de illo: sed sicut iustũ ẽ vt p culpa hois homo satisfaciat: ita iustum est vt ille qui satisfecit sit idem aut eiusdẽ generis cũ eo qui fecit petm̃. aliter nec Adam nec aliq̃s satisfacere pro se potuisset. Secũda ratio dicit̃ indicationis diuine dulcedinis ꝛ misericordie vt videlicz deus q̃ ab hoie contemptus fuerat tanq̃ ab aduersario ꝛ inimico. ipse idem generi hũano vniretur in xpo in vnitate suppositi. in hoc em̃ manifestatur mira dei condescensio qui voluit sibi cõiungere p indissolubile vinculũ

[Left margin: T Nõ debuit angelicaz naturã assumere. — V Hõ magis repñtat deuz ꝙ angel⁹.]
[Right margin: Xps debuit assumere carnem nri generis. — X]

humanū genus sibi inimicus. Iuxta illud ad Roman.v. Cōmendat autem deus charitatem suā i nobis quia cū inimici essemus reconciliati sumus deo p mortem filij sui.

V Tertia ratio sūt diuine sapientie determinationis que nullo potest infringi vitio Decreuerat enī deus ⁊ ordinauerat vt totum humanū gen⁹ multiplicaref ex vno pter representationē illius vniuersalis pncipij quod est deus. Hoc aūt p peccatū infringi nō debuit. ⁊ ideo mediator dei ⁊ hominum xp̄us homo verus nō aliūde. sed de massa totius generis hūani debuit formari. vnde apostolus ad Heb.ij. ait. Qui sanctificat et qui sanctificaf. ex vno oēs. sed christus est qui sanctificat. qui ꝟo sanctificatur est humanum genus. ergo apparet ꝙ xp̄s debuit esse de genere humano. Notādū quoq ꝙ nō fuit congruū ꝙ xp̄s assumeret ipsum hoēm primū s. Adam ƀm Alexandrum de ales. vbi.s. ⁊ sanctus Bonauen. iterum vbi s.q.ij. et hoc triplici respectu. Primo enim nō cōueniebat respectu oīum creatorꝫ. vt videlicet psona xp̄i hoīem assumeret peccatorem cum ipe in forma assumpta deberet pctōres iudicare et nullatenus de peccato argui posse. nec ƀm naturā assumētem nec ƀm naturā assumptam. ƀm quas naturas cōpetit ei iudiciaria potestas. Unde ipe dicebat. Joh.viij. Quis ex vobis arguet me de peccato? Sed si xp̄s assumpsisset Adam sequeref ꝙ ppꝛietates que cōueniunt ade conuenirent christo homini. igif esset dicere de ipso sicut de Adam ꝙ peccauit. Sed ipe est de⁹ ⁊ ppꝛietates que conueniūt illi homini assumpto. conueniūt filio dei cui vnif. ergo diceref filius dei peccauit. qd est impiū dicere ⁊ impossibile esse. Secūdo non cōueniebat respectu pmi homis: quia nemo de sua malicia debet reportare commodū vt dicū est in sermone precedēti. vt habef etiā in.c. et lr̄is de dolo ⁊ ctu. Sed si Adam pter satisfactionem de sua culpa commissa assumeref a verbo reportaret ineffabilem sublimitatē ⁊ vtilitatem. quod est absurdū dicere. vt, videlicet ille qui tantum se deiecerat p culpā: tātus exaltaretur vt esset deus. sufficiebat nāq sibi nimiū vt saltem ei recōciliaretur. nedum ꝙ ipse deus efficeretur. Tertio hoc nō conueniebat respectu humani generis. quia cū ille homo eēt pene debitor: vt pote ille q̄ erat reus oīum animarū nostrarū, nō eēt eius passio tātum

Xp̄s nō debuit assumere pmū hoīem

X

deo grata quantum si esset innocens et vix etiā sufficeret ad satisfaciendū p se. nedum cum alijs satisfactionē suam posset cōicare.

A Potest quoq pbari vltra pdicta conueniens fuisse filium dei assumere carnem humanā alijs rōnibus. Et primo rōne diuine predestinationis ƀm Alexan. de ales. in.iij. parte summe i tractatu de predestinatione christi. ⁊ Richar. in.iij. di.vij. ar.ij. q.ij. et Bonauen. in eadem dist. ar. vltimo. q.ij. et Alexan. lombar. eadem dist. vbi dicūt ꝙ hec est vera ppositio ꝙ fili⁹ dei fuit pdestinatus esse homo. h̄ est. fuit puisus ab eterno ꝙ assumeret humanā naturam. vel ꝙ pdestinatū fuit ab eterno ꝙ fili⁹ dei fieret hō. et hoc pcedit magister in predicta dist. vij. iij. Nam qui pordinatur ad aliquid dicif pdestinari ad illud. sed anteꝙ fili⁹ dei esset homo: preordinatum est vt fieret homo. ergo ⁊c. Item hec est vera propositio: homo predestinatus est esse filius dei ƀm Alexā. vbi.s. et Richar. ⁊ Bonauen. vbi.s.q.iij. ⁊ Alexandrū lombardum eadem distinctione exponendo sic. Homo pdestinatus est esse filius dei. hoc est anteꝙ esset homo. preuisus est esse filius dei. Uel sic. homo predestinatus est esse filius dei. i. predestinatum est vt homo sit filius dei. et ita intelligitur illud apostoli ad Roman.j. dicētis de xp̄o homine. Qui pdestinatus est filius dei in virtute. vbi ait glo. pdestinatus est Jesus vt qui futurus erat in carne filius dauid: esset in virtute filius dei. Conueniens ergo fuit vt si Adam non peccasset filius dei humanā carnē assumeret. cum diuina predestinatio nō possit falli. Scdo idem pbatur rōne angelice cognitiōis qui statim ex quo creati sunt cognouerūt incarnationem dei futuram. Unde sanctus Martin⁹ in qdam sermone ait Utrum angeli cognouerunt futurā incarnationē ābigi nō pōt. Latuit aūt eos inuestigabilis dn̄i pceptio atq modus qualr totus in genitore. ⁊ totus manebat in oībus. necnon ⁊ in virginis cellula clausus. Uñ ⁊ angelus gabriel cū virgo q̄sisset quō fiet istud. in generali tm̄ rn̄dit. Spūs sanctus supueniet in te. Uñ dicit Bern. in quodā ƀmone. ꝙ deus pater statim angel' creatis ostēdit filiū suū incarnandū. et eis oībus obtulit ad honorandū vnde lucifer superbia intumescēs ⁊ inuidia cōtabescēs homini assumēdo a filio dei noluit subijci sed seipm equalem deo facere appetijt et iō

Filius dei fuit pdestinatus esse homo.

B Angeli stati cognouerūt incarnationem filij dei

merito corruit vt scriptum est Esa. xiiij. Et tunc factum est preliũ magnũ in celo inter luciferum ⁊ sequaces ex vna parte: ⁊ angelos bonos ex altera. vt scriptũ est Apocal. xij. Unde piecto dracone cũ seqcibus suis cantabãt angeli dicẽtes. Facta est salus et xtus ⁊ regnũ dei nostri et potestas christi eius. Tertio idez pbatur rõne demõstrationis festinate mor enim ade formato demonstratũ est incarnationis christi mysterium quãdo misit deus soporẽ in eo. Gen. ij. quem soporẽ magr vocat extasim. l. iiij. di. xxix. tunc enim in formatione Eue ex latere ipsius Ade: intellexit ⁊ postea predixit spiritu prophetico vnionez dei cum carne humana quando dixit de vxore sua. q̃ figurabat ecclesiam sicut ipe xp̃m hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. Un dixit. Alex. vbi. s. q͞ ad hoc significandum facta est Eua, ex corpe Ade: vt sicut ipsi q̃si vnũ corpus carnale erãt: sic xpus ⁊ ecclesia quasi vnuz corpus spũale: q: ecclesia de ipo formata est. Unde ad Epheß. v. ait aplus. Mẽbra sumus corpis eius et de carnibus eius ⁊ de ossib⁹ eius Ex quib⁹ osbus patet q͞ etiã si adam nõ peccasset dei fili⁹ humanam carnem assumpsisset. Et potest alia rõ dicta nobilitationis et pfectionis assignari. Nam deo cõueniebat nobilitare et perficere oĩa per suã incarnationẽ non obstãte peccato. Unde per eã nobilauit et perfecit naturã humanã nobilissimo indiuiduo: et genus corporeum nobilissimo corpore. et genus spũale nobilissima anima. que oĩa facta nõ fuissent xp̃o non incarnato. Item oĩa elemẽta p xp̃m dedicata sunt et sanctificata tam in vnione nature ad naturaz q̃ etiã per singularẽ eius operationem nam terra sanctificata est in grano frumenti in eucharistia ⁊ vinuz ⁊ aqua in eius p̃cioso sanguine aq̃ etiã in baptismate in quo sanctificauit oẽm creaturã aer in assumptiõe xp̃i. ignis in missione spiritussancti in linguis igneis ⁊ sic de alijs.

Pars secũda huius sermonis que dicit reparationis.

E

Pro expeditione huius partis querit quare de⁹ magis voluit humanaz naturam assumere ⁊ eam reparare q̃ angelicaz. Ad quam dubitationem quia rñsum est in. iiij. parte huius operis. fmõe. v. parte. ij. ideo hic nõ multuz insudabo tamẽ ad maiorem declarationẽ dictoz vbi. s. dico q͞ put potest colligi ex dictis Alexan. de ales. in. iii. parte sum. in tractatu de necessitate incarnationis et Ricb. in iij. disti. ij. ar. j. q. iij. ⁊ beati Bonauen. in eadem dist. ar. j. q. ij. ⁊ a theologis in. ij. sen. dist. xij. Multis ex causis non debuit repari angelica natura Peccatum enim luciferi ⁊ socioz eius fuit irremissibile ⁊ primo respectu arbitrij. Nã liberum arbitriũ angeli ante electionẽ se habz mutabilr. post electionẽ xo se habet immutabilr. liberũ xo ar bitriũ hominis se hz mutabilr ante electionẽ ⁊ post electionez vsq͞ ad mortẽ. Unde pbs in. iij. de regimine pncipũ ait. Liberi sumus vsq͞ ad finẽ ad hoc et ad illud ad bonũ ⁊ malũ. Angelus ergo sic fuit cõditus vt ante electionẽ posset reuolui tam ad malũ q̃ ad bonuz sed postq̃ elegisset aliquid hoz siue malũ siue bonuz non posset amplius mutari. sed haberet liberum arbitriũ confirmatũ in illo: siue bono siue malo et non posset illud detestari. quia angelus cuz aliq̃d intelligit non facit sicut homo qui cognitiões suas accipit in tempe ⁊ nõ totũ simul intelligit: sed vnuz post aliud. ⁊ vnũ ex alio. sicut ex pmissis accipit cõclusionẽ angelus eñ accipit statuz totũ non conferẽdo sed sine tempe ⁊ sine discursu ⁊ nõ vnũ post aliud. vel vnũ ex alio. Et sic fm statũ sue cõditionis iudicat de re tota simul. ⁊ iudicãdo videt eã totã simul. et sic certissime iudicat ⁊ non potest decipi sicut homo. ergo cõsequenter nec excusari. Cum ergo semel elegerit lucifer malum in quo fuit confirmatũ eius liberũ arbitriuz. vt ait sctũs Bonauen. in. ij. di. vij. ⁊ habet per glo. in. c. qui epus. xxiij. dist. nõ potest amplius penitere siue p penitentiã culpaz suã delere maxime quia voluntas non põt detestari pecccatũ in se existens sine gratia gratis data disponẽte ⁊ p̃ueniente. Uoluntas aũt diaboli fm sctm Bonauẽ. ⁊ Ricb. in p̃dicta di. caret. omi gr̃a liberũ arbitriũ disponẽte. Cũ igit pctm non possit remitti sine gratia gratũ faciente et sanante. ⁊ ad hanc ptingi nõ possit sine p̃dicta gr̃a preueniente ⁊ disponẽte. qua diabolus puat⁹ ẽ. pater q͞ eius pctm est irremissibile. Sciendũ ergo q͞ angelo fuit a deo prefixus stat⁹ merendi vsq͞ ad pmaz voluntatẽ bonã vel malã. Ideo sicut homo postq̃ tps merẽdi ptransijt. s. tps vite quãtũcũq͞ soluz vnuz mortale pctm fecerit nõ potest vltra bonoz

Angeli canatura non debuit repari sed humana

D

Angelo fuit pfirus status merendi.

voluntatē ꝯquirere sicut etiā fuit de ange lis. vñ Damasce. inquit. Hoc ē in angelis casus qḋ in hominib⁹ mors. ⁊ Aug. in li. ḋ fide ad petruꝫ ait. Sic creauit angelos de us vt q̄ vellēt: ꝑpetuo boni essent: ⁊ q̄ nol lent: nunq̄ꝫ eos diuino munere repararet. Propter casum igitur angeli ablata est ei grā merendi. vñ qñ angelus cecidit: statiꝫ extra statū merēdi fuit. Hō ṽo qñ peccauit nō exiuit statu ꝫ merēdi. ideo se disponere potuit ad obtinendam miām dei. Vñ indꝫ Ricḃ. in. ij. di. xxi. ar. i. q. iij. ꝙ natura hūa na non precipitauit se in profundum ex tā to conatu sicut angeli mali qui in malo ob stinati sunt ⁊ indurati. Scḋo fuit irremis- sibile respectu q̄litatis peccati. ⁊ hoc tri- plici ratione. Primo ratiōe generis pecca ti. nam taꝫ angelus q̄ꝫ homo peccauit per superbiā. sed differēter. homo eñ peccauit appetēdo sciam dei. Geñ. iij. vbi dixit dia bolus primis parētib⁹. Eritis sicut dij sci- entes bonuꝫ ⁊ malū. sed angelus peccauit appetēdo omnipotentiā. vt habetur Esa. xiiij. vbi dixit angelus. Ponaꝫ sedē meam ad aquilonē: ⁊ ero similis altissimo. Quaꝫ quidē omnipotentiā nunq̄ꝫ voluit de⁹ cō- municare alicui creature. quia ḃm illaꝫ est omniū pricipiū. quia igitur angelus appe tijt esse principiū ⁊ esse similis deo: ꝓpter hoc appetijt illud ad qḋ nullo modo erat ordinat⁹. ⁊ ꝓpter hoc nō habet excusatio nem aliquā. ⁊ sic eius peccatū est inexcusa bile ⁊ irremissibile. Ad sciam autem est ho mo ordinatus in gloria: non autem ad om nipotentiā. peccatū ergo hominis est excu sabile respectu p̄dicto. ⁊ consequēter reme diabile. non sic aūt fuit peccatū angeli. q2 illud appetijt qḋ proprium erat creatoris. Scḋo idem probatur ratione circūstātie peccati. Nam in Adam fuit aliqua ignorā tia. quia mortale credidit esse vēiale. sicut dicit Augu. super Geñ. Angelus auteꝫ nō habuit ignorātiā in peccādo. ⁊ ideo pecca tuꝫ hominis fuit remissibile: nō aūt pecca- tum angeli. Possumus etiā dicere ꝙ Adaꝫ peccauit ex quadam infirmitate humana. Ideo peccauit ī patrē. Eua ex quadā igno rantia feminea. ideo peccauit in filiuꝫ. Dia bolus aūt peccauit ex ꝓpria ⁊ ex certa ma licia. ⁊ ideo peccauit in spūmsanctū. quod peccatū vt ait saluator Mat. xij. nō remit titur in hoc seculo nec in alio. qḋ etiā habe tur de peni. di. i. c. de⁹ quis similis. Tertio idē ꝓbatur ratione occasionis peccati. q2 homo alio instigante ⁊ eum decipiēte pec cauerat: ⁊ ideo ignoscēdaꝫ fuit ei qui ꝓuo catus ita fecit. l. qui maior. §. si libert⁹. ff. de bo. liber. Deceptis eñ ē subueniēdū. l. ij. ff. ad tertu. ⁊. l. ij. §. hec ṽba. ff. ad velle. ⁊. c. inter. de dona. ⁊. c. cum vniuersoruꝫ. ḋ re. permu. ipse ṽo sathanas nulluꝫ instiga torē habuit: sed seipm ad peccatum ex sua prauitate reflexit. Quapropter homo qui per aliū ceciderat etiā ab alio reparari de buit. Vñ magister in. ij. di. xxi. ait de Adaꝫ Qui aliquā licꝫ modicā cadēdi occasionē habuit. idcirco per dei grāꝫ iuuari debuit ⁊ potuit ad veniā vt qui ꝑ aliū ceciderat per aliū iuuaret. q̄ ergo incitatorē habuit ad malum: non iniuste reparatorē habuit ad bonū. Diabolus ṽo q̄m sine tentatione alicui⁹ peccauit: ꝑ aliū vt resurgeret iuua- ri non debuit nec ꝑ se potuit. Ideo irreme diabile ei⁹ pctm̄ extitit. Peccatū ṽo hoīs sicut per aliū habuit initiū: ita per aliū nō incōgrue habuit remediū. Hoc etiā asserit apl's ad Ro. v. dicēs. Si eñ per vni⁹ deli- ctum multi mortui sunt: multo magis gra tia dei ⁊ donum in gratiā vnius Jesu xpi in plures abundauit. Tertio principali ter ꝓbatur pctm̄ luciferi fuisse irremedia- bile rōne ꝓprietatis diuie iusticie. In pri mis eñ parētibus erat tota natura huma na. vt ait Aug. xiij. de ciui. dei. ca. iiij. q̄ per eos postea erat multiplicāda ī alijs. sed in angelo peccāte nō erat tota natura angeli ca. immo iam tota erat multiplicata. ⁊ pro pter hoc diuine iusticie ꝯgruū fuit vt non statim puniret hoiem vel iudicaret q̄ꝫ cito peccauit donec spēs hūa na multiplicaret ⁊ maxime numerus electoꝝ. ⁊ tūc iudicarē tur ⁊ punirent q̄ essent puniēdi. sed statim debuit punire angelum: quia in eo non ha buit locuꝫ p̄dicta dilatio. Homo igitur de buit iudicari in fine vite sue. ⁊ ī die iudicij ⁊ tunc nullū erit remediū sicut nec mō an geli. Quarto idem probatur ratione cōdi- tionis diuine misericordie. Cum eñ vt su- pradictū est in primo homine esset tota hu mana natura: ipso perdito tota fuisset cor rupta ⁊ ꝑdita. sꝫ q̄ꝫuis natura angelica in aliquibus cecidisset: pars tñ maior persti- terat: ḃm magistrum in. ij. di. v. sed vbi ma ior est indigentia: ibi maiori opu⁹ est mise ricordia. l. si quis ad declināduꝫ §. penul. C. ḋ epis. ⁊ cle. ⁊. l. vnica. C. publice leticie.

[Margin notes:]
E Pctm̄ angeli fuit irre missibi le.
F
G
D De⁹ sta tim de- buit pu nire an geluꝫ ⁊ non ho minem

li.xij. Quia igitur angelica natura nõ cecu derat tota: humana autẽ sic: quia ĩ radice peccauit. ideo nõ fuit congruũ diuine misericordie ꝛ summe pietati vt ita nobilẽ creaturaꝫ sicut est humana natura ex toto sineret perire. Unde ad hoc ꝓpositũ adducit magister in.ij.di.xxi.c.preterea. Aug. in li. enchiridion.c.xxviij. dicentẽ. Placuit vniuersitatis creatori ꝛ moderatori vt qm̃ nõ tota multitudo angeloꝝ deum deserendo perierat: ea q̃ perierat in eterna damnatione remaneret. que aũt cum deo illa deserente persistiterat: de sua certissime cognita felicitate gauderet. at ṽo creatura rationalis q̃ in hominib' erat: qm̃ peccatis atq; supplicijs tota pierat. ex parte reparari placuit. vñ angelice societati suppleretur qd̃ ruina illa minuerat. hec ille. Quinto idem probatur ratione diuine sapiẽtie. Nam qꝛ angeli sunt conditi in ꝓpinqua dispositiõe ad gloriam: tuꝫ ratione nature quia spũales: tum ratiõe loci quia in celo empyreo: idcirco a diuina sapiẽtia tẽpus meriti est eis tã breue pfixaꝫ in quo mereri potuerũt ꝛ demereri. homini ṽo quia cõditus est in corpore animali. ꝛ ita in dispositiõe remotiori ad gloriã: quia corpus qd̃ corrũpit̃ aggrauat animã. Sap.ix. ꝛ etiã datus est ei loc' distãs ad merendũ.s. paradisus terestris. ideo pfixus est ei terminus longus. ꝛ eius peccatũ remediabile fuit. angelicũ ṽo irremediabile ꝛ inexcusabile: qꝛ angelus ẽ spirit'. ꝛ ideo debebat esse fortis et promptus: homo ṽo habebat carnẽ que ad bonũ semper est infirma. dicẽte dño Mat.xxvi. Spiritus quidẽ prõptus est: caro aũt infirma. Infirmitas ṽo aliqualiter excusat. l. questũ. ff. de re iudi. ꝛ etiã fragilitas naturalis l.ij. §. si quid autẽ. C. de vete. iu. enuc. Aliã etiã rationem assignat beatus Bona. in.ij. dist.xxi. arti.i.q.ij. dicens. Diuina sapiẽtia iuste voluit iusticiaꝫ suã ꝛ seueritatẽ sui iudicij in homine exercere pter eternã dãnatiõẽ in hoc ꝙ hominẽ in carne mortalem morti tradidit ꝛ hominis innocẽtis mortẽ pro satisfactiõe suscepit. sic vt spũs inuit' deserere corpus: ꝛ mors exigatur in pena sicut cõmissa fuerat in culpa. angelus aũt in natura immortalis erat: ꝛ ideo nõ erat via ad exercẽdum in ipso seueritatẽ nisi p mortẽ dãnationis eterne. hec ille. Quare autem natura angelica post peccatum nõ fuerit capax penitẽtie sicut humana diffuse tractat Alexan. de ales in.iiij. parte summe.q.lv.art.i. cui' dicta breuitatis causa pertranseo.

R Breue tps merendi fuit ãgel' pfixus: longuꝫ aũt hoi.

Pars tertia hui' sermonis que dicitur operationis.

In hac pte querit̃ a quo operata sit incarnatio filij dei? Et rñdetur ꝙ hãc incarnationem verbi tota trinitas effecit. vt hr̃ extra de sum. tri. ꝛ fi. ca. c. firmiter. opa eñ trinitatis sunt indiuisa ab ex̃. vñ Aug. i.i. d̃ trin. c.iiij. ait. ꝙ sicut pr̃ ꝛ fili' ꝛ spũssctũs inseparabiles sũt. ita ꝛ insepabilr̃ opantur. ꝛ in.xiij. li. eiusdẽ opis inqt. qd̃ facit pater facit fili' ꝛ spũsscts. ac oĩa simul ꝛ fili' ac amboꝝ spũs pariter ꝛ cõcorditer opant̃. h ille. Quãuis autem tota trinitas in incarnatiõ e ṽbi opata sit. tñ psona filij sola humanã carnẽ assumpsit. Uñ magister in.iij. dist.i. ait. Dicimus ꝙ nihil opatur filius sine patre ꝛ spũsancto: sed vna est hoꝝ opatio indiuisa ꝛ indiuisibilis. ꝛ tñ fili' nõ pater vel spũssanct' carnẽ assumpsit. ipaꝫ tñ carnis assumptionẽ ipsa trinitas opata est sicut inquit Augu. de fide ad petrũ. c.ix. dicens. Recõciliati sumus per solum filium ƀm carnẽ: sed nõ soli filio ƀm deitatẽ. trinitas eñi nos sibi recõciliauit p hoc ꝙ solũ ṽbũ carnẽ ipa trinitas fecit. Sicut eñi inseparabilis ẽ vnitas trinitatꝫ: ita ꝛ operatio. Nõ tñ eandeꝫ trinitatẽ nata de ṽgine crucifixã ꝛ sepultam: catholici tractatores docuerũt: sed tantũmodo filiũ. Nec eã de trinitatẽ in specie colũbe descẽdisse sup xpm: sed tm̃ spũmsanctũ. Lu.iij. nec eandẽ dixisse de celo. Tu es filius meus dilectus sed tm̃ vocẽ patris factam fuisse ad filium Lu.iij. ꝛ Mat.xvij. ꝛ.ij. Pet̃.ij. Quis pater ꝛ filius ꝛ spũssanctus inseparabiles sint. ꝛ ita inseparabiliter operentur. hec est mea fides: qm̃ est hec fides catholica. Licꝫ ergo solus filius carnẽ assumpserit: ipam tamẽ incarnationẽ cum patre ꝛ spũsancto opatus est. hec magister vbi.s. Hec autem fieri posse declarat Augustinus in sermõe de natiuitate dñi per tria exempla. Primum est de anima. nam in anima est ratio. ꝛ vna est anima ꝛ ratio: sed anima aliud agit. et aliud ratio. anima enim viuit. ratio ṽo sapit. ad animã ptinet vita. ad rationem sapientia. ꝛ tamẽ nec anima est sine ratione. nec ratio sine anima. ꝛ cuꝫ vnũ sint: anima tamẽ sola suscipit vitã. ꝛ ratio sola suscipit

L Incarnatiões opata ẽ tota trinitas.

M Sol' filius est incarnat'.

N Exẽpli pbatio solũ filiũ incarnatum.

sapientiā. Sic pater et filius licz vnū sint.
et vnus deus. ad solū tamē xpm pertinet ca
ro: sicut ad solam rationē ptinet sapientia
O Scdo exemplum est de sole. ex vno enim
solis radio pcedit calor et splēdor. sz calor
exiccat. splēdor illuminat. Aliud igitur su-
scipit calor. aliud splēdor. licz calor et splen-
dor abinuicem nequeāt separari. nā splen
dor suscipit illuminationē nō feruorem. ca
lor vo suscipit feruorem nō illuminationē
aliudqz simul aliud vo singulariter agunt
et tamen abinuicem nō separātur. Sic et fi
lius suscepit carnem et non deseruit patrē:
nec se diuisit ab eo. In diuinitate ergo est.
equalitas in carne sola filij proprietas. Et
P tamen ab eo patris et spiritussancti nunq
recessit diuinitas. Tertium exemplū est.
Nam vt cythara musicū melos sonis dul-
cibus reddat: tria pariter adesse videntur.
scz ars. manus et chorda. Ars dicat. ma-
nus tāgit. chorda resonat qd auditur. et ta
men nec ars nec manus sonum reddunt:
sed ea cum chorda pariter operantur. Sic
nec pater nec spiritussanctus carnem susci
piunt: et tamē cū filio pariter operant. sola
chorda excutit: et carnē solus filius recipit
operatio tamen i. tribus consistit. quomo
do ergo pertinet ad solā chordam soni red
ditio. sic pertinet ad solum filiū carnis hu
mane susceptio. hec ille vbi. s. Que exem-
pla etiam ponit in libro de virginitate btē
virginis. Solet etiaz ad hoc dari exemplū
de tribus domicellis siue sororibus que ex
seipsis vnā induūt aliqua veste quādo nu
bit: omnes enim tres eandem operationē
faciūt: et tamē vna illarum sola induitur et
nubit. Dari quoqz potest exemplū de igne
in quo est substantia: splendor et calor. et ta
men quādoqz splendorē videmus. substan
tiam autem et calorē non percipimus. nam
in candela splendorem quidē percipimus
calorem autem minime videmus. Sic in
proposito filius dei solus carne vestitus ap
paruit: cum tamen eius operatio a patre et
spiritu sancto diuisa non sit. Qd autē vna
persona diuina incarnari potuerit sine alia
Q probat petrus de aquila in. iij. dist. j. q. ij. et
sanctus Bonauentura in eadez dist. arti. i.
q. ij. et Richardus ibidem per omnia. et Ale
xader de ales in. iij. parte summe in tracta
tu de conuenientia incarnationis. cuius ra-
tionem causa breuitatis omitto. Sed hic
queritur cum incarnationē filij dei tota si
R

trinitas operata. quare totiēs in sacra scri
ptura et in articulis fidei appropriatur hec
operatio spiritusancto: dum dicitur. Qui
conceptus est de spiritusancto. Respondet
sanctus Bonauentura in. iij. distinctione. iiij
articulo. j. qōe. j. et Alexāder de ales in. iij.
parte summe in tractatu de cōceptione xpi
et Richardus in. iij. distictiōe. iiij. articulo
j. q. j. et beatus Thomas s. iij. scripto. disti.
viij. articulo. ij. q. j. et. iiij. parte summe. q.
xxxij. articulo. ij. qz hoc fit triplici de cau-
sa. Primo ratione cause mouentis deuz ad
humane nature susceptionez: que fuit cha
ritas. ex amore enim maximo venit filius
dei vt carnem sibi assumeret in vtero virgi
nali vt habetur Johannis. iij. Unde magi
ster in. iij. distinc. iiij. hanc rationez appro
bans ait. Non enim ideo operatio incarna
tionis spiritusancto sepius attribuitur: qz
ipse eam sine patre et filio fecerit. sed quia
spūssanctus est charitas et donuz patris et
filij ex ineffabili dei charitate verbum caro
factum est. et inestimabili dei bono: filius
vniuit sibi formam serui. hec ille. Preterea
vt ostendatur qz nō ex aliquibus meritis:
sed ex sola liberalitate et gratia dei carnem
assumpsit. attribuitur christi cōceptio spūi S
sancto: qui est ipa gratia. Secundo idem
probatur ratione virtutis preparantis. si
cut enim charitas dei ad hominem mouit
deum principaliter: sic charitas ipsius vir
ginis eam maxime disposuit ad hoc donū
suscipiendū. vt dicit sanctus Bonauentu
ra vbi. s. Illud autem quod maxime pre-
parauit virginem fuit amor. Unde quem-
admodum mulier concipit per viri dilectio
nem et ipsius adhesionez. que est causa de
sideriorum in amore virtutis generatiue.
Sic beata virgo propter amoris singulari
tatem: singulariter cōcepit deum ex deo. et
ideo cōcepisse dicitur de spiritusancto. Un
de Hugo de sancto victore in quodam li-
bello inquit. Concepit virgo maria de spi
ritusancto: non qz de spiritusancto semen
partus susceperit. sed quia per amorem in
operatione spiritussancti ex carne virginis
diuino partui substātiam ministrauit. hec
ille. Tertio idem probatur ratione repri- T
mende siue excludēde falsitatis. ideo nāqz
dicitur cōceptus de spiritusancto. vt carna
le corpus interuenisse nō credatur. et vt om-
nis peccati cōtagio excludatur. et ne creda
tur qz se imiscuerit feditas cōcupiscētie ac

Quare appropriatur cōit. spirituisancto opatio incarnationis.

per hāc peccatū originale. vt inqt sanctus Bona. vbi. s. Patet ergo vt inqt magr vbi s. ꝙ frequēs noīatio spūssācti ab illo ope patrē ⁊ filiū non excludit: sed potiꝰ vno no minato tres intelliguntur: sicut fit sepe in alijs opibꝰ. vn̄ Augu. sup hoc mouēs q̄stio nē in lib. enchiridion. in hūc modum eā de terminat dicēs. Cū illā creaturā quā ꝟgo concepit ⁊ pepit q̄uis ad solam personā fi lij pertinētē tota trinitas fecerit: neqꝫ em̄ sepa abilia sunt opa ꝑ initatis: cur in ea fa ciēda solus spūssanctꝰ noīatus est. An ꝟo qū vnus triū in aliquo ope nominaf: vni uersa opari trinitas intelligif. Ita ꝟe est ⁊ exemplo doceri pōt. Audistis ꝓpositā que

u stionē eiusdēqꝫ solutionē. Hec magr vbi. s. | Patet ergo ꝙ licꝫ incarnatio xp̄i facta sit opatione totius trinitatis: tn̄ singulariter spūsancto attribuif qui i glīosaꝫ virginē supueniet sicut ei angelus gabriel predixit

Spūs sctūs su perue niet i te exponi tur. Lu. i. dicēs. Spūssanctus supueniet in te. qd̄ exponit beatꝰ Tho. i. iij. dist. iij. Primo supueniet in te. i. super possibilitatē ⁊ cur sum nature dando fecunditatē ⁊ seruando virginitatē. Scd̄o supueniet in te: idest su pra id qd̄ habes de plenitudine eius. quia sicut olim implebat mentē: ita nunc imple bit ventrē. Tertio supueniet in te. idest su per te ō celis veniet: quia omne datū opti mū desursum est. Jaco. i. quod notat glo. i l. ij. ff. de legi. Quarto supueniet in te. i. su pra merita tua ⁊ supra merita omniū crea turarū. Quinto superueniet in te. i. supra om̄s qui ante te fuerūt. Et virtus altissimi idest dei filius qui est sapientia patris. vt dicif. i. Cor. vj. obumbrabit tibi. i. sub vm bra carnis tue latebit. sub vmbra ei carnis tue latuit virtꝰ deitatis. Sed hic ad maio

x rē p̄dictoꝝ declarationē dicere possumꝰ ꝙ

Incar natio fa cta est mediā te nun cio. icarnatio filij dei ē facta. celesti nūcio me diāte: ⁊ spūsctō operāte: ac ipa virgine ma teriā ministrāte. Primo igitur dico ꝙ facta est mediante celesti nūcio: q: missus est Ga briel angelus a deo ⁊c. De tali autem nun cio exponi potest il'ud Prouer. xxv. Aqua frigida est anime sitiēti. ⁊ nuncius bonꝰ de terra longinqua. Aqua frigida sitim sedat estum tēperat. ⁊ quadā iocūditate in bibē do delectat. beata autē virgo Maria val de sitiebat aquā diuie gratie. habebat etiā estum magnum. i. magnū desideriū de hu mani gn̄is salute. habebat quoqꝫ magnā iocūditatem de ꝓmissa deo virginitate, et ideo Gabriel angelus fuit sibi sicut aq̄ fri gida. quia plenitudinē gratie sibi predixit dicēs. Aue gratia plena Salutē quoqꝫ hu mani generis per eā fiendā asseruit dicēs. ⁊ vocabis nomē eius Jesum. i. saluatorē. ꝟginitatē etiā illibatā sibi seruādā p̄dixit dicēs ꝙ cōciperet de spūssancto ⁊ nō de se mine humano: dū ait. Spūssanctus supue niet in te ⁊c. Scd̄o facta est hec incarna tio opatiōe spūssancti. vn̄ Beda super Lu cam ait. Spūssanctus in virginē supuenit q̄ in eiꝰ vtero redēptoris corpus opatione sua sine virili semine de eius virginea car ne creauit. Et Aug. in sermone de annūcia tiōe ait. Dixit angelus O maria virgo dei: filia: dei si a me reqris: quō virgo paries ⁊ post partū virgo ꝑmaneas. vel quomodo fiat in te qui fecit te audi me ⁊ non pertur beris in te. Spūsctūs supueniet in te. ita vt nec estum patiaris libidinis ⁊ mater sis creatoris. Et. Bern̄. super missus est inquit Ecce ꝯcipies ⁊ paries filiū. Cōcipies quod caro nescit. nō habet cōditio: natura nō ad mittit. O beata et ꝟe beata virgo maria q̄ preter generandi curas. ꝑter materna fasti dia: ad tātam gloriam germinis peruenit y

z Tertio dico ꝙ hec icarnatio facta est ipa virgine materiam ministrāte: quam mate riā spūssanctus sic sctificauit. ꝙ nunq̄ vlli vsui nisi diuino apta fuit sicut dicit Hiero: in sermone ad Eusto: exēplū lane adducēs vn̄ ait. Ante. quidē aduentum spūssancti i vtero virginis vterus eiꝰ q̄uis impollutꝰ et sctūs. adhuc tn̄ vilitate hūanitatis erat indutus tanq̄ lana cādidissima. ad quā sc̄ū accessit spūssanctꝰ velut eadē lana cū infici tur sanguine cōchili vel muricis vertitur in purpurā. versa est ⁊ ipa sine coitu in ma trē dei vt iā nō sit qd̄ fuerat sꝫ purpura mū dissima ad indumētū summi regis diuini tus aptissime dedicata. De hoc etiam sicut dicit Alchimius in li. de trinitate. Btā ma ria lana mūdissima fuit. ⁊ per virginitatē clarissima. q̄ sola esset in se filij dei recipe dignitatē. sicut lana conchili sanguine in tincta vt ex eadē fieret purpura. imperia li maiestate tm̄modo digna: quāqꝫ nullus esset dignus induere: nisi augusta predi tus dignitate: hec ille. De cuiꝰ virginis im maculate dei filiuꝫ mirabiliter cōcipiēte ⁊ parturiēte inquit Augustinus in sermone de natiuitate dn̄i. Uirga Aaron subito pro duxit flores ⁊ frondes ac nuces. virgo pru

Uirgo materi am mi strauit.

lit qđ ante nō habuit. nō radicata plantatiōe. nō defossa sarculo. nō aiata succo: nō fecūdata seminario. Ṽga ergo potuit ꝯtra naturā nuces educere. ⁊ virgo non potuit nature iure dei filiuȝ generare. q. d. immo ⁊ multo magis. hoc autē ostēdit exemplo speculi ⁊ radij solis dicens. Solis radius specula penetrat: ⁊ soliditatē ei⁹ insensibili soliditate ꝑtransit. ⁊ talis videt̄ extrinsecus. q̄lis extitit intrinsecus. Itaq; nec cum ingredit̄ violat. Nec cū egreditur dissipat. Sicut ergo speculū nō rumpit radi⁹ solis. sic integritatē ṽginis ingressus aut aggressus vitiare nō potuit diuinitatis. Hec aūt incarnatio fieri nō potuit nisi ipa virgine cōsentiente. Vn̄ Bern. sup Missus est ait. Da ṽgo responsum. respōde verbū ⁊ suscipe verbū. ꝓfer tuū: ⁊ suscipe diuinum. emitte transitoriū ⁊ amplectare sempiternū. Consensum igitur ṽgo ꝑstitit qñ dixit. Ecce ancilla dn̄i ⁊c. qđ exponit Ber. vbi. s. di. Verbū qđ erat in principio apud deū fiat caro de carne mea nolo vt mihi fiat aut' declamatorie predicatū. aut singulariter significatū aut imaginarie somniatum. sed silenter inspiratum. personaliter incarnatum ⁊ corporaliter inuisceratum. Hec Bern. ꝑ persona virginis. Cum quo verbo dei incarnato nos incorporari faciat hic per amorem ipsa mater eius benedicta. vt in celesti palatio postmodum illi vniamur per gloriam in secula seculorum. Amen.

ad īcarnandū filium oportuit virginem cōsentire.

De eadem mirabilissima filij dei incarnatione ex virgine: Sermo. vi.

a

Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. ps. xlv. Preciosis reliquijs solet fieri preciosum tabernaculū aureū vel argēteū q: locus debȝ esse ꝓportionatus locato. vt ait phs. iiij. physico. ⁊. ij. de aia. Cuȝ igitur nullū tam p̄ciosum iocale nullamq; preciositatē reliquiā mundus vnq̄ habere potuerit filio dei. idcirco decuit illam habere tabernaculū p̄ciosum vbi reponeretur speciosus forma pre filijs hoim. hoc autem tabernaculū fuit beata ṽgo Maria speciosa inter filios hierusalē: q̄ figurata fuit Exo. xxv. vbi dn̄s precepit Moysi dicens. Fac mihi sanctuariū ⁊ habitabo in medio eoꝝ ⁊c. Per hoc eni sanctuarium figurata fuit virgo bn̄dicta: que super oēs sctōs sanctioꝝ est. Inuētus est autem vnus optim⁹ faber scȝ spūssanctus: qui ipsam adeo subtiliter ornauit ꝑ artē suā. vt fieret digna habitatio filij dei: repositaq; ē in hoc sanctuario arca thesauroꝝ omniuȝ scȝ ipse dei filius in quo sunt oēs thesauri sapientie dei absconditi. vt dicitur ad Col. ij. In eo etiaȝ est altare vbi mactātur bestie. In hoc eni altari. scȝ virgine gloriosa que est altare exemplariū si quis attēdat reperiat plene qualiter actus brutales ⁊ bestiales debebat occidere. ⁊ de occisis facere sacrificium deo corde cōtrito ⁊ humiliato. Nam in hoc altari inueniet malleū hūilitatis ad cōterendum leonē superbie. aculeū charitatis ad feriendū serpentē inuidie. stimulū paupertatis ad percutiēdū lupū auaricie. iaculū virginitatis ad interficiendū porcū immūdicie. ibiq; oia arma parata inueniunt̄ ad effugandū oia peccata. ibi etiā est mensa ꝓpositionis. q: in ipsa est tam pctōꝝ q̄ iustoꝝ refectio. in hoc etiā altari est candelabrū respiciens ad aquilonē nā ab aquilone pandet̄ oē malū. Hiere. i. Inde eni ꝯsurgit tenebrarū p̄nceps qui insultat fidelib⁹: p̄cipue in hora mortis. Hoc autē candelabrū est ipsius virginis adiutoriū ⁊ subsidiū cōtra diabolum in exitu vite p̄sentis.

Maria est altare exēplorū.

b

In isto igit̄ tabernaculo ṽgineo deus habitationē suā elegit. Vn̄ Leo papa in sermone de natiuitate ṽginis inquit. Oportebat q̄ppe edificari domū in qua descēdens celestis rex habere dignaret̄ hospitiū. hāc igit̄ domuȝ dei sapientia edificauit: ⁊ in ea excidit colūnas septē. Septem nāq; hec domus suffulta colūnis extitit. quia venerabilis mater dn̄i septē spūssancti donis dotata fuit. necesse enim fuit prius erigi thalamū: qui venientem ad nuptias susciperet spōsus. hec ille. De cuius sponsi aduētu ad nuptias cū btā ṽgine angelo mediāte celebratas tres pulchras cōsiderationes faciemus.

Prima dicetur determinabilitatis.

Scda societatis.

Tertia ṽo mirabilitatis.

Pars prima hui⁹ sermonis que dr̄ determinabilitatis.

c

Pro expeditione huius partis possum⁹ deuote contēplari q̄ cū post peccatum adeo clausum fuisset celū: ita vt null⁹ intrare posset. videns autem Adā ⁊ sctī p̄res se a suo desiderio fuisse defrauda

narrat̄ q̄daȝ legatio facta a sanctis ad

deus p icarnatione

obedientiam. Et ideo semp meditabaf beatissima vgo quō melius diuine voluntati per oīa obediret. Sciēs veraʒ esse illā Virgilij sniam in lib. georgicoꝝ dicentis. Est legū seruāda fides supma potestas: Quod mādat fieriqꝫ iubet parere necesse ē. Sicut aūt mōdani reputāt lucruʒ quoddā quādo satisfaciūt voluntati ꝓpꝛie. l. cū seruus. ff. de ꝯdi. cau. da. cā nō se. ita ipa lucruʒ marimū eristimabat satisfacere volūtati diuine Qua pꝛopter sic perfectā obedientiā semp obseruauit ꝙ ꝑ eā sumꝰ a moꝛte liberati sicut per inobedientiā ꝑmoꝝ parentū fueramus ad eternā dānationē condēnati. vn̄ Aug. in ſmone de natiuitate ipꝰ virginis ait. ꝑ inobediētia obediētia cōmutaf. fides ꝑ perfidia compensaf. Et iterū. O felix obedientia. o insignis gratia. que dum humiliter fidem dedit celi in se opificeʒ incoꝛpoꝛauit Hec fuit vgo obediētia oī sacrificio gratioꝛ hec volūtas cunctis hostijs acceptioꝛ hinc ꝑmeruit gl'iam quā postmodū cecinit dī. Ecce em̄ ex hoc beataʒ me dicēt oēs generationes. Et loquif Augꝰ. particularif de obedientia ꝑsentis mysterij. s. in consentiēdo diuini vbi cōceptioni. Tantum aūt placuit deo eius obediētia vt mereretur filiū dei sibi facere subiectū ⁊ obedientē. Unde Bern̄. sup missus est: exponens illud Lu. ij. ⁊ erat subditus illis inquit. Quis? Quibus? deus hoībus. deus inquaʒ cui angeli subditi sunt cui ꝑncipatus ⁊ ptātes obediunt subditus est marie. ⁊ nō tm̄ marie: sed etiā ioseph ꝓpf mariā. Mirare ergo vtrū libet. ⁊ elige qd ampliꝰ mireris siue filij dei benignissimā dignationē: siue matris eius excellentissimā dignitateʒ. Utrūqꝫ stupoꝛ. vtrūqꝫ miraculuʒ. ꝙ femine deus obtēpet humilitas sine exēplo. ⁊ ꝙ femina deo principef sublimitas sine socio. In laudibꝰ virginum singularif canif ꝙ sequunf agnum quocūqꝫ ierit. Quibꝰ ergo laudibꝰ iudicas dignā que etiā pꝛeit? Disce homo obedire disce puluis obtēperare. disce terra subdi. Erubesce supbe cinis. deus se humiliat et tu te exaltas deus se hoībꝰ subdit et tu dominari hoībꝰ gestiēs tuo te ꝑponis autoꝛi. Quotiēs em̄ hoībꝰ ꝑesse desideras, totiēs deū pꝛeire cōtendis. hec ille. Faciebat igif beata vgo illud quod postea egit filiꝰ suus sciens ꝙ tanta est excellētia obedientie ꝙ nihil est pctm̄ nisi quod cōtra ipsam fuerit ꝑpetratū. pctm̄ em̄ est ꝑuaricatio legis diuine: ⁊ celestiū inobediētia mandatoꝝ vt ait Amb. in lib. de paradiso. Nec igif serā domicella suadebat beate vgini vto parere salutem mūdi. atqꝫ hoꝛtabaf eā, tam grandi sacramēto assensum ꝑbere. Sctūs auteʒ Bern̄. sup missus est in ꝑsona angeli dicit beate vgini exhoꝛtādo eaʒ ad cōsentiendū Audisti vgo fctm̄: audisti ⁊ modū. Utrūqꝫ mirum: vtrūqꝫ iocundum. Iocundare filia syon. exulta satis filia hierl'm. ⁊ qm̄ auditui tuo datū est gaudiū ⁊ leticia: audiamꝰ et nos a te respōsum leticie quod desideramus ⁊c. Ideʒ quoqꝫ sanctꝰ ibidē in ꝑsona oium sanctoꝝ patrū inqt eideʒ beatissime virgini. Expectamꝰ o dn̄a verbū miserationis: quos miserabilr ꝑmit snia damnationis. Et certe offerf tibi pꝛeciuʒ nr̄e salutis statiʒ liberamur si ꝯsentis. In sempiterno dei verbo facti fuimꝰ oēs. ⁊ ecce moꝛimur in tuo breui respōso sumus reficiēdi vt ad vitā reuocemur. hoc supplicat a te o virgo pia flebilis Adā cū misera sobole sua exul de paradiso. hoc abraā. hoc dauid. hoc ceteri flagitāt sancti p̄res tui qui habitāt in regione vmbꝛe moꝛtis. hoc totus mundus tuis genibus ꝑuolutus expectat. nec īmerito. quia ex oꝛe tuo pēdet ꝯsolatio miseroꝝ: redēptio captiuoꝝ: liberatio dānatoꝝ: salus deniqꝫ totius generis tui et vniuersoꝝ filioꝝ Adam. Da vgo rn̄sum. Festinanter o dn̄a rn̄de verbū quod terra. qd̄ inferi: quod expectāt ⁊ superi. Ipse quoqꝫ rex et dn̄o quantū cōcupiuit decoꝛē tuum: tantū desiderat tue rn̄sionis assensum. in qua nimirum ꝓposuit saluare mundū. ⁊ cui complacuisti in silētio. iam magis placebis ex verbo: cū ipe tibi clamet e celo. O pulchꝛa inter mulieres fac me audire vocem tuam Si ergo eum facies audire vocem tuam: ipe te faciet audire salutē nostrā. nūqd nō hoc est quod q̄rebas: qd̄ gemebas: qd̄ diebus ac noctibꝰ oꝛādo suspirabas? Respondeas itaqꝫ cito angelo. inimo per angelum dn̄o. Respōde verbū. ⁊ suscipe verbū ꝓfer tuū ⁊ suscipe diuinū: emitte tuū trāsitoꝛiū ⁊ āplectere sempiternuʒ. Quid tardas? qd trepidas crede cōfitere ⁊ suscipe. Sumat humilitas audaciā. qꝛ etsi grata in silentio verecūdia: magis tm̄ nūc in verbo pietas ē necessaria. aperi vgo beata coꝛ fidei. labia cōfessioni: viscera creatoꝛi. Ecce desideratꝰ cūctis gētibꝰ pulsat ad ostiū. O si te morāte ptrāsierit: ⁊ rursus scipias dolens q̄rere

quē diligit aīa tua. Surge curre apl.surge per fidē:curre p deuotionē:aperi per dilectionē.hec ille. Tūc btā virgo his vbis cōfortata ⁊ de magnifica ꝓle letificata ⁊ de suo pudore ⁊ ītegerrima pudicitia certificata:statī surrexit:genua in terrā fixit:terrā osculata fuit:oclos ad celū eleuauit brachia ad celos extēdit:⁊ sic cū maximo gaudio:cū ingēti feruore:cū īdicibili deuotione:cūq3 ineffabili charitate dixit. Ecce. In quo vbo denotatur prōptitudo obediētie ⁊ inceptio nostre salutis.⁊ altitudo vginalis contēplationis.⁊ demonstratio sue volūtatis. Hoc eñ verbū ecce aliqñ ponit̃ ex positiue siue demōstratiue vel indicatiue. vt de peni.disti.j.§.ecce.⁊.xxv.q.v.c.ecce. ⁊ insti.de rerū diui.§.cū ex aliena plāta. ⁊ §.hoc amplius.⁊ de peni.di ij.c.si eñ inqt ⁊ īsti.de vsufru.§.j.⁊.xxviij.q.j.c.sic eñ.§ his de cāis.⁊ ex̃.de baptis.c.maiores.ver. ad id.⁊.ff.qd cuiusq3 vni.l.j. Aliqñ ponit̃ exhibitiue vt.xxij.q.ij.c.Egressus.Aliqñ inceptiue.vt ex̃ de renū.c.nisi cū pridē.§.propter maliciā.⁊.xxxvj.dist.c.ecce.⁊ ō maio. ⁊ obe.c.solite. Aliqñ etiā ponit̃ contēplatiue.vt ibi. Ecce q̄3 bonū ⁊ q̄ iocundū habitare fratres in vnū.ps.cxxxij.⁊.c. dilectissimis.xij.q.j.c.nulli.iij.q.j.⁊ oībus his modis possunt exponi vba benedicte vginis dū dixit ecce ⁊c.

ecce ponitur di uersi mode

Decima domicella fuit dña humilitas siue dñe ancilla.que ꝑerat familie dom⁹ beate vginis ⁊ oīa officia domus ꝓgebat. Hec aūt beatā virginem instruebat vt de se licz ad tantā excellentiam exaltabat̃:nō alta sez hūilia sentiret: cogitaret ac diceret:dicēs ei illud Tob.iiij.supbiā nunq̄ in tuo sensu aut in tuo vbo dñari permittas.quia vt ait martialis poeta. Etherea pacē vent⁹ ⁊ supbia tollunt.⁊ ꝑm Claudianū lib.j. Inqnat egregios adiuncta superbia mores.⁊ vt ait Prudētius in lib.de sichomachia.c.v. Frāgit deus omne supbū. Alta cadūt.inflata crepant.tumefacta premūtur.sed quāto maior es tāto magis te humilia in oīb⁹.⁊ corā deo inuenies gratiā.Eccli.iij. Uirginitas eñ cū humilitate est admirabilis.§.hec.scripsimus.xx.di. Hanc autē virtutē veniet cōmēdare filius tuus.c.displicet.§.si autē.xxiiij.q.iiij. ⁊ ipam verbis ac factis ostēdet.xc iij.di.c. dñs. Uñ dicet discipłis suis Mat.xj. Discite a me q2 mitis sum ⁊ humilis corde.trāssumptiue in.ca.qui se scit.el.ij.q.vj. Hec etem̃ vtus est cōseruatiua oīum aliarū virtutū.vñ Bern̄. in lib.de improbatione viciorū.c.ij.inquit. Firma solet virtus humiles seruare quietos: Nec cadit in plana q̄ requiescit humo. Huius autem domicelle documēta ipsa virgo bñdicta ꝑfecte seruauit.qd patere poterit ex respōsione quā angelo fecit. De qua inqt Ber. O veneranda vginitas.o pdicanda humilitas.ab angelo mater dñi appellat̃ ⁊ se ancillā dñi cōfitetur.vñ ait. Ecce ancilla dñi: tāq̄ diceret Paratū est cor meū deus.q2 intactus ꝑmanet vterus meus. Respexit eñ hūilitatem ancille sue. Uenit ergo mãsuetus implens celos.transgrediēs p humilē ad supbos.⁊ celos nō relinquēs vt inflatos tumore superbie apposito hūilitatis remedio mitis medicus ipse curaret. Uenit eñ mãsuetus ⁊ mitis sedēs sup nubē leuē.i.sup Mariā humilem.hec ille. Undecima domicella fuit dña desiderosa que incitabat beatā vginē ad desiderium cōceptiōis filij dei ⁊ saluationis mūdi.qd quidē desideriū ipaz taliter inflammabat q̄ cū ꝓpheta dicebat ps.xlj. Quēadmoduz desiderat ceruus ad fontes aquarū:ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad te deum fontem viuū. Et iterū cū eodē ꝓpheta dicebat ps. xxxvij. Dñe ante te om̄e desideriū meū. Ex quo apparet sanctitas mentis virginalis. Nā vt ait Cassiod.li.iiij.epistolaꝝ:epła.v. Ex qualitate desiderij pōt mēs honesta cognosci. Uidebat̃ autez beate vgini magna mora expectatio ⁊ tarditas incarnatiōis. iuxta illud Senece in ꝓuerbijs. Etiā celeritas in desiderio mora est. Et ideo subdit.⁊ dixit. Fiat mihi ꝑm verbū tuum. Qd exponens Bern̄.sup missus est ait. Fiat in desiderij signū:nō in dubitantis indicium Nā per hoc qd dicit. Fiat mihi ꝑm verbuz tuuz.magis intelligendū est affectū exprimere desiderātis q̄ effectū inquirere more dubitātis:q̄q3 nihil obstat intelligi fiat. Ecce verbū orōnis.nemo quippe orat nisi qd credit ⁊ sperat.vult aūt a se reqri deus qd pollicet̃. Et iō forte multa q̄ dare dispo suit pri⁹ pollicet̃ vt ex ꝓmissione deuotio excitet̃. Sicq3 qd gratis daturus erat deuota oratio ꝓmereat̃. Hoc vtiq3 virgo prudēs intellexit:qñ preuenienti se muneri gratiositate ꝓmissionis apposuit meritū sue orātiōis dicēs. Fiat mihi ꝑm verbuz tuū. Fiat mihi de verbo ꝑm verbū tuuz. verbū

qđ erat in principio apud deū fiat caro de carne mea ꝺm ꝟbū tuū. Fiat obsecro mihi verbū nō ꝓlatū qđ trāseat: sed ꝯceptū ꝟt maneat: carne videlꝫ indutū: nō aere. Fiat mihi non tm̄ audibile auribus sed visibile oculis. palpabile manib⁹. gestabile hūeris Nō fiat mihi verbū scriptū ꝛ mutū. sed incarnatū ꝛ viuū. hoc est non mutis figuris mortuis in pellibus exaratū. sed in forma hūana meis castis viscerib⁹ viuaciter impressus. Et hoc nō mortui calami depictione. sed spūssancti operatione. eo eñ modo fiat mihi quo nemini ante me factū est. nemini est post me faciēdū. Porro multipharie multisq̧ modis olim de⁹ locut⁹ est patribus in ꝓphetis. ꝛ alijs quidēꝫ in aure. alijs in ore. alijs in manu factū esse verbū dn̄i mēorat. Mihi autē oro ꝟt in vtero fiat iuxta verbū tuum. ꝟbū igit̃ qđ ab alio fieri nō pōt dignet̃ in me ꝛ mihi fieri ꝺm verbū tuū scꝫ silēter inspiratū ꝑsonaliter incarnatū: ꝛ corpaliter inuisceratū. hec ille in persona virginis. O igit̃ beatissime spōse dei ardentissimū desideriūꝫ. qđ tante efficacie fuit ꝟt illū facere mereret̃ sibi filiū ꝑ quē facta sunt oīa. ꝛ ꝓpt̃ qđ de⁹ exaudiuit desideriū omniū sanctoꝝ patrū. ꝛ tūc verificatusꝫ fuit illud ꝓphete ps. ix. Desideriū paupeꝝ

V exaudiuit dn̄s. Duodecima domicella fuit dn̄a fidelis siue dn̄a credentia q̄ exhortabat̃ illam ꝟt si qđ optabat cōpleri volebat in fide firmissima persisteret. qꝛ omnia possibilia sunt credenti. Mar. ix. Dicebat qꝫ ei per fidē tuā facies montē eleuare se ꝛ proijcere in mare. Luc. xvij. idest dei filium q̄ est mōs dei. mons pinguis đ celo. veniētē facies in mare vteri tui descēdere. Dicebat etiā illud Cassioď. lib. iij. epl̄arū: epl̄a iiij. Illi firmiter credere debetis quem vestris vtilitatib⁹ arridere cognoscitis. s. angelo annūciāti. ꝛ deo eū mittēti. ꝛ iterū illud Ouiď. in. iiij. de tristibus. epl̄a. iij. Crede qđ ē ꝛ ins ac desine tuta vereri. Deq̧ fide certa sit tibi certa fides. Cuius domicelle salutaribus monitis ꝑfectissime obtēperauit beata ꝟgo. vñ Luc. j. eā laudauit elisabeth de credulitate: dicēs ei. Btā que credidisti: qm̄ ꝑficient̃ in te que dicta sunt tibi a dn̄o. Ipa igit̃ virgo ab his duodecim domicellis sic bene ꝑsuasa. alacri animo et vultu iocūdo inquit ꝺm Augu. in quodāꝫ ser. nōe. Cōtingat mihi o Gabriel archāgele ꝺm verbū tuū. veniat ad cubiculū suū q̄ in sole posuit tabernaculū suū. oriatur mihi virgini ꝑmanēti sol iusticie in cuius ꝑēnis eterna ꝑmanet sanctitas. Cui ꝑpetua castitate florescēs mea ꝑduret integritas. Egrediat̃ sicut splēdor iustus. ꝛ saluator ꝟt lampas accēdatur. Procedat iam sponsus de thalamo suo. qꝛ secura facta sum de proposito meo. Nec mora. reuertitur nūcius. ꝛ ꝟginalē thalamū ingredit̃ xp̄s. efficit̃ subito ꝑgnās btā dei genitrix. ꝛ cūcta ꝑ secula ꝑdicatur hec felix. Sine mora ꝟt assensus ꝟginis pāditur: celestis spōsus immaculatū corp⁹ ingredit̃: ꝛ qui toto mūdo nō capitur: puelle intacte mēbris infundit̃. Credit monita qđ audiuit. ꝛ meruit sanctificata qđ credidit. deniq̧ tantū se ad celi fastigia subleuauit ꝟt verbū apud deū in ꝑncipio. i. dei filiū de summa celi arce susciperet. Mox nāq̧ ꝟt btissima ꝟgo annūcianti angelo assensum prebuit: spūsscūs in eāꝫ descēdit. de quo dei filiū concepit. hec ille. O igitur respōsio gratissima. O verbū efficacissimū. O inefabilis virtus Marie virginis. O inexcogitabilis clementia creatoris O incōprehēsibilis altitudo mysterioꝝ dei. vna mulier hebrea fecit inuasionem in domo regis eterni. vna puella sic diuinam sapiām circūuenit ꝙ ipse deus illi: inquit. Cañ. iiij. vulnerasti cor meū soror mea spōsa. vbi glo. ait. ꝑ tuo amore carnē assumpsi Ex ꝟginis ergo carne de⁹. summā altitudinem vestiuit humilitate summas delitias penalitate. summā opulentiā paupertate: summā lucē tenebris. summū honorem opprobrijs. ꝛ ꝑ eius dilectiōe summū amabile exposuit flagellis. Cōcepto aūt dei filio ex ꝟgine angelus gabriel in celū se recipiens filij dei incarnationē supernis ciuibus nūciauit: q̄ in cāt⁹ suauissimos ꝛ innumerabiles graꝝ actiōes ꝓruperūt. Pie qꝫ creditur ꝟt. ſ. dictū est sermone. ij. huius partis pte. iij. ꝙ hoc bonū nouūꝫ etiā sanctis patrib⁹ in limbo existentibus annūciauit: Et ideo letati sunt gaudio magno valde. Surrexerūt aūt q̄ttuor ꝓphete cōfortātes ꝛ ante oēs qui erāt in limbo. Primo surrexit Moyses ꝛ ait. Manna de celo descendit. Nume. xj. gaudeāt ergo ꝛ reficiant̃ omnes esurietēs. Secūdo surrexit Dauid ꝛ dixit. Exortusꝫ est in tenebris lumen rectis corde misericors ꝛ miserator et iustus dn̄s. ps. cxj. Gaudeāt ergo ꝛ illuminent̃ omnes cecutientes. Tertius ꝟo qui surrexit fuit Sa

lomon qui ait. De vinea celi botrus erupit gaudeāt ⁊ vino precioso repleant̄ cuncti sitientes. Bibite ergo oēs ⁊ inebriamini charissimi. Cañ.v. Quartus fuit Daniel q̄ surrexit ⁊ dixit. Lapis sine manibus de monte precisus est Dañ.ij. Gaudeāt ergo oēs fideles. Miserūt aūt legatos ad bñdictā virginē q̄ grās illi egerūt bñdixerūtq̄ eā vna voce ex pte oīum dicētes. Tu glia hierlm. Tu leticia israel. Tu honorificētia ppli nri q̄ fecisti viriliter. ⁊ confortatus est cor tuū. eo q̄ castitatē amaueris. eris q̄ bñdicta i eternū. Judith.xv. Rñdit pōst eis btā virgo dicēs illud Tob.xij. Bñdicite deū celi. ⁊ corā omnib⁹ viuētibus cōfitemini ei: q: fecit nobiscū misericordiam suam:

Z Pars tertia huius sermonis que dicit̄ mirabilitatis.

Singulare diuinitatis op⁹ cui nū q̄ sile factum est: nec fiet. fuit incarnatio filij dei ex virgine. De q̄ ipe de⁹ inqt Neemie.vj. Op⁹ grāde ego facio. De hoc etiā inquit ille ppheta Abachuc.ij. sui lib.c. Dñe op⁹ tuū.i. magnū est. in medio annoꝝ viuifica illō. Quapropter Aug. in ser.vij. de natiuitate dñi ait. O mira ⁊ inexq̄sita cōpago O noua ⁊ inaudita cōmixtio deus q̄ ē ⁊ q̄ erat creator efficitur creatura. qui immensus est capitur. diuites cōstituēs paup' efficit̄. incorporeus carne vestitur. sermo carnescit videtur inuisibilis. palpatur impalpabilis cōprehēditur incōprehēsibilis. immortalis occiditur. ⁊ quē celum ⁊ terra nō capit in presepio angusto locatur. numerat̄ in secula qui est ante secula homo christus iesus. De his mirabilibus operationibus loquebat̄ dauid ps.cxxxviij. dicēs deo. Mirabilia opa tua ⁊ aīma mea cognoscet nimis. Sciendum est autem sm Tho. in.iij. scripto.di.iij.ar.ij. ⁊ in.iij. parte summe.q. xxxij.ar.iiij. ⁊ Alex.d ales in.iij. parte summe in tractatu de cōceptione christi p spiritumsanctum. ⁊ Rich. in.iij.di.iij.ar.ij.q.iij. ⁊ seraphicum Bonauen. in eadē di.ar.vi. q.ij. ⁊ in questionibus circa litteraꝫ. ⁊ Alexandrum lombardum in eadem dist. q̄ formatio corporis xpi de virgine fuit miraculosa. Unde Anselmus in.ii. de cōceptu virginali.c.xiij. inquit. Spiritussanctus ⁊ virtus altissimi de virgine muliere virum mirabiliter ppagauit. Rōnes aūt adductas a theologis vbi.s. quare hic formatio fuerit miraculosa cā breuitatis ptrāseo. adeo aūt. est mirabilis q̄ a nobis est incognoscibilis. vñ Chryß. i homel. de natiuitate dñi ait. Scio quia verbū caro factum est. sꝫ quō factuꝫ sit nescio. Miraris quia ego nescio. Omnis creatura ignorat. hec ille. Multis ergo ex causis miranda est dei incarnatio.

Formatio corporis xpi fuit miraculosa.

Primo quia in ea dñs fact⁹ est seru⁹. de⁹ eī est dñs vniuersoꝝ.ij. Mach.xiiij. Et certe ipe fili⁹ dei ē rex regnū ⁊ dñs dñantium Apoc.j. ⁊ cle.ij.§.fi.d sen. ⁊ re iud. Et tñ vt ait apls Phil.ij. Exinaniuit semetipm formā serui accipiēs. ⁊ venit ministrare ⁊ non ministrari. Mat.xx. Scdo fuit mirāda. q: sūm⁹ fact⁹ est lim⁹. Quis enim excelsior dei filio. ⁊ quid vilius limo. ⁊ tñ tāta dignatione descendit deus in limum. ⁊ tanta sublimatiōe ascēdit limus in deū: vt q̄cq̄d i illo fecit deus limus fecisse dicatur. ⁊ q̄cq̄d limus ptulit: deus in illo ptulisse p̄dicet̄. q: idem est deus ⁊ hō. Et non mō hō: sꝫ vilissimus hominuꝫ est reputat⁹. Esa.liij. immo nec vt hō habit⁹ sicut ipe testat̄ p pphetā ps.xxj.di. Ego aūt sum vermis ⁊ nō hō: opprobriū hoiꝫ ⁊ abiectio plebis. Tertio fuit mirabilis. q: fact⁹ etern⁹ est tpalis. Etern⁹ eniꝫ est pr̄. etern⁹ fili⁹. etern⁹ spūssanct⁹. vt dr̄ in symbolo Athanasij. Et tñ nūc tēpore incipit mēsurari. ⁊ incipit hr̄e principiū q̄ erat in pncipio apud deū patrē. Jo.j. Et q̄ in celis nō est posterior patre: incipit eē posterior matre in terris. vñ ⁊ eternus nūc dr̄ infans octo dierū. ⁊ nunc puer.xij. annorū Lu.ij. ⁊ quasi incipiēs.xxx. annoꝝ. Luc.iij. Quarto fuit mirabilis q: imēsus fact⁹ est paru⁹. Immēsus eī est pr̄. immēsus fili⁹ immēsus spūssanct⁹. vt i eodē symbolo habet̄. ⁊ tñ ille q̄ sua magnitudine celū ⁊ terrā implet. vt dr̄ Hierem.xxiij. ⁊ qui dixit Esa. lxvj. Celū sedes mea ⁊ terra scabellū pedū meoꝝ. tam paruus fact⁹ ē vt vix humanis oculis mēbroꝝ eius distinctio videri posset iuxta illud Esa.ix. Paruulus natus est nobis. ⁊ fili⁹ dat⁹ est nobis. Quinto est mirabilis hec incarnatio q: incōprehēsibilis fact⁹ est localis. Qui eī oī rei adest p pñtiā potētiā ⁊ essentiā. vt declarat beat⁹ Tho. in.j. par. sum.q.xl. i angusto vētris loco cōcludit̄. ⁊ q: nō ē ei loc⁹ in diuersorio. reclinat̄ i p̄sepio. Lu.ij. Sexto est mirāda h̄ icarnatio q: simplicissim⁹ p eā videt̄ cōponi. de⁹ eniꝫ vt ait pbs.ij. meta. est summe simplex cui⁹ nature. vt ait Leo papa in quodā sermone

nec addi pōt nec minui. tū nūc incipit hrē corp⁹ ⁊ animā ⁊ mēbra diuersa. ⁊ quasi in se haberet aliquid superfluū voluit circuncidi. Lu. ij. Septimo fuit mirabilis. q: sapia dei patris quasi ignorās facta est. vñ et ad modū addiscētis se habuit audiēs ⁊ interrogās legis doctores. ⁊ dict⁹ est pficere etate ⁊ sapiētia corā deo ⁊ hominib⁹. Lu. ij. Octauo est admiranda. quia fortis per eam factus est īfirmus. Ipse em̄ est dei virt⁹ sicut ⁊ dei sapiētia. j. Cor. j. ⁊ tñ nūc ab vna iuuēcula vincit. cū mēbra pānis inuoluta virgo mater alligat. ⁊ manus pedesq₃ crura stricta cingit fascia. Nono est mirāda. q: p eas diues fact⁹ est paup. Nā gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹. ps. cxj. In quo sūt diuitie ⁊ glīa Prouer. x. ⁊ nūc ita paup fact⁹ ē vt non habeat vbi caput suū reclinet Mat. viij. Propter qḋ Threñ. iij. ipe inq̄t. Recordare paupertat[is] mee. Decimo fuit mirabil. q: pānis esuriuit. panis i quā ille q̄ de celo descēdit. Jo. vj. ex q̄ ois hō viuit. s. ō vbo dei. Deut. viij. ⁊ Mat. iiij. ⁊ c. inter cetera. de offi. iu. or. Itē ille q̄ dat escā omni carni. vt dr. ps. cxxxv. esurit in infantia cū infantib⁹ ⁊ cu₃ viris vir pfectus. Mat. iiij. ⁊ xxj. Undecimo fuit mirāda. q: fons sitiuit. Fons iquā ille q̄ dat aquā viliā saliētē in vitā eternā. Jo. iiij. Uñ canit eccl'ia. paruoq₃ lacte pastus est: p quē nec ales esurit. Sitiuit fatigatus ex itinere. Job. iiij. Sitim q₃ se pati ostēdit in cruce dum dixit Sitio. Job. xix.

⁊ Scḋo fuit admirabilis quia deus fact⁹ est hō. iuxta illud Jo. j. Uerbū caro factu₃ est ⁊ habitauit in nobis Audite ergo celi ⁊ obstupescat terra. q̄d em̄ mirabilius. q̄d' iscrutabilius q̄ q̄ ex virgine fact⁹ sit de⁹ hō. O virgo gloriosa. o virgo sanctissima. o virgo incōparabilis. o virgo toti mūdo admirabilis que factorē tuū fecisti. que creatore₃ orbis pcreasti. que gēstorē vniuersoꝝ genuisti. que maiestatē diuinā in tuo vtero recepisti. que altitudinē dei ad tantā humiliationē inclinasti: amore illi⁹ quē concepisti impetra nobis ab eo gaudia paradisi.

De eadē beatissime virginis annūciatiōe Sermo. vij.

a Ave gratia plena. Lu. j. Inq̄t dñs Andreas siculus dictus barbati⁹. sup. c. conquestus. de ferijs Pondero vnū ex tex. huius capli. q̄ non commemorat nomē pprium. sed dicit btē virginis ⁊ sic exprimit nomen dignitatis. ⁊ nō nomē ppriū. Et sepe mirat⁹ sum q̄ xpiani nominet illā illustrissimam dñam noīe pprio. q̄ nominanda esset noīe sue icōprehēsibilis dignitatis. hec ille. Ex qb⁹ dixerūt q̄dā q̄ in salutatiōe āgelica nō d₃ poni Maria: qḋ nomē nō posuit angelus. Ad euangeliū em̄ nō d₃ aliq̄d apponi. iuxta illud Apoc. vlt. Si q̄s apposuerit ad hec: apponet de⁹ plagas sup illu₃ scriptas in libro isto. Sed sciēdum est fm Alber. sup missus est. c. lx. q̄ angelus rōnabiliter reticuit nomen ppriū beatissime virginis i salutatiōe. na₃ dignius ea₃ salutauit noīe noue excellētie ⁊ dignitatis. vt p mutatio nē noīs mutatio stat⁹ denotaret. In collatione em̄ magnaꝝ dignitatū solet fieri mutatio nominū. vt p₃ i papa nouiter creato vñ Jo. j. dixit xps petro. Simon iohānis tu vocaberis cephas. Quare aūt pape nouiter electo mutetur nomen. ponit Johā. and. in proe. vj. in verbo Bonifaci⁹. Angelus ergo ppriū nomen virginis bñdicte qḋ est Maria mutauit dicēs gratia plena. Et tūc verificatū est illud Esa. lxij. Uocabit tibi nomē nouū qḋ os dñi noiauit. Hoc aūt nomen gratia plena circūlocutio est tm̄ p prij nois beate virginis ⁊ persone ipsius qḋ nulli ālij cōuenit pprie nec deo nec creaturis. fm q̄ plenitudo gratie intelligit susceptiue tm̄. Deus em̄ nihil h₃ gratie susceptiue. ⁊ nulla alia pura creatura plena est gratia susceptiue pter beatā virginem. que sola tantū recepit de gratia q̄ nulla pura creatura plus recipe potuit. vñ hoc illi ita ppriū fuit q̄ ei angelus illud p pprio noie imposuit. Principes nāq₃ ⁊ maximi pōtifices non solēt pprio noie salutari. Et iō angelus solū expssit nomē ei⁹ pprie dignitatis salutādo eam: neq₃ enim. vt quidam dicunt: credēdū est q̄ sancta trinitas dixerit angelo. vade ad Mariā: sed vade ad illa₃ excellentissimā virginē gratia plenā. Et₃ autem eius nomē pprius angelus reticuerit predicta rōne: ecclesia tñ apposuit i salutatione Maria ppe gratia plena. vt per gratia plena recolat beatissime virginis dignitatem per Mariam autem inclinet ea₃ ad subleuandam nostram necessitatem. Et iō ecclesia non errauit. Ad illud autem qḋ supradictu₃ est nō debere ad euāgeliū apponi. Rūdet q̄ intelligit de appositione falsi

Quare nomen pprium reticet in salutatione angelica.

ratis. vñ apl's ad Gal. j. ait. Si angelus de celo venerit ꝛ aliud euangelizauerit vobis ꝙ qđ euangelizauimus vobis: anathema sit. De annūciatione aūt ipsius beatissime ꝟginis duas tm̄ considerationes faciem⁹.
Prima dicef exemptionis. ibi. Aue.
Scđa ꝟo gratificationis. ibi. grā plena.

B Pars. j. hui⁹ sermõis q̄ đ: exemptiõis.
n Os antiquissimus est ꝙ cuȝ aliq̄s amico suo occurrit vel lr̄am aut ambasiatā ei mittit: in pncipio ponit ꝟba salutationis. Diuersus aūt modus salutatiõis inuenif in sacris scripturis. Nā dñs Jesus post resurrectionē apparēs aplis dixit eis Pax vobis. Luc. xxiiij. ꝛ Joh. xx. Item occurrēs mulierib⁹ venientib⁹ a monumēto suo: salutauit eas di. Auete. Mat. vltio. et Joab princeps militie exercit⁹ Dauid occurrens amase: vt amicū salutauit eum di. Salue mi frater. ij. Reguȝ. xx. Et iudei qui erant hierosolymis mittentes lr̄as eis qui erāt in egypto amicis suis ꝛ generis sui: salutauerūt eos dicētes. Salutē ꝛ pacē bonā scȝ mittim⁹ vobis. vt habef. ij. Macha. j. Angel⁹ autē raphael ingressus ad Tobiā salutās eū dixit. Gaudiū tibi sēp sit. Tob. iiij. Saluator quoq; noster p̄cepit aplis vt in quacūq; domū intrarent: salutarēt eos qui in ea essent dicentes. Pax huic domui. Mat. x. ꝛ. Luc. x. Summi aūt põtifices ꝑ salutatiõe dicūt. Salutē ꝛ apostolicā benedictionē vt pꝫ in ꝓemio lib. decretaliū. et vj. ac clementinarū. Angelus aūt Gabriel nõ sine magna causa salutauit beatissimaȝ ꝟginē: dicēdo Aue. qđ fecit vt ostēderet ex parte cuius eā salutabat scȝ totius trinitatis. Nam hec dictio aue hꝫ tres lr̄as innuētes ꝑsonas diuine maiestatis. scȝ patris et filij ꝛ spūssancti. Prima em̄ lr̄a que est A. significat spiritūsctm̄. Ipe em̄ spūssanctus vt ait Grego. in quadam homel. amor est. Scđa lr̄a est. v. significans personā filij q̄ est verbū patris. ꝛ medius nõ situ sed numero inter patrem ꝛ spiritūsanctuȝ. Nam tres sunt qui testimoniū dant in celo, Pater verbū. ꝛ spūsctūs. ꝛ hi tres vnū sunt. j. Johā. v. Tertia lr̄a est e. ꝛ significat patrē. nā vt dicit Hilarius in lib. đ. trini. Eternitas est in patre. nõ ita tm̄ q̄n filius ꝛ spiritussctūs etiā sit eternus cum eo. sed quia ei appropriaf magis. Eternum em̄ importat quid sine principio. Filius aūt ꝛ spūsctūs

Diuerse salutatiões in scripturis.

ꝙuis nõ habeant principium creationis nec factionis. habent tm̄ principiū emanationis. q: emanat filius a patre: ꝛ spūssanctus ab vtroq; ꝛ sic ab eterno. Solus autē pater est sine aliquo pncipio: q: a nullo ipe emanat. Dicit ergo angelus Aue: quasi dicat. Tota trinitas me mittit ad te. q: ꝛ ipa tota operabif istā incarnationē in te. Uel possumus dicere ꝙ per a. que est prima litterarum quam greci vocāt alpha. ꝛ hebrei aleph significat diuitas. Per v. aūt q̄ ꝓm Priscianū in. j. lib. est vltima lr̄aꝝ alphabeti ꝓm latinos: significatur natura humana. que est vltima inter naturas itellectuales. Per e. aūt significatur beata ꝟgo Maria. vel quia fuit hebrea. vel q: egregia et excellentissima est inter oēs mulieres. Apparēs ergo angelus beate ꝟgini dixit Aue quasi diceret. Diuinitas humanitatē recipiet ex te hebrea ꝛ egregia atq; excellētissima virgine. Notandū quoq; ꝙ vera est C
illa vulgaris sententia. Omnes dicūt e. vl' a. quot quot nascūtur ab eua. scȝ in egressu ex vtero matris. Nascūtur em̄ lugēdo. Qui ploratus est ꝓm Aug. in li. de ci. dei. quasi quedam ꝓphetia nostri incolatus. significans ex hoc ꝙ in vallem lachrymaꝝ ꝛ miseriarū intram⁹. Et masculus quidē in ploratu suo nascēs profert A. quasi dicat. Similis suȝ Ade masculus pctõ ꝛ miserijs ac multis calamitatibus ꝛ morti ꝑpter eum subditus. Femina ꝟo nascēs plorando profert e. quasi dicat. Femīa sum: Eue similis cuius miserijs ꝛ maledictis subijcior. Sed quia Adaȝ ꝛ Eua cū filijs ꝛ filiab⁹ suis ab eis mortificatis viuificanf per virginē matrē. qđ significatur per. v. que est mediā inter a ꝛ e. Ipsa em̄ ꝟgo fuit mediatrix genitrix ꝛ vita. ideo illi dixit angel⁹ Aue. quasi dicat. Tu es illa q̄ viuificabis Adā ꝛ Euaȝ cū posteris suis. Sciendum etiā ꝙ lr̄e huius dictionis Aue: cõtrario modo se habēt lr̄is huius noīs Eua. Et ideo dixit angel⁹ btē ꝟgini Aue. quasi diceret. Tu in totum contraria es Eue. ideo salutando tibi dicimus Aue. Et h̄ est qđ canit ecclesia dicens Sumens illud aue gabrielis ore: funda nos in pace mutās nomē eue. Ipa em̄ eua suos filios fecit inimicos dei. Beata autē virgo nos pacificauit deo. Eua superbiuit cõtra dñm volens esse similis deo. Maria se ꝑfundissime hūiliauit vocans se nõ matrē dñi sicut erat. sed ancillā eius. Eua cor

poralis mater cūctoꝝ viuentiū spūalis eo rū interfecerit: fuit a deo mltipliciter maledicta. Maria spūalis mater oīm saluandorum: ipsoꝝ viuificatrix: fuit a deo būdictionibus repleta. De hoc autē inqt sctūs Maxim⁹ in quodā sermone. Eua posteros ex sua carne nascētes trāstulit ad inferos. būdicta ꝟgo ex sua prole natos dirigit ad celos. Ex carne Eue nati dicunt filij hoīm ex carne marie filij renati dicūtur filij dei. Cedat ergo nūc improperium Eue. qr vniuersi sumus leti per partū btē ꝟginis marie. Et vitā quam destruxerat Eua reparat ꝟgo Maria. hec ille. Et ideo dixit ei angelus: Aue. qđ est oppositū de eua. Sciendū quoqꝫ ꝙ lrā a. expssa voce formatur in gutture. ⁊ in gutture cōmuniter hebrea locutio formaꝝ. U pnunciatur in labijs eacuēdo. ⁊ latin⁹ in labijs quodāmodo loqtur in palato. ⁊ in palato grecus sua verba pnūciat. Apte ergo inquit angel⁹ btē ꝟgini aue. quasi diceret. Oīs lingua tam hebrea ꝙ latina ⁊ greca te laudat. hoc omis doctrina attestatur mysteriū.

D. Sciendū etiā ꝙ hoc ꝟbo Aue ostendiꝝ singularitas Marie. Sibi em̄ ppie cōuenit hoc verbū qđ denotatur ab a qđ est sine ⁊ ve qđ est interiectio dolentis. quasi sine ve. Ue enim importat miseriā. nulla aūt pura creatura fuit sine ve sicut btā virgo. Unde inquit Alber. super missus est. c. lix. Concedimꝰ ꝙ beata virgo fuit diuersimode sine diuersis ve. Fuit enim sine ve cōmuni oībus hoībus. sine ve speciali mulieribus ⁊ sine ve ppro matrib⁹. Ex pte em̄ corporis oīs hō p pctm̄ incurrit triplex ve scꝫ ipsius corporis distēperationē. ⁊ naturaliū appetituum inordinationē. Itē ipsius corporis ante mortē ad aīam repugnationē. bm ꝙ caro cōcupiscit aduersus spm̄. ad Gal. v. Item post mortē corpis incinerationē. de quibus dr Gen. iij. Maledicta terra i ope tuo. In laborib⁹ comedes ex ea cūctis dieb⁹ vite tue spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. ⁊ comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua sumptus es. qr puluis es ⁊ in pulueres reuerteris. hec ibi. In maledictione aūt operū notaꝝ inordiatio appetituū naturaliū. In spinis ⁊ tribulis cōcupiscentie cōtra spm̄. In labore ⁊ sudore corporis distēperatio. p reuersionē i puluerē incineratio. Primo igiꝝ homini dictū fuit illud triplex ve. s. ve maledicta terra in opere tuo idest corp⁹ de terra factū. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Per sudores autē significaꝝ corp⁹ distēperatū cui⁹ hūores resoluunꝝ in sudorē. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. s. corpis pūctiōes ⁊ pruritus ꝯcupiscētie ꝯ spm̄. donec reuertaris in terrā de qua sumpt⁹ es. s. p incinerationē. Sꝫ ab isto triplici ve libera fuit btā virgo: que corp⁹ habuit eucraticū. ⁊ cū spū p oīa pacificū ⁊ nūqꝫ in cineres resoluendū. hic Alb. vbi. s. In ea nāqꝫ nō fuit aliq inordinatio passionū. nec distēperantia humoꝝ vel inordinatio opeꝝ. qꝛ ordinatissima fuit in oībus. ⁊ nullus etiā prim⁹ mot⁹ ad peccādū seu rebellādū ꝯ spm̄ fuit in ipa. Un̄ dictuꝫ fuit de illa Gen. iij. Ipa cōteret caput tuū Caput em̄ serpētis antiq sunt primi mot⁹ pctī quib⁹ ipse insidiaꝝ aīe. Sed ꝟgo Maria illud cōtriuit ex toto extinguēs. Itē incinerata post mortē non fuit. sed glificata in corpe regnat cū filio. vn̄ Aug. in quodaꝫ sermōe ait. Putredo ⁊ vermis sunt opprobriū hūane cōditionis. a quo Marie natura excipitur quaꝫ de ea Jesus assumpsisse pbatur. Similr ex parte anime triplex ve oīs hō incurrit scꝫ erroris. doloris: ⁊ pudoris. Error aūt est triplex scꝫ in eligendo in discernendo ⁊ in exequendo. Errare aūt est aliud p alio putare scꝫ falsum p vero. vel bonū p malo. iuxta illud Esa. liij. Oēs nos qsi oues errauim⁹ scꝫ propter pctm̄. ⁊ Aug. in quodā sermōe inqt. Error nō est natura hōis instituti: sed pena dānati a deo ppꝝ pctm̄. In eligēdo aūt errāt qui eligūt malū ad operādum sub rōne boni. iuxta illud Prouer. xiiij. Errant q operanꝝ malum. Tales em̄ eligūt malū vt bonū. sicut luxurios⁹ sua eligit delectationē carnis p felicitate sua. Et cōtra tales electores dr Esa. v. ⁊ in c. si quis hoīem. ⁊ in. c. si qs dixerit. ⁊ in. c. ve vobis. xi. q. iij. Ue qui dicitis malum bonū ⁊c. In discernendo vero errāt qui ad quē finē operanꝝ nō discernūt sed pcipitāter agūt que faciunt. contra illud Catonis documentum. Quicquid agis prudenter agas ⁊ respice finē. Omnia em̄ denominātur a fine. ij. de aīa. ⁊. l. si is q qdraginta. §. sed si op⁹. ff. ad le. fal. ⁊. l. stipulatio. §. op⁹ ff. de no. ope. nū. ⁊ intētio nostra operi nostro nomen imponit. vt ait Amb. in lib. de offi. In exequendo aūt errāt q nō operantur ⁊ exequunꝝ bonū qđ inceperūt. vel tar

Maria fuit sine omi ve.

Triplex error.

de ex pigritia ꝯgūt qđ rō operādum decre
E nit. Ut em̄ ait pħs i ethicis. Opꝫ ꝯsiliata
velociter exequi. Ab isto triplicato ve er
roris erēpta fuit btā v̄go. q: primo non er-
rauit in eligendo. Nam optimam partem
elegit que nō auferet ab ea. Lu.x. Itē non
errauit i discernēdo. q: semꝑ opata est ꝯsi
lio manuū suar. Prouer.vl.i. in opib⁹ suis
ꝯsiliū habebat discernēdo debitas circun-
stātias ⁊ optimū finē. Nō etiā errauit i exe
quēdo: q: exurgens abijt i mōtana cū festi
natione ⁊c. Lu.j. Et sic in opibus suis fuit
feruēs ⁊ velox. Qđ aūt nullū ve erroris fue
rit in ipa v̄gine, ꝓbat Alb. vbi.š. inter alia
dicēs. quia sine spūsancti consilio nihil fe
cit. ideo sine ve erroris fuit. De ve aūt dolo
ris habetur Eccl's.ij. vbi đ: Cuncti dies ei⁹
pleni sunt laboribus ⁊ erūnis. Sed quō di
cimus de virgine ꝙ non habuit ve doloris
cum vt dicit Damascenus doloris partus
fuerunt ei reseruati in passione filij. Tunc
em̄ aīam ei⁹ pertrāsiuit gladius. vt ꝓdixe-
sapiēs nō turbatur rat sanct⁹ ille Symeon Luc.ij. Pro isti⁹
oppositionis declaratione est sciendū ꝫm
Alber. vbi.š. ꝙ sapiens nō turbatur sicut
ꝓbat Seneca ad serenū hoc modo Ualidi
us est qđ ledit eo qđ leditur. ⁊ fortior non
est nequitia v̄tute sed infirmior. Nō ledit
aūt quis nisi a malis. ergo nō ledit sapiēs
Item ibidem dicit. Quicquid fit in sapien
tem petulāter. supbe ⁊ ꝓterue tentatur fru
stra iterū. Diuinitati non nocetur sed oīs
sapiēs participatiue deus est ergo sapien
ti nō nocet. Iteꝫ oīs iniuria est alicuius rei
que perdi pōt. Sapiēs nihil pōt perdere
quia cū omnia in se reposuerit nihil credi
dit fortune. sed omnia bona sua habet i so
lido. ⁊ sic nihil fortuna sibi eripere potest.
Unde nulla turbatio cadit in sapientē: q:
nō turbatur vel contristatur quicqđ ei acci
derit. Si ergo nulla turbatio cadit i sapiē
tem: cum omne ve doloris sit turbatio. seq
tur ꝙ in sapientem non cadit ve doloris.
Sed circa deū beata v̄go fuit omni sapien
te sapiētior ⁊ ꝑfecta. ergo in ea non fuit ve
doloris. qđ intelligit quantū ad rōnem. q:
dolorē sue rationi dominātē nūꝙ habuit
que in omnibus ⁊ sup oēs potētias ordina
tissima fuit. et in qua rō semꝑ superior ⁊ do-
minans inferiorib⁹ virib⁹ extitit. vn̄ quicqđ
doloris sustinuit in corpe ꝫm sensualitatē
vt in passione filij: in materiam amoris et
gaudij semꝑ totū cessit ꝫm rationē, ⁊ sic in
ea dolor maximus i passione filij ꝫm sensi
tiuā: nūꝙ cōtrarius fuit gaudio rationis
qđ habebat ex cognitione, qua nouerat ꝙ
ex passione filij sequebatur dei honor ex re
dēptiōe humani generis. Sine ve ergo do
loris in rōne fuit. ꝙuis aūt in ceteris sapi
entibus ⁊ ꝑfectis viris hoc aliqn̄ fuerit. vt
scꝫ ꝫm rationē nō habuerint turbationem
vel dolorē in aduersis. nō tn̄ ita vniuersal'r
quin aliqn̄ turbatus fuerit ⁊ offuscat⁹ ocu
lus rationis etsi nō excecatus. qđ non fuit
in beata virgine. Reꝫ etiam in omnib⁹ homi
nibus veniat ve doloris mortis. iuxta illđ
ps. xviij. Circundederunt me dolores mor
tis qui sunt maximi. quia vltimum: terribi
lium est mors. iij. Ethi. tn̄ ab hoc ve beata
virgo libera fuit que in morte a filio visita
ta. ⁊ ad feliciter de hac vita migrandū in
uitata cuꝫ indicibili iocūditate de hac vita
decessit. ⁊ tunc verificatū fuit illud Cañ.v.
Anima mea liquefacta est vt dilect⁹ locut⁹
est. Tertium ve pudoris incurrit hō per
peccatū. Nā de primis parentibus in statu E
innocētie đ: Gene.iij. ꝙ erant nudi ambo
⁊ non erubescebant. Sed post pctm̄ viden
tes se nudos erubuerūt. vn̄ ꝓpter pudorē
fecerūt sibi perizomata ad cooperiēdū se.
Istud aūt ve pudoris trāsiuit i oēs qui fa
ciunt cōfusione digna. iuxta illud ps. xliij:
Tota die verecūdia mea ꝯ me est: ⁊ cōfusio
faciei mee cooperuit me. Sed ab hoc ve im-
munis fuit btā v̄go. q: nihil turpitudinis
vnꝙ gessit. nec in se habuit vel sustinuit.
Sciendū qꝫ ꝙ ex ꝑte cōiūcti. s. aīe ⁊ cor triplex ve
poris reperit i humano genere triplex ve
scꝫ ve culpe: ignorantie ⁊ pene. Ue culpe ē
triplex scꝫ originalis. actualis mortalis. et
venialis. De primo đ: Hiere. xv. c. Ue mihi
mater mea q: genuisti me virū rixe. Ex con
ceptu em̄ contrahitur pctm̄ originale cū q̄
nascitur hō cū rixa carnis ⁊ spūs inuicē ad
uersantib⁹. vt. đ ad Gal'. v. Et ab hoc ve li
bera fuit beata v̄go. que vt patuit i prima
parte huius operis concepta fuit sine pec
cato originali. et ideo licꝫ omnis puer nas-
scens ploret suū miserabilē statum dicens
ha, ha. quasi dicat. O quante ærumnæ quas q̄ ex adā
⁊ eua descēdit expectat. Beata tamen v̄go
ab hac peccati miseria imunis de matris
vtero ridens exijt. ac si dicere vellet. Sola
ridere possuꝫ que ab originalis peccati ca
lamitate sum preseruata. Ue auteꝫ culpe
mortalis actualis est triplex ꝫm Albertuꝫ

vbi.s.s.ve auaricie in ope.luxurie i corpo⸗
re.⁊ supbie i corde. Et de isto triplici ve dr
Apoca.viij. Ue veve habitātibus in terra.
Lʒ ergo vera sit illa snia.s.Jo.ij.Omne qđ
est in mundo aut est cōcupiscentia carnis
aut concupiscentia oculoꝝ.aut superbia vi
te.Tñ i beata virgine ista nō fuerunt.in q̄
fuit summa liberalitas ꝯ auariciā.summa
castitas ꝯtra luxuriā.⁊ summa humilitas
cōtra supbiā.vt ꝓbatum est in.s.parte hu
B
Septē ve pctī mortal'
ius operis. Septē aūt sunt ve hui⁹ cul
pe actualis mortalis.de quib⁹ dr Esa.j.Ue
genti peccatrici.populo graui iniquitate.
semini nequā.filijs sceleratis.dereliq̄runt
deum.blasphemauerunt sanctū israel.aba
lienati sunt retrorsuʒ.Jn hac eñ autorita
te notanť septē peccata capitalia.quib⁹ de
betur ve eterne dānationis.a quibus om
nino beata vgo immunis fuit.⁊ ideo bene
dr ei aue.i.sine aliquo istoꝝ ve. Primū eñ
est vitiū gule.⁊ huic dedita gens dr pecca
trix.qđ importat habitū permanentē:nul
lum eñ vitium est in nobis ita permanēs
vt gula.qđ vitiū est in homine quasi habi
tuatum.⁊ citius exercetur.De quo pctō dr
Esa.v.Ue qui consurgitis mane ad ebrie⸗
tatē sectandaʒ ⁊ ad potandum vsq͂ ad ve
speram. Scdm ve est pctm accidie.que ag
grauat animā vt nihil boni agere libeat.vt
inquit Damascenus.Et de hoc ve dicit Ec
cli.ij.Ue dissolutis corde.i.negligentibus
⁊ corde tepidis. Tertium ve est luxuria q̄
semen nequiter effundit. De quo vitio dr
Amos.vj.Ue qui opulenti estis in syon.q̄
lasciuitis in stratis vestris.Quartū est aua
ricia.cui vitio dediti sunt filij scelerati.qꝛ
nihil scelesti⁹ auaricia.vt dr Eccli.x. De q̄
dr Abachuc.ij.Ue qui congregāt auariciā
malam domui sue.Quintum est superbia.
quo vitio homines derelinquunt deuʒ.Et
de isto dicitur Esa.xxviij. Ue corone super
bie.Sextum est ira per quaʒ homines pes
simi blasphemant deū.De quo vitio dr Ec
cli.ij.Ue his qui pdiderunt sustinentiam.
idest patientiā victi ab ira.Septimum est
inuidia.cui vitio dediti dicuntur alienati
retrorsum a deo. Deus eñ bona sua com⸗
municat.Contra quod facit inuidus q̄ do
let de bono ꝓximi.vñ Horatius in episto⸗
lis.ait.Jnuidus alterius rebus marcescit
opimis ⁊c.De hoc aūt vitio dr in epistola
Jude.Ue his qui abierūt in viam Chayn
⁊ Chore.Hi eñ ex inuida moti sunt.Pri⸗
mus cōtra Abel.Scds cōtra Moysen.Ab
omnib⁹ aūt pdictis ve libera fuit totaliter
beata vgo que nullū vnq͂ peccatū cōmisit
dicēte Aug.in li.de natura ⁊ grā.Cū đ pec
catis agiť nullā prsus de btā vgine habe⸗
re volo questionē.Scim⁹ eñ q͂ pl⁹ gratie
ei donatuʒ fuit ad vincendū ex omni parte
pctm que cōcipe ⁊ parere meruit quem cō
stat nullū habuisse pctm.Fuit eñ cādor lu
cis eterne ⁊ speculū sine macula. Sap.vij.
De ve aūt pctī venialis cui debeť si hic nō
purgetur pena purgatorij.intelligi pōt il⸗
lud Michee.ij.Ue vobis q̄ cogitatis inu
tile nā cogitatiōes inutiles cōiter sunt pctā
venialia a quib⁹ etiā pfecti nō abstinent.iu
xta illud Prouer.xxiiij.Septies in die ca
dit iustus.trāssumptiue i.c.septies.de pe.
di.iij.Hoc aūt ve nō fuit i ipsa vgini.que
nunq͂ habuit aliqđ pctm etiā veniale.vt i
quit sanct⁹ Bonā.i.iij.dis.iij.Ue ignorātie
etiaʒ est in hominib⁹.Nescit eñ hō finem
suū.⁊ ignorat vtrū amore an odio dignus
sit.Eccls.ix.Jgnoramus nāq͂ dieʒ mortis
nostre.⁊ q̄ pgemus.s.ad penā vel gloriaʒ.⁊
an sim⁹ in gratia dei.Sed btā vgo ab isto
ve fuit imunis.qꝛ certa erat nō solū q͂ gra
tiā dei habebat sʒ etiā q͂ plena erat gratia
angelo sibi hoc nūciante qui mētiri nō po
test.Jtē p diuinā reuelatōeʒ sciuit diē obi
tus sui.⁊ q͂ maximā glīam ꝯsecutura erat
Jgnorantiā etiā nullā habuit de ptinenti
bus ad salutē.per eū eñ plene edocta fuit
cui⁹ vnctio docet đ oib⁹.vt ait Alb.vbi.s.
Jnuenitur etiam in hominib⁹ ve pene. D
Et pōt esse triplex.s.ve pene pnie.qñ ꝯscia Triplex
remordet de pctō.iuxta illud Aug.in.s.cō ve pene
fessionum.Jussisti dñe ⁊ ita est:vt omnis
animus inordinat⁹ sit pena sibiipsi.Et pħs
in ethicis dicit.Ois malus iplebiť peniti
dine.Hoc aūt nō fuit in btā vgine.q̄ nūq͂
habuit remorsum conscie.vt ait sanct⁹ Bo
na.vbi.s.Scdm ve pene est inclinatio ad
alia mala perpetrāda.vñ Grego.in moral.
dicit.Peccatū qđ per pnīam non diluitur
mox suo pōdere ad aliud trahit.Et de hoc
dr Osee.vij.Ue eis qm recesserunt a me di
cit dñs.s.peccādo.Beata aūt vgo hoc non
habuit.quia nulla fuit in ea inclinatio ad
malū.⁊ semp in bono pmāsit.Tertiuʒ ve ē
pene purgatorij.de quo exponi potest illđ
Hiere.xlv.Ue misero mihi.s.dicit ille qui
est in purgatorio.Jtem ve pene gehēne.đ
quo exponi pōt illud Job.x.Si impi⁹ fue

ro ve mihi.s.quia ad infernũ descendã. Ab his aũt oĩbus ve beata virgo libera extit q: nullũ pctm̄ purgandus. vel ꝓpter qđ in fernales penas tiere deberet vnq̄ habuit.

I Triplex ve mulierum

Triplex etiam ve contingit mulieribus specialiter. Uirginibꝰ ve sterilitatis. Cõiugatis ve subiectiõis. §. his ita. xv. q. iij. τ. c. addif. xxvij. q. ij. Uiduis autẽ ve desolationis. Quibꝰ vltimis duobꝰ annexũ est ve corruptiõis. Ad isto aũt triplici ve vt dicit Alber. vbi. s. imunis fuit btissima dei mater q̃ fuit ꝟgo sine sterilitate. imo cũ fertilitate ac fecũditate diuine ꝓlis. Fuit etiã ꝯiugata sine corruptiõe: q: cũ viro suo ĩ ꝟginitate ꝑmãsit. vt dictũ est ĩ p̄cedẽte pte huiꝰ opis. ser. vi. Fuit etiã sine seruitute. nõ em̄ in ea ĩpletũ est illđ Geñ. iij. Sub viri ptãte eris τ ipe dñabif tui. Nã ipa nõ fuit subdita ioseph. s; ipse illi: cui τ dei filiꝰ subditus fuit Lu. ij. Fuit postea vidua: sed non desolata. Nã fuit filio suo diuino associata. Et post eiꝰ mortẽ filio adoptiuo Jobi cõmendata. Jo. xix.

K Mrĩbꝰ ꝯtingit multiplex ve.

Matribꝰ q̃s ꝯtigit multiplex ve. Unde saluator ait Mat. xxiiij. Ue autẽ ꝑgnantibus τ nutrientibus. Est nãq; illis triplex ve. s. damnificentie. indigentie τ afficientie. Damnũ aũt triplex ĩcurrit femina cu; mater efficif. s. quia in conceptu ꝑdit ꝟginitatis thesaurũ impciabilẽ: post conceptũ corpis venustate; τ sanitatẽ: Nõ enim mulieres grauide apparent ita pulchre sicut prius. nec ita sane. q: subijciunf multis alterationibꝰ ꝓpter cõceptum. In partu autẽ ꝑdunt hoĩm societatẽ. Non em̄ possunt viri accedere ad eas. Sed ab his oĩbus damnis fuit exempta beata virgo. Nam in cõceptu non amisit ꝟginitatẽ. sed aucta fuit eius puritas. Unde canit eccl'ia Rubũ quẽ viderat moyses incõbustũ conseruatam agnouimus tuam laudabilẽ virginitatem τc. Pulchritudinẽ etiã non minuit eiꝰ conceptio: imo ita fuit aucta eius pulchritudo. vt eã ioseph ĩspicere non posset sine facie ad faciẽ. Et merito. q: rex eterne gl'ie erat ĩn ea. τ hoc dicit glo. sup illud Lu. ij. Et nõ cognouit eã donec peperit filiũ suũ primogenitũ q̃ ait ioseph. Mariã facie ad faciẽ nõ poterat videre quã spũssanctꝰ a ꝯceptione penitꝰ repleuerat. τ iđ non cognoscebat facie ad faciẽ quã despõsauerat donec vterus eius euacuaref. Item in partu nõ ꝑdidit hoĩm societatẽ: imo tunc mediatrix dei τ hoĩm constituif vnde τ in puerperio a pastoribꝰ τ regibꝰ visitaf. Incurrunt etiã matres ve indigẽtie triplicif. Triplex ve indigẽtie

Nã ad ꝯcipiendũ indigẽt cõparare. i. viro de q̃ cõcipiant post cõceptũ indigẽt q̇ete. in pariẽdo obstetricatione. Hec aũt btissima ꝟgo ĩ cõceptu nõ habuit cõparẽ: q: cõcepit spũssancto coopante. Qđ em̄ in ea natũ est de spũsancto est. Mat. i. Ite; post cõceptum non indiguit q̇ete. q: non debilitata fuit s; roborata. Uñ habef Lu. i. Subito post conceptũ exurgẽs abijt in mõtana cũ festinatione ad visitandum Elizabeth τ seruiendũ ei. Itẽ in pariẽdo nõ ĩdiguit obstetricatione. qꝛ vt inq̇t Hiero. Nulla ibi obstetrix fuit nulla obseq̇a mulierũ. Et tunc verificatũ fuit illud Esa. xxv. Germinãs germinabit letabũda τ laudãs. s. deũ circũstãtibꝰ angelis τ canẽtibꝰ. Gl'ia ĩ excelsis deo.

L Tertio principal'r matres incurrũt ve afficiẽtie. Quia afficiunf in ꝯceptu libidine τ corruptiõe post cõceptũ pudore. quia nulla mulier ĩnuenif q̃ natural'r ꝯsummato matrimonio nõ erubescat. Item afficif mulier grauedine in portãdo in vẽtre τ in ptu maximo dolore. Uñ ad ostendẽdũ grauitatẽ doloris mulieris pariẽtis. dicit ps. xlvij. Ibi dolores vt pturientis. τ Geñ. iij. ꝑme mulieri dixit deus. In dolore τ erũna ptus tuos emittes trãssumptiue in. c. cum enixa dist. v. vbi etiã đ: de muliere tali. In carnis commixtione voluptas est in prolis ꝟo partu dolor τ gemitus. De ipa etiã muliere cõiter đ:. Ante partu; onerosa. in partu dolorosa. τ post partum laboriosa. Beatissima aũt virgo sine hmõi ve fuit. Nã concepit sine libidine τ corruptiõe. Uñ de illa canit ecclesia. Domꝰ pudici pectoris tẽplũ repente fit dei: intacta nesciẽs virũ verbo cõcepit filiũ. Non etiã habuit ve pudoris que nõ fuit supposita viro. Unde canif ei. Gaude ꝟgo mater xp̄i: q̃ p aurẽ concepisti gabriele nũcio. Item sine grauamine filiũ suũ benedictũ in vẽtre portauit: immo cu; maxima suauitate. Habebat enim in vtero gaudia paradisi. Uñ Ber. in quodã sermone ait. Pondꝰ amoris tollebat põdus grauedinis. Esa. q̃; xix. đ:. Ecce dñs ascendet sup nubẽ leuem. Nubes em̄ leuis fuit ꝟgo maria. que grauamẽ in portãdo dei filium in vtero nõ habuit. Peperit q̃; sine dolore. immo cũ indicibili iocũditatẽ saluatorem mũdi. Et tunc impletu; fuit illud Esa. lxvj. Anteq̃ parturiret peperit masculũ. Unde

canif illi. Gaude quia deo plena peperisti sine pena cum pudoris lilio. De his autem inquit Ber. sup missus est. Fuit maria sine corruptione fecũda. sine grauamine grauida. et sine dolore puerpera. Quare autem nõ doluerit assignat triplex rõ a btõ. Tho. in. iij. parte summe. q. xxv. ar. vj. scz naturalis legalis et diuinalis. Prima ratio est naturalis. q2 dolor parturiẽtis causat ppter aptionẽ meatuũ. p quos ples egredit. Sz xps egressus ẽ vtero mrĩs clauso. nullusq meatus est apertus. et per pñs non debuit mater eius ipm pariẽdo dolorem sentire. Et ad pdicta adduci posset illud quod ait Aug. in li. de symbolo dicẽs. Nascit ipse ex xgine sicut flos ex virga sine semine etc. Secũda rõ est legalis. Naz iustus et innocens nõ dz puniri. l. gracc9. C. ad. l. iul'. õ adul. et c. cognoscẽtes. de consti. Cum ergo hic dolor datus fuerit prime mulieri q2 peccauit: beata virgo que fuit innocẽtissima debuit ab hoc dolore esse immunis. Tertia rõ est diuinalis. Nam vbi fuit tãta dulcedo et suauitas nõ potuit esse dolor. Duo em̃ otraria nõ possunt in eodem instanti inesse eidem subiecto bm pbm in pdicamẽto quãtitatis et i. q. Topi. et no. in. l. si ancillã. ff. de vsuca. p suo. et in cle. gratie. de rescrip. de q plene per Car. flo. in. c. j. de cõsti. Immo inclusio vnius contrarij est alterius exclusio. ij. Topi. et. l. cũ pretor. in princi. ff. de iudi'. et. l. hec verba. ff. de verb. sig. et. c. cũ renũciat. xxij. q. j. Et etiã dr q otrario vno posito tollit reliquuz. vt no. i auf. de man. prin. §. neq autẽ. Cum igit beatissima xgo haberet in vtero spũ'sancti suauẽ inũdantiaz et filium dei qui est dulcedo infinita. vt ait Aug. in li. de vero cultu. pfecto dolere non potuit. Nam si vt ait Aug. in quodã sermone: tam ingẽs et taz maxima est dulcedo dei q si in inferno vna gutta descẽderet totam dãnatorum amaritudinem dulcoraret. Quid iocunditas sentire debebat et dulcedinis ipa xgo dignissima que i suo sacratissimo vtero fontez diuine dulcedinis habebat. et pariẽdo eã suauissime effundebat. Ex pdictis igit pz q ogruenter dixerit angel9 btẽ xgini. Aue quasi sine ve. i. sine omni ve. q2 indiffinita eq̃pollet vniuersali bm iura. l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. prefec. vr. et. l. si pluribus'. ff. de leg. ij. et ibi Albricus de rosate. et c. si romanoz. xix. dis. et. c. quia circa. de priuilegijs. et. c. vl. de coniugio leprosorum. et ff. de serui. vrbanoz prediorum. l. seruitus. §. j. et. l. si domus. §. qui edificium. et ibi Jacobus butri. ff. eodẽ titu. et. ff. de rebus dubijs. l. si is qui. §. vtrũ. in. fi. et. c. vt circa de elec. in. vj. et ibi gl. et. c. pastoralis. de dona. et. l. cum aurum. ff. de auro et argento legato. et per Bar. in. l. si cum dies. §. plenuz. ff. de arbi. et per Dinum. ex de reg. iur. in phemio li. vj. et per doctores in. c. saluator. j. q. iij. et. c. q si dormierit. xx. q. i. Sicut aũt ve est terminus comminationis cõtra peccatores sic aue est terminus consolationis confortationis et benedictionis iustis. Recte itaq dicimus cum angelo ipsi dñe nr̃e Aue. Non enĩ fuit in ipsa illud ve de quo dicitur Eccl's. iiij. Ue soli quia cum ceciderit non habet subleuãtem. Ipsa em̃ nunq fuit sola. sz semp deo et ãgelis cõtata. Nec etiam illud Ecclesiastes. x. Ue tibi terra cuius rex est puer. Beata etenim virgo que in diuinis scripturis appellat terra. a puero non fuit recta. sed a deo gubernata. de quo Daniel'. vij. dicitur. Antiquus dierum sedit. scilz in beata virgine. Non fuit etiaz in ea illud Eccli. ij. Ue duplici corde et labijs sceleratis et manibus malefacientib9 et peccatori ingredienti terram duob9 vijs. Naz fuit simplici corde et lingua optima ac manibus mundissimis decorata. ac sine vlla duplicitate. Non etiam fuit in ea illud Esa. iij. Ue impio in malum cum omni pietate fuerit repleta. Non etiam fuit in ipsa illud eiusdem libri. v. capi. Ue qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. In ipsa nãq nulla vnq iniquitas vel vanitas fuit Nec illud quod in eodẽ caplo scriptum est Ue qui sapientes estis in oculis vestris. cũ in sua reputatione esset vilissima et valde abiecta. Nec etiam illud eiusdez libri. c. vj. Ue mihi quia tacui. Ipsa enim non tacuit vbi opus fuit. sed locuta est cum angelo cõsensum suum conceptioni christi prebẽdo. Nec illud eiusdem libri. c. xxiij. Ue qui predaris. Non soluz enim aliena non abstulit sed omnia sua pauperibus erogauit. Nec illud eiusdem libri. c xlv. Ue qui contradicit factori suo. Nec illud Hieremie. xlv. Ue nobis quia peccauimus. Ipsa enim semp voluntatem suam diuine voluntati conformauit. Et vt. s. dictum est nunq peccauit. Nec etiam fuit in ea illud Amos. vj. capi. Ue qui opulenti estis. Nec illud Esaie. v. Ue qui potentes estis ad bibendum vinũ

Maria pperit sine dolore

I Triplex bonum cōiugatorum. In cōiugatis etiā triplex reperit̄ bonū.s.fides ples.τ sacramentū₃. vt ait August.in lib.de nuptijs.τ theol̄.in iiij.di.xxx. Fides quidem vt alter alteri seruet fidelitatē: nō cōmiscēdo se cum altera psona. Sed btā virgo nō solū cum altero se nō cōmiscuit:sed nec etiā cum viro suo Joseph.Unde vt ait Aug.in li.de nuptijs Tanto eius coniugium fuit sanctius quāto castius.Bonū autē prolis sequitur ex cōiugio.τ propter hoc est institutū mrimoniū.

Hoc autem bonū fuit in beata virgine que sup oēs ꝯiugatas. vt ait Sedulius poeta Gaudia matris habēs cū virginitatis honore: Nec primā similē visa est nec habere sequētē. Proles enī aliarū coniugatarū est pura creatura ⁊ peccatrix. sed ꝓles ꝟginis fuit deus ⁊ hō sctissimus. Tertiū bonū ꝯiugij est sacramentū de q̄ apl's ad Eph. v. inquit. Hoc autē dico magnū sacramentū in xpo ⁊ ecclesia. Significat enī cōiunctionem xpi cū ecclesia. i. cū bonis fidelibus ꝑ dilectionē ⁊ hoc quoad cōsensum mutuum volūtatis expressuȝ per ꝟba. Quo autē ad coniunctionē corpoꝝ per copulā: significat coniunctionem dei cū nostra hūanitate in vna ꝑsona. ⁊ sic indissolubilis est talis coniunctio. Nunq̄ȝ enī separata est deitas ab humanitate postq̄ȝ eam sibi vniuit. Hic est ꝙ matrimoniū cōsumatū per copulam nū ꝙ dissolui pōt. vt correspondeat signum signato. Hoc aūt sacramentū impletū est in vtero virginali in quo facta est talis vnio. ⁊ ideo ꝑmaxime bonū istud cōiugatoꝝ reperit in virgine. In viduis aūt reperitur triplex bonū scȝ libertas cōtēplatiōis

Triplex bonū viduarū.

Un̄ de Anna ꝓphetissa vidua dr̄ Luce. ij. ꝙ tēplū frequētabat seruiēs deo in oratiōnib⁹ die ac nocte. Scōm bonum est carnis maceratio. Naȝ vt ait apl's. j. Ti. v. Uidua in delitijs viuens mortua est. Un̄ ⁊ sancta Judith vidua ieiunijs insistebat cōtinuis vt habet libri sui. c. viij. Tertiū est exercitiū in opibus pietatis ⁊ mīe. vt ostēdit apl'us in pallegato. c. Unde ⁊ vidua illa sareptana Heliam cibo necessario pauit. vt habetur. iij. Regū. xvij. Hec aūt oīa sine comparatione fuerunt in btā virgine Maria

R

nam ieiunia nō solū in lege mādata seruabat: sed etiā vt ait Amb. in lib. de ꝟginib⁹. alia addebat. totaq̄ȝ dedita erat orōni ⁊ cōtemplationi. christūq̄ȝ mendicū ⁊ pauperē de sua pauptate nutriebat. Ultra aūt has gratias bonis mulierib⁹ cōmunes habuit aliā singulareȝ q2 omniū mulierū immo et viroꝝ mater ⁊ dn̄a effecta est. cū eū genuerit qui oīa creauit ⁊ oēs redemit. Recte ergo illi dicitur. Bn̄dicta tu in mulierib⁹ scȝ quoad specialē gratiā sup oēs. Quarta benedictio dr̄ cōgratulatio laudantiū. De qua in cantico trium pueroꝝ qui orabāt in camino ignis dr̄ Daniel. iij. Benedicite oīa opa dn̄i dn̄o: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Hec autē bn̄dictio est triplex in btā virgine; super oēs mulieres. Licȝ enī aliq̄ mulieres fuerint collaudate de virtutibus suis ⁊ benedicte ab hominibus: vt Judith: ⁊ aliq̄ alie. nulla tn̄ eaten⁹ vt maria. Collaudata enī fuit benedicta ꝟgo ab angelis. vt ptȝ ex ꝓcedentibus. cū ei dixit angelus Gabriel. Bn̄dicta tu in mulierib⁹. ⁊ merito. q2 genuit angeloꝝ restauratorē. ⁊ cōciuium suoꝝ redēptorem. Restaurauit nāq̄ȝ filius suus reddendo ꝑ equipolētiā deperditum ac multiplicādo numerū ⁊ augmētando superadditū. s. quartā hierarchiā. Unde ipse est gl'iosus sup omneȝ hierarchiā cū matre sua assumpta in celū de quo gāudētes angeli laudantes benedicūt dn̄m. vt canit ecclesia. Hoīes q̄ȝ laudauerūt beatā ꝟginē ꝑ elizabeth dicētes Lu. ij. Bn̄dicta tu in mulierib⁹. Et rōnē hui⁹ benedictiōis assignat Aug. in quodā sermōe di. Que vita viris ⁊ mulierib⁹ peperisti. Laudata q̄ȝ fuit ⁊ continue laudat ab oīb⁹ corporalib⁹ rebus. q2 eā immutauit causaliter innouādo. q2 filius ei⁹ est ille qui inquit Apoc. xxj. ⁊ esaie lxv. Ecce ego creo celos nouos ⁊ terram nouā ⁊c. Item oīa corpalia nobilitauit per filiū suū. cui⁹ corpus aliquo modo cū oībus corporib⁹ cōuenit ⁊ excedit. ⁊ ideo istis de causis bn̄dicta est nō solū in mulierib⁹. sed etiā ab oībus mulieribus ⁊ vniuersis creaturis benedicit. Un̄ sicut de dn̄o dicimus. Benedicite oīa opa dn̄i dn̄o. Ita de ipa dicere possum⁹. Benedicite oīa opa dn̄e oīm

Triplex benedictio cōgratulatiōis

Alber. ꝟo super Miss⁹ est. c. ccj. dicit ꝙ istā bn̄dictionē ꝟginis cōprehendere in se oēm aliā benedictionē: facile est, videre singula discurenti. Nos vero in hoc sermone solū duas benedictiōes explicabim⁹ cā breuitatis: alijs in sequēti sermone dimissis. Predict⁹ aūt doctor in. c. sequēti inq̄t. Prima benedictio est illa q̄ā bn̄dixit de⁹ diei septime inq̄ reqeuit ab oī ope qd̄ patrarat Gene. j. Est aūt ista benedictio operū consummatio. ⁊ eterne reqei pfiguratio. In btissima ꝟgine fuit pfecte operū cōsummatio. q2 oīa creata i vno hoīe vniunt cū creatore. ⁊ primū fit vltimū ⁊ vltimū pmum. Nō enī est pfectio mot⁹ nisi in circulo. In ea etiā fuit non solū future requiei signum sed etiā causa. Si ergo dies septima est benedicta ꝓpter sabbatū diei: ⁊ tamen excelsior est sabbatismus recreationis q̄ȝ creationis. ergo ⁊ maior benedictio. in cībus enī requiem quesiuit Eccl'ie. xxiiij. ⁊ in ipsa

L

benedictio requietōis

sola inuenit. in qua inuenit oīa q̄cūq; q̄si/uit. vñ ⁊ in tabernaculo ei⁹ requieuit. vt in p̄allegato. c. dr̄. Hec est em̄ v̄ga syon quā elegit dn̄s in habitationē sibi. ibi requies sua in seculū seculi. ibi habitabit qm̄ elegit eā p̄s. cxxxj. Ex quib⁹ apparet quod beata v̄go habuit septime diei benedictiones. Seq̄t q̄; idē doctor in. c. cciij. di. Scd̄a bn̄dictio q̄ bn̄dixit de⁹ fuit illa quā dedit Ade ⁊ Eue di. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā ⁊ subijcite eā ⁊ dn̄amini piscib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ vniuersis animātib⁹ q̄ mouenť sup terram. Gen̄. ij. Hec aūt bn̄dictio tria cōpletiť in se. s. nature fecundationem terre subiectionē. ⁊ animaliū dn̄ationē. Fecūditas est duplex. s. carnalis ⁊ sp̄ūalis. Beatissima aūt v̄go vtrāq; habuit in summo vt p₃ ex p̄ce dentib⁹. Unde de ipsa dr̄. Qm̄ oīm bonoꝝ mater est. Sap̄. vij. habuit etiā terre subiectionem in summo. Terrā nāq; corporis sui pre omnibus habuit sibi subiectam ⁊ in omnibus rationi parentē. vt. s. declaratū est in precedenti sermone. Dominationem q̄₃ habuit ⁊ subiectionē omniū animaliū. Nā₃ dominatur piscib⁹ maris. i. demonibus in amaritudine inferni ꝯstitutis. Dominatur etiā volatilib⁹ celi. i. eleuatis angelis ⁊ volantib⁹ ī celū ⁊ ad altitudinem ꝯtemplationis dei. Dominatur etiā₃ per misericordiā₃ vniuersis animantibus que mouentur super terram. i. omnib⁹ hominibus in mobili vita constitutis. Et sic ipsa beatissima virgo habuit benedictionē primorum parentum. Sequitur idē doctor sequenti. c. di. Ysaac benedixit Jacob. Gen̄. xxvij. di. Det tibi deus de rore celi ⁊ de pinguedine terre: abūdantiā₃ frumēti vini ⁊ olei. ⁊ seruiāt tibi ppl̄i. ⁊ adorent te trib⁹ esto dn̄s fratrum tuorū. ⁊ incuruenť ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledict⁹. ⁊ q̄ benedixerit tibi benedictionib⁹ repleatur. Hec q̄₃ benedictio ī trib⁹ consistit. s. in abundantia necessarioꝝ. vt ibi. det tibi de⁹ ⁊c. In dignitate bonorū ibi. Esto dn̄s fratrum tuoꝝ. ⁊ in amotione incommodoꝝ. ibi. Qui maledixerit tibi ⁊c. Item per rorē celi intelligitur gratia ꝯtemplatiōis. ⁊ per pinguedinē terre gr̄a actionis. ⁊ ex his fit frumētu₃ fidei. ⁊ vinū spei ac oleum charitatis. Sed ꝯstat q̄ beatissima virgo hec omnia habuit in summo. sc₃ cōtemplationē. actionē. fidem. spem ⁊ charitatem. ergo principiū hui⁹ benedictionis Jacob habuit in summo. Scd̄o ī hac bn̄dictione est dignitas honorꝰ que intelligiť per hoc qd̄ diciť. seruiāt tibi populi ⁊ adorēt te tribus. Esto dn̄s fratrum tuoꝝ: ⁊ incuruenť āte te filij matris tue. Populi em̄ sunt gentiles ad fidē ꝯuersi. trib⁹ iudei. fratres sui sunt xp̄iani. filij m̄ris sue sunt angeli. Oēs em̄ isti o benignissima virgo seruiūt tibi in ecclesia militāte. ⁊ adorāt te hyperdulia in ecclesia triūphāte. ⁊ incuruanť ante te. quia vbiq; ⁊ omnibus dn̄aris cum germana tibi pietate. Tertiū qd̄ fuit ī hac bn̄dictiōe est incōmodoꝝ amotio ⁊ laudis cōicatio qd̄ intelligitur per hoc qd̄ dicit. Qui maledixerit tibi. s. corde. ore vel opere maledictionib⁹ repleatur. sc₃ p̄sētis vite et future. ⁊ q̄ bn̄dixerit tibi. benedictiōib⁹ repleať. s. in hac vita ⁊ futura. Istam autē₃ benedictionē habuit in summo beatissima v̄go que nunq̄ aliqd̄ incōmodum habuit quo caruisse s̄m rationem voluerit. immo omne incōmodum suum sibi cōmodū fuit Qui autem ipsam corde. ore vel opere maledixerit eternā maledictionē hereditabit: Qui v̄o ipsam corde ore vel opere benedixerit. benedictionē gratie diuine in p̄senti obtinebit. ⁊ gl̄ie in futuro ipsa dicente Eccl̄i. xxiiij. Qui me elucidant vitā₃ eternam habebunt. Ad quam nos perducat omnipotens dei filius meritis sue benedictissime matris. Amen.

De eiusdem beatissime virginis annunciatione. Sermo. ix.

Cum descēderet ros descendebat pariter et māna. Nume. xj. Tpe veris qn̄ philomena cantat. ros tūc incipit descēdere ⁊ campi germinare. quia imber abijt. Spiritualiter donec mūdus fuit in hyeme pctī propter peccatū primoꝝ parentum: priuatus fuit rore. i. gratia sp̄ūsancti. Unde Aggei j. dr̄. Prohibiti sunt celi ne darent rorem. Sed canente philomena. i. gabriele archāgelo illud dulce carmē. Aue gratia plena. descendit ros de celo. s. filius dei in vterum virginis. ⁊ cum eo dulcedo benedictionis ⁊ gr̄e cessauitq; gelu amaritudinis et doloris. Hoc autem figuratum fuerat Judicum. vj. vbi legitur dn̄m dedisse signū Gedeoni q̄ liberarenť filij isrl̄ de manu Madian. per hūc modu₃. s. q̄ ipse Gedeon ve

Benedictō ade

Benedictio Jacob.

M

lus in area poneret. et ibi tm̄ ros descende
ret et nō in aliqua pte terre. qd̄ et factū ē. et
sic postmodū percusso Madian: quieuit
israel multo tpe. Spūaliter aūt illd̄ fuit si
gnū qd̄ gen⁹ humanū petebat a dn̄o deo.
Un̄ ps. lxxxv. inqt dauid. Fac mecū signū
in bonū vt videāt q̄ oderūt me et cōfūdanf
Dn̄s vo dedit signū de rore celi qȝ descen
deret in vgīnē mariā. vnde Esa. vij. dr̄. Pro
pterea ipse dominus dabit vobis signū. Ec
ce vgo ɔcipiet et pariet filiū etc. Qd̄ signū
cognoscēs dauid ait ps. lxx. Descēdet sicut
pluuia i vellus. et sicut stillicidia stillantia
sup terrā. Nā ipsa vgo btā fuit vellus quo
celestis agnus coopert⁹ est. Ipsa igif sola
fuit in qua ros descēdit. cui canit ecclesia.
Sancta et imaculata vginitas qbus te lau
dibus efferā nescio. q2 quē celi cape nō po
terāt tuo gremio ɔtulisti. Unde Ber. super
missus est exclamat di. O venter capacior
celis. diffusior terris. latior elemētis. q̄ illū
ɔtinere valuit qui trib⁹ digitis molē terre
appēdit. hec ille. In h̄ aūt signo benedicto
pcussus est madian. i. diabolus. et liberati
sunt filij israel. i. fideles xpi et lōga. i. eterna
requies data est illis in glīa cū angelis dei
Id̄ Ber. btē vgini vbi. s. inqt. Et hoc bea
tā te dicūt oēs generatiōes. q2 oib⁹ genera
tionib⁹ vitā et gliam inuenisti. In te em̄ an
geli leticiā. iusti grām. pctōres veniam me
ruerūt i eternū. Merito igitur in te respi
ciūt oculi toti⁹ creature q2 i te et ppter te et
de te benigna manus omnipotētis dei qc
quid creauit recreauit. hec ille. De qua be
nigna virgine duas in hoc sermone consi
derationes faciemus.

Prima dicetur consecutionis.
Scd̄a vo confirmationis

Pars prima huius sermonis que dr̄ cō
secutionis.

N **B**eata virgo vt etiam. s. diximus
sermone pcedenti. ɔsecuta ē oēs
alias bn̄dc: oēs q̄ i sacra scriptu
ra reperiūf. Inter alias recepit
benedictionē oim duodecim patriarcharū
quā dedit singulis eoȝ Jacob pr̄ ipsoȝ. vt
habef Gen̄. xlix. Sed qȝuis oēs dicanf bn̄
dictiōes. qdā tn̄ illaȝ sunt magis pphetie
vel maledictiones. quibus omissis illas so
lum q̄ vere sunt benedictiōes qualiter cō
pbēdanf sub benedictōe benedicte virgi
nis marie declarabimus. Dicit aūt Alber.
sup missus est. c. ccv. qȝ cum filij Jacob di
uersas significent virtutes. Judas signifi
cat charitatē. Et ideo in persona iude. xvij. Decē et septē p petates charitatis.
ibi ponuntur pprietates de charitate. Un
de dicitur ei sic. Juda laudabūt te fratres
tui. manus tua in ceruicibus inimicorum
tuoȝ. adorabūt te filij patris tui. catul⁹ leo
nis iuda ad predam ascendisti fili mi. reqe
scens accubuisti vt leo et quasi leena. quis
suscitabit eum: Non auferetur sceptrū de
iuda. nec dux de femore ei⁹ donec veniat q̄
mittendus est. et ipse erit expectatio gētiū
Ligās ad vineam pullum suum. et ad vitē
o fili mi asinam suam. Lauabit in vino sto
lam suam et in sanguine vue palliū suum.
Pulchriores sunt oculi eius vino: et dentes
eius lacte candidiores. Prima ergo pprie
tas est qȝ charitas est dignissima oium vir
tutū. iuxta illud. j. Cor. xiij. Maior horū
est charitas. Primeqȝ Coȝ. xij. dr̄ qȝ est via
excellētior. Qd̄ etiā habetur de pe. di. ij. ca.
charitas. Et hoc intelligitur per hoc quod
dr̄. Juda laudabūt te fratres tui. Scd̄a est
qȝ ipsa est expugnatrix peccatoȝ. iuxta illd̄
j. Pe. iiij. Charitas operit multitudinē pec
catorum. Transsumptiue in. c. multe. j. q. j.
et. xxiij. q. iiij. c. ipa pietas. et. ij. q. vij. c. quē
admodum. et d̄ peni. dis. ij. c. intantū. et ex
de bap. c. maiores. Et idem hr̄ Prouer. x. et
Jaco. vlt. Et hoc intelligitur per hoc quod
dr̄. Manus tue in ceruicib⁹ inimicoȝ tuoȝ
Tertia est. qȝ dat virtutibus essentiam vir
tutū. Et hoc intelligitur cum dr̄. Adorabūt
te filij patris tui. Quarta est qȝ amatrix est
arduorum. Et hoc intelligitur cum dicitur
Catulus leonis iuda. Quinta est qȝ expo
liatrix est demonū. Et hoc intelligitur cum
dr̄. Ad predam ascendisti fili mi. Sexta est
qȝ victrix est passionū. et hoc intelligitur cū
dr̄ requiescēs. Septima est qȝ supatrix est
tētationū. et hoc intelligitur cum dr̄. Accu
buisti vt leo. Octaua est qȝ facit pro dilecto
animā ponere. et hoc intelligif cū dr̄. leena.
Nona est qȝ nihil pōt eā a dilecto separare
q2 inseparabiliter est vnita deo. de pe. dist.
ij. c. charitas. Et ideo dicebat Paul⁹ Rom.
viij. Quis nos separabit a charitate dei. et
hoc intelligitur cum dr̄. Quis suscitabit eū
Decima est qȝ facit in eternum regnare. j.
Coȝ. xiij. Charitas nunqȝ excidit. Trāssum
ptiue in. c. charitas nūqȝ. d̄ pe. dis. ij. et hoc
intelligitur cum dr̄. Nō auferetur sceptrū
de iuda. Undecima ē qȝ facit filios deo ge
nerare. qd̄ intelligif p h̄ qd̄ dr̄. et dux de fe

more eius. Duodecima est ꝙ facit xp̄m de celo descēdere ꝛ hoc intelligit cū dr: donec veniat q̄ mittēdus est. Tredecima ē ꝙ vnit mēbra eccl'ie in se. et q̄ totū corp⁹ ē cōnexū ꝛ cōpactū. et hoc intelligit cū dr. ligans ad vineā pullū suū. Decimaq̄rta est ꝙ vnit et ligat mēbra cū capite. ꝛ hoc est qđ dr. ꝛ ad vitē o fili mi asinā suā. Decimaqnta est ꝙ facit xp̄m suo sanguine nos lauare iuxta illud Apo ca.j. Qui dilexit nos ꝛ lauit nos a pctīs nr̄is in sanguine suo. ꝛ hoc intelligit cū dr. lauit in vino stolā suā. ꝛ in sanguine vue palliū suū. Decimasexta est ꝙ fecit eū ꝑ doctrinā vocare iuxta illō Jo.vl. Simon iohis diligis me. pasce oues meas. ꝛ hoc. i telligit cū dr pulchriores sūt oculi ei⁹ vino Decimaseptima est ꝙ fecit xp̄m nos sibi ꝑ sacra incorpare. ꝛ hoc est qđ dr. Dētes eius lacte cādidiores. ꝛ sic i vniuerso sunt decē septē ꝓpetates charitatis. s. ꝙ est dignissima ꝟtutū expugnatrix pctōꝝ dās ꝟtutib⁹ eē ꝟtutum. armatrix arduoꝝ. spoliatrix demoniū. victrix passionū. triūphatrix tētationū. facit aīam ꝓ dilecto ponere. ꝛ nūꝗ̄ ab eo separi. i eternū regnare: filios dei gnare xp̄m de celo descendere. vnire mēbra cū capite. sanguine xp̄i lauare. ꝑ doctrinā vocare. ꝑ sacra incorpare qđ intelligit ꝑ hoc qđ dr. Dentes ei⁹ lacte cādidiores. Per lac em̄ intelligit māsuetudo sacramentoꝝ de carne xp̄i ꝛ passiōe fluētiū. Jste ergo sunt ꝓpetates charitatis in quib⁹ ꝯsistit benedictio iude. Sed ad nobiliorē sub̄am sequunt nobiliores ꝓpetates. ergo q̄cūq; h₃ charitatē in summo: h₃ ꝛ has ꝓprietates in summo ꝛ ꝑ ꝯn̄s bn̄dictiones iude in summo. Sed beatissima oīm dn̄arū dn̄a habuit charitatem in summo. ergo ꝛ has proprietates habuit in summo. De bn̄dictiōe q̄₃ zabulon inq̄t idē doctor. c. sequēti ꝙ zabulō interptat zelus aīaꝝ ɓm magr̄m Rich. de scō victore q̄ ait. Jste est zabulō q̄ irascēdo iram dei placare ꝯsueuit q̄ pie seuiēdo dū hoīm vitia ꝑcutit. quasi nō parcēdo meli⁹ parcit Absq; dubio nihil sic pl₃ deo. nihil sic placat deū ꝗ̄ zel⁹ aīaꝝ. D₃ aūt zabulō nō solū deliquētes corrigere. s₃ etiā tp̄e ꝑsecutiōis cōtra persequētes defendere. ꝛ promptior esse ad mala ferenda ꝗ̄ inferenda. Et q₂ h₃ necesse q̄nq₃ ꝓ culpa eorum irasci: ampli⁹ debet dolere cum cogitur eos ꝓ culpa percutere ꝗ̄ cum cogitur ꝓ eoꝝ defensiōe puniri. Libenter ergo se occurrentibus periculis obijcit. ꝛ ꝯtra seuientiū ꝓcellas tempestatū se sponte opponit. vt tempestatib⁹ diu fatigatos. ꝛ tande₃ littoribus ereptos blāde excipiat ꝛ benigne foueat. Et q̄m scimus fieri venationē aīaꝝ q̄nq₃ ꝑ occulta₃ suggestionē demonū ꝛ q̄nq₃ per apertam ꝑsecutionē hoīm. vtrūq; nouit zabulon cōphēdere ꝛ caute detegere. vigilatq; cōtra seuitiā ꝑsequentiū. ꝛ ꝯtra fraudulētiā insidiātiū. Nescio aūt si pōt hō a deo i hac vita aliq̄d mai⁹ accipe. Jgnoro si cui possit hac grā maiorē aliqua₃ deus hoī cōferre. ꝗ̄ vt ei⁹ ministerio ꝑuersi hoies in meli⁹ mutent ꝛ de filijs diaboli filij dei efficiant. An forte cuiꝗ̄ maius esse videbit mortuos suscitare. Ergo ne mai⁹ erit suscitasse carnē mortuā iterū morituā ꝗ̄ aīam in eternū victurā ergo ne maius erit restituisse carni gaudia mundi ꝗ̄ aīe gaudia celi. O q̄lis dos: qualis dignitas. talem grām a deo accipe: Nō decuit celestē spōsum sponse sue aliam dotē donare ꝗ̄ vt ꝑ adoptionis grām possit multos filios gignere deo. ꝛ filios ire filiosq; gehenne regni celestis heredes ascribere. hec ille. Ex quibus vt ait Alber. vbi s̄. intelligit ꝙ per zabulon zelus aīarum significat qui h₃ dece₃ ꝓprietates. Prima ꝙ odit pctm̄. Et i deo zelo iusticie iusti pctōribus indignant. c. vera. xlv. di. Scđa ꝙ maxime placat deū. Tertia ꝙ nō parcendo pl⁹ parcit. Quarta ꝙ nihil pl⁹ placet deo. Quīta ꝙ promptior est ad mala ferenda ꝗ̄ inferenda. Sexta ꝙ blāde recipit penitentē. Septima ꝙ vigilat ꝯtra persecutores ꝛ manifestas insidias. Octaua ꝙ hō nō pōt maius donū accipe. Nona est ꝙ est dos quam celestis spōsus dat spōse sue. Decima ꝙ filios dei generat. s. q̄n est discret⁹ sicut eē d₃ c. nō i ꝑpetuū. xxiij. q. iij. Jndiscretus eni₃ nec correctionē inducit nec salutē. c. cū beatus. xlv. dist. Jste ergo sunt ꝓprietates zeli in q̄bus ꝯsistit bn̄dictio zabulō. S₃ ad nobiliorē sub̄am sequunt nobiliores ꝓprietates. Ergo quicūq; h₃ zelū aīarū in summo: habet has ꝓprietates i summo. ꝛ per ꝯn̄s benedictionē zabulō in summo. Sed btissima ꝟgo habuit zelū aīarū i summo. ergo benedictionē in summo. De benedictione q̄₃ Jsachar dicit idem doctor. c. ccvij. ꝙ fuit in beata ꝟgine. Dicitur eni₃ Ben̄. xlix. Jsachar asin⁹ fortis accubās inter terminos vidit terrā ꝙ esset bona ꝛ requiem ꝙ esset optima. ꝛ supposuit humerū suū ad portā

Zelus aīaru₃ h₃ decē ꝓprietates.

dum factusq; est tributis seruiens. vbi glo. inquit. Recte post natiuitatem gad et aser Lya talem filium genuit. qz nisi per abstinentiã et patientiã mens humana ad verum gaudiũ nõ ptingit. Oportet enim non solum delectationẽ falsam. sed et vanã perturbationẽ excludere qui vult de veritate gaudere. Et iste filius Isachar. i. merces dr. qz illud gaudiũ verũ tanq mercedẽ oim laborũ expectamus. Scimus aũt q mare semp fluctuat. terra aũt i eternũ stat. sic et cetera elemẽta semp in motu sunt. et sola terra stãte cetera stare nesciunt. Et scimus quia ois q per varia desideria fluctuat quez adhuc secularium causarum procella exagitat. ad illud eternũ gaudiũ nõ admittitur. et illo torrente voluptatis nõ potatur. quãto minus inebriatur. Hec est terra illa bona trãquillitas mẽtis qñ mens in se tota colligitur. et in vno eternitatis desiderio immobiliter figitur. Hec est terra quã pmisit dñs di. Beati mites. qm ipsi possidebũt terrã. Pro hac terra isachar asinus factus et fortis effectus libẽter supponit humerũ ad portandũ et factus est tributis seruiens. Multũ enim sibi subito viluerat q se asinũ animal pene ceteris vilius reputabat. Multũ ocupiuit terrã quã vidit p qua ad omnem laborem fortis perdurauit. Uiderat nichilominus q sane ad pulchritudinem illius terre oẽs pulchritudines iusticie nostre sunt vt pãnus mẽstruate. Uiderat nihilominus q nõ sunt cõdigne passiones huius temporis ad futurã gliaz. In vno ergo sibi vilis in altero fortis effectus. de vno humilatus et de altero roboratus. fortitudinis sue humerũ ad oẽm laborẽ libẽter inclinauit. et i acqrẽdo diuina non sua. vo regi tributũ psoluit. Uñ ps. lxxij. Ut iumẽtũ factus sum apud te. Item ppter te mortificamur tota die. Quia vo huius vite bona ad necessitatẽ nõ respuebat. hanc terrã penitus non deserebat. Quia vo futurã vitã adhuc capere non poterat inter terminos habitabat. nam istã tolerabat ad necessitatẽ. et illã concupiuit ad iocunditatẽ. satagebat istam penitus deserere. et in illam penitus intrare. Fecit ergo quod potuit quotidie in illã nitebatur. et i ista manere cogebatur. et sic inter terminos morabatur. hec glo. Ex qbus cõcludit Albertus sic dicens. Ex his cõcluditur q per Isachar gaudiũ internũ interptatur cuius in his verbis decẽ pprietates exprimuntur. Prima est q falsam delectationem excludit. scda q vanã perturbationez elidit. tertia q ẽ merces laborũ. quarta q mẽtẽ stabilit. iuxta illud Statij in. j. achilleidos. dant gaudia vires. quinta q aium roborat. Unde Hugo de sancto vict. in disasco. li. ij. ait. leticia animus reparatur. sexta q hoiem humiliat. septima q animum eleuat. octaua q terrã. s. viuentiũ pspicit. nona q requiem sentit. decima q gliam deo ascribit et reddit. Iste ergo pprietates sunt interni gaudij. in qbus cõsistit benedictio Isachar. Sed beatissima vgo habuit gaudium in summo. ergo et pprietates eius in summo: ergo et bñdictionẽ isachar in summo. hec ille. Qui etiã caplo sequẽti inqt. Sequitur benedictio Dan. de quo dr. Dan iudicabit pplm suũ sicut et alia tribus in israel. Glo. vo ait. Per officiũ Dan illecebrosas cogitationes comprehendimus. arguimus et damnamus. Recte enim Dan iudicium vocatus est. Ex quibus ait. Albertus. colligitur restrictio cogitationum inutilium. iuxta illd Hiero. ad Eusto. di. Nolo sinas cogitationes malas intrare animam tuam. sed dum paruulus est hostis eum allide ad petram. etc. Istam aũt restrictionem beata virgo in summo habuit. que taliter oẽs cogitationes ordinatas habuit. q nullus vel paruus motus illicitus otra eã exurgere potuit. et sic benedictionẽ Dan habuit. De bñdictõe etiam Gad dicit. c. ccix. Sequitur benedictio Gad. Gad accintus preliabitur ante eum. et ipe gad accingetur retrorsum. Ubi glo. inqt. Quia ad dan ptinet disciplina cogitationum ad Gad pertinet disciplina sensuum. vnus est sedare ciuilẽ discordiã alius repellere hostilẽ pugnã hic vigilat o ciuilẽ pditionẽ ille cõtra hostiũ incursionẽ. Frustra aũt in obseruãda ciuiũ ocordia laborat nisi eodẽ studio gad ciuitatẽ nostrã per sensuũ disciplinam muniat et hostilium vitiorum agmina instante plio acriter feriat. Uñ dr Gad accinctus preliabitur ante eum. Gad procul dubio tunc sic accingitur. quando sensuũ dissolutiões per disciplinã restringit. Tũc fortiter dimicat qñ carnalia desideria per carnis mortificationẽ trucidat. hec gl. Ad que hortatur pha. iij. Ethic. c. vl. dicens. Quẽadmodum puerũ oportet bm preceptũ pedagogi viuere sic ocupiscibile resonare rõni etc. Et. ij. Pol. c. iiij. iterum dicit. Magis oportet concupiscentias regulare q substantias. Et Ouidius in epistolis inquit

Gaudium mẽtis hz decẽ pprietates.

Restrictio cogitationum

Spne voluptates:nocet empta dolore voluptas. Ex pdicta aũt benedictõe dic̃ Alb. colligi q̄ p gad disciplina sensuũ intelligitur. cui⁹ sũt tres ꝓpetates. Pria q̄ ciuitatem mentis custodit. Scda q̄ hostilẽ pugnã repellit. Tertia q̄ hostes p abstinentiã diuertit. Has aũt ꝓprietates in summo habuit btã virgo que ciuitatẽ sui cordis taliter custodiuit q̄ nunq̄ aliquis hostiũ ipam impugnare attentauit. ergo benedictionem Gad in summo habuit. Idẽ quoq̄ Alb. in sequẽti ca. dicit. Sequit̃ benedictio Neptalim. de quo d̃r. Neptalim ceruus emissus dãs eloquia pulchritudinis. Ubi glo. ait. Sicut ad dan ptinet per representationẽ pene reprimere exurgẽtia intra vitia. sic ad Neptalim ptinet per cõsolationem premioꝝ inflamare bona desideria. Quia ꝯo quicq̃d scriptũ reperit ad spũalẽ intelligẽtiam cõuertit. cõuersionis nomen accipit. Sed notandũ q̄ nõ aui volanti. sed ceruo currenti cõparat̃. Nã auis quidẽ volando lõge a terra suspendit̃. Ceruus aũt ad dandos salt⁹ terre vicinat̃: sed nec in ipsis suis saltib⁹ separat̃ a terra. Sic nimirũ neptalim dũ p rerũ visibiliũ formã q̃rit inuisibiliũ naturã quosdã saltus dare. non aũt ad plenũ volare consueuit: quia in eo q̄ se ad summa erigit. rerũ corporaliũ secũ vmbrã trahens. ima oĩno nõ d̃serit. Sic nouit neptalim carnalia spũalibus misceret̃: ꝛ p corporalia incorpalia describere vt vtraq̄ hoĩs natura in eius dictis ĩueniat, vt se mirabiliter reficiat. qui ex corporea ꝛ incorporea natura constat. Illud autẽ in hmõi dictis. valde mirabile est q̄ tunc fere semp blandiunt̃ quãdo iuxta sensum littere nihil sonare vident̃. quale est illd̃. Capilli tui sicut greges caprarũ. ꝛ illud. Nasus tuus sicut turris libani ꝛ similia. nisi forte in hmõi dictis hoc quod tã libẽter amplectimur ex iocũda quadã vt ita dicaꝫ littere fatuitate ad spũalẽ intelligentiã consurgere coartamur. Hec glo. Ex quib⁹ dicit Alb. vbi. s̃. colligi. q̄ per Neptalim intelligit̃ contemplatio inuisibiliũ per visibilia cũ doctrina Ad quam contẽplationẽ deus hoiem creauit. ꝛ ideo dedit ei oculos erectos ad celuꝫ iuxta illud Ouid. in. j. metamor. Pronaq̄ cũ spectent aĩalia cetera terrã: Os homini sublime dedit: celumq̄ videre Jussit: ꝛ erectos ad sydera tollere vultus. De hoc etiaꝫ nq̃t Bernardus siluester. in micro cosmo.

Bruta patẽter habẽt tardos aĩalia sensus? Cornua deiectis vultibus ora ferunt. Sed maiestatẽ mẽtis testante figura: Tollit homo erectũ solus ad astra caput. Ut celi leges indeflexosq̄ meatus Exẽplar vite possit habere sue. Assistunt oẽs operi cũ q̃nq̄ ministri Sensus que cernũt exteriora docent. Nũcius ingredit̃ sensus mẽtẽq̄ quietam Euocat: vt certa res ratiõe probet, ꝛc. Debemus ergo oẽs cum neptalim erigere animos nostros ad cõtempalnda celestia. Dicit nãq̄ Seneca lib. v. de naturali questione. O q̄ cõtempta res est homo nisi supra humana se erexerit. Inq̃t aũt Albertus vbi. s̃. q̄ hui⁹ benedictiõis Neptalim sunt sex ꝓprietates. Prima est premiorum cõsideratio. Scda desideriorum inflammatio. Tertia scripturarũ ad spũalẽ intelligẽtiam conuersio. Quarta est nec visibilium nec inuisibiliũ derelictio. sed inter vtrũq̄ saltatio. Quinta est p absurditatem littere ad spũalem intellectũ coartatio. Sexta est spũalis doctrine instructio. Hec aũt oĩa ipsa ꝯgo benedicta habuit in summo. que sola inter oẽs hoĩes viatores pfectã in via habuit contemplatiõnẽ. ꝛ oĩs scripturas ſm oẽm sanctis pãs sensũ intellexit. ꝛ verbo incarnãto vetus. ꝛ nouũ testamentũ expresse docuit. cuius ꝛ ipa ore ꝛ opere discipline dei doctrix. immo glosa fuit. ꝛ sic benedictionẽ Neptalim in sua benedictione includit. Hec ille. Qui etiã in. c. cxl. inq̃t. Sequitur benedictio Aser. de quo dicitur Aser. pinguis panis eius. ꝛ prebebit delitias regibus. Ubi glo. dic̃. Aser q̄uis multũ esuriat panẽ iusticie. dedignatur tamen eum comedere nisi fuerit conspersus oleo misericordie. Ex multa em̃ delitiarũ affluẽtia que sibi semp abũdat ex spolijs pro frequẽti victoria multũ est delicatus effect⁹. nec etiã sapit panis vllus quãtũcunq̄ nitidus: nisi sit oleo conspersus: intantum vt de ipo pronũciet scriptura dicẽs. Aser pinguis panis ei⁹. Si em̃ gaudium est super vno peccatore penitentiam agente: quanta tunc solẽnitas erit super quolibet iusto libenter pro iusticia moriente? Uere pinguis panis eius prebebit delitias regibus O qualis panis eius. o quales delitie ei⁹ que tantũ sapiunt regibus talibus. Certe reges isti iam ad nuptias introierunt qui ad illud eternum conuiuiũ sedent. Jamq̄ illo pane angelorum delitijs eternis ve-

Disciplia sensuũ hꝫ tres ꝓprietates.

Sex ꝓpetates ꝯtẽplationis.

Z

Contẽplatio inuisibilion

scunt iã torrẽte voluptatꝭ inebriant. ⁊ ad huc aser delitias insatiabilr esurit. Sꝫ vñ ei diuitiarũ abundantia nisi vt est dictũ de hostiũ spolijs in tã frequẽti victoria? Quã to em̃ amplius atterunt hostes iusticie tãto vberius cumulant gaudia cõsciẽtie. Hosti bus ergo fugatꝭ ⁊ oib9 pacificatis. nil ob stat quin illa ciuitas nr̃a experiat q̃ sit illa par dei que exupat omnẽ sensum. ⁊ q̃ ma gna sit m̃ltitudo dulcedis tue dñe quã ab scõdisti timẽtib9 te. Quid ḡ mirũ si eã qli bet amator mũdi nescit quã deus diligenti bus se abscondit? Qui em̃ in bonis falsis spẽ fingũt bona vera inuenire nõ possunt. Unde dicũt. Quis ostẽdit nobis bona? Est em̃ mãna absconditũ qđ nemo nouit nisi q̃ accipit. Mẽs em̃ q̃ laudibus hoim delecta tur quid sit internũ gaudiũ expiri non me ret. h glo. Ex q̃bus colligit vt ait Alber. vbi. s. q̄ per Aser intelligit mox iustifica tio. cui9 hic nouẽ ꝓprietates ponunt. pri ma est esuries pro iusticia. scđa delectatio i mẽsa. tertia diuitiarum abũdantia. q̃rta de litiarũ affluẽtia. q̃nta hostiũ frequẽs victo ria. sexta celestiũ cõuiuarũ prepatio. septi ma cõsciẽtie exaltatio. octaua supne pacis expientia. nona abscõdite dulcedinis ꝑgu statio. Cõstat aũt q̄ in btissima virgine in summo fuit esuries iusticie ⁊ excellẽtia vi ctorie. sicut ⁊ diuitiarũ ⁊ delitiarũ spũaliũ affluẽtia. ⁊ conuiuax ⁊ pacis ⁊ delectatio nis eminentia vtpote q̃ nos iustificauit et mater mie extitit serpentẽ pre oibus cõtri uit oẽs filias in diuitijs supgressa abũda uit. delitijs affluẽs innixa sup dilectũ ascẽ dit panem angelox ⁊ vinũ oibus dedit: mi xtum pre oibus cõsortibus suis oleo exul tationis vncta fuit per quã par vera de ce lo descẽdit. ⁊ vex mãna nouẽ mensib9 in se abscõditũ habuit. ⁊ tũc oibus in cibũ ma nifestauit ⁊ donauit. ⁊ sic bñdictio sua bñ dictionẽ aser includit. h ille. Benedictio aũt ioseph hr in dicto: c. xlix. Gen. cũ alijs oibus ꝑcedẽtib9 ⁊ sequẽtib9. vbi iacob sic ait. Fili9 accrescẽs ioseph. fili9 accrescẽs et decorus aspectu. filie discurrerũt sup mu rũ. sed exasperauerũt eũ ⁊ iurgati sunt. in uiderũtq3 ei habẽtes iacula. Sedit in for ti arcus eius et dissoluta sunt vincula bra chiox ⁊ manuũ illi9 per manus potentis iacob. Inde pastor egressus est lapis isrl deus patris tui erit adiutor tuus ⁊ omps bñdicet tibi bñdictionib9 celi desup. ⁊ bñ dictionib9 abyssi iacẽtis deorsuꝫ bñdictio nib9 vberũ et vulue. bñdictiões patris tui cõfortate sunt de bñdictionib9 patrũ ei9 do nec veniret desideriũ colliũ eternox. Fiãt in capite ioseph ⁊ in vertice nazarei inter frẽs suos. hec ibi. Dicit autẽ Alber. vbi. s. c. sequẽti. q̄ hec bñdictio ioseph ꝫm itelle ctũ lrãlẽ diuidit in decẽ et septẽ ptes ipas integrãtes. Prima est dei filiatio. Scđo di uina imitatio. ⁊ hec intelligunt per filium bis positũ. Tertia ẽ augmẽtũ sapie. Quar ta augmentũ grẽ. ⁊ iste due intelligunt p accrescẽs bis positum. Quinta est bona fa ma quãtũ ad seipm̃. et hoc intelligit p il lud qđ dr decorus. Sexta est edificatio per exemplũ. et hoc itelligit p illud qđ dr. filie discurrerũt sup murũ. Septia est patiẽtia ab ope. ⁊ hec intelligit per illud qđ dr. sed exasperauerũt eũ. Octaua est patientia ab ore. et hec intelligit p illud quod dicit. et iurgati sunt. Nona est patientia cordis in iuria et hoc est qđ dr. Inuiderũt ei habens tes iacula. Decima est liberatio a malo cul pe. et hoc est qđ dr. sedit in forti arcus ei9 ⁊ dissoluta sunt iacula. Undecima est tpalis origo. et h est qđ dr. Inde egressus est pas tor. Duodecima est tẽtationis supatio. et h est qđ dr. deus pr̃is tui erit adiutor tuus Decima tertia est collatio boni gl'ie. ⁊ hoc est qđ dr benedictionibus celi de sup. Deci maquarta est collatio boni grẽ. et hoc est qđ dr. benedictionibus abyssi iacẽtis deor sum. Decimaq̃nta est collatio boni nature et hoc est quod dicit. benedictionib9 vbex et vulue. Decimasexta est collatio boni he reditarij. ⁊ hoc est qđ dr. benedictiones pa tris tui confortate sunt de benedictionib9 patrũ ei9 donec veniret desideriũ collium eternox. Decimaseptima est bonitatꝭ i alios hereditatio. ⁊ hoc est qđ dr. In capite io seph et in vertice nazarei inter fratres su os. in his aũt integrat benedictio ioseph. Sed cõstat q̄ hec oĩa fuerũt in beatissima virgine in summo que fuit summa filia dei ⁊ perfectissima ei9 imitatrix. habens pleni tudinẽ sapiẽtie. gratie fame exẽpli. patien tie imunitatis. culpe tẽporalis origo xpi. plena etiã bono gl'ie gratie ⁊ nature. que omniũ ꝓgenitox ꝟtutes cũ excellentia ha buit. ⁊ suã gratie plenitudinem ad omnes trãsmisit. Et sic patet qualr benedictio io seph i btissime ꝟginis benedictione inclu sa sit, hec ille. Benedictio autẽ Beniamin

Morũ iustifi catio.

u

hec fuit. Beniamin lup⁹ rapax. mane comedet predã. ⁊ vespe diuidet spolia. Dicit ꝟo Alber. vbi. s. c. ccxiij. ꝙ hec benedictio i tribus ꝯsistit. Primũ est ꝑditoꝝ oĩꝫ ereptio a culpa. Scõm de ereptione ꝯgratulatio in grã. Tertiũ in futuro oĩum ⁊ singuloꝝ gloriatio in glĩa. Et hec in btĩssima ꝟgine fuerũt in summo. q̃ summã in ereptõe habuit victoriã summãq; de ereptis i pñti leticiã ⁊ summã in futuro. glĩam. ⁊ sic sua benedictio benedictionẽ beĩamin ĩcludit. Si aũt ꝫm tropologicuꝫ sensum. ꝑ ioseph ĩtelligiť grã discretiõis in actiõe. Per bẽiamin ꝟo grã cognitiõis in ꝯtẽplatiõe. Cõstat q̃ꝫ ꝙ hec in summo habuit beata virgo. ⁊ sic omnes benedictiones filioꝝ iacob in benedictione domine nostre cum excellentia sunt incluse. hec ille.

Pars secunda huius sermonis que dicitur confirmationis.

Predicta ꝟitas. s. oẽs sacre scripture bñdictiões fuisse i maria ꝟgine benedicta: cõfirmať declarãdo benedictiões Balaã data a pplo israel. Quarũ pma habeť Num. xxiij. vbi ait. De summis silicibus videbo eũ. ⁊ de collibus ꝯsiderabo illũ. ppls sol⁹ q̃ habitat ⁊ inter gentes nõ reputabiť. Quis dinumerar̃ possit puluerẽ Jacob. ⁊ nosse numerũ stirpis israel. Moriatur anima mea morte iustoꝝ. ⁊ fiãt nouissima mea hoꝝ sĩlia. hec ibi. Que benedictio ꝫm Alber. vbi. s. c. ccxxiiij. habet q̃nq; particulares benedictiões. Prima est ꝯuersationis altitudo. ⁊ hec est duplex. vel imitatione angelorũ. ⁊ hoc est qđ dicit. De summis silicibus videbo eũ: vel imitatione sanctoꝝ ⁊ pfectoꝝ hoĩum. ⁊ hoc est qđ dicit. de collib⁹ ꝯsiderabo illũ. Scđa benedictio ẽ a malis separatio. ⁊ hec dupľr vel a cõmunione demonũ. ⁊ hoc est qđ dicit. ppls solus q̃ habitat. vel a ꝯsortio maloꝝ hoĩum ⁊ hoc est qđ dicit. inter gentes nõ reputabiť. Tertia benedictio est in se pfectio. ⁊ hec dupľr vel in actione. ⁊ hoc est qđ dicit Jacob. vel in cõtẽplatione. ⁊ hoc intelligiť per israel. Quarta ẽ seminis multiplicatio. ⁊ hec dupľr. vel est multiplicatio spũs ⁊ hoc est qđ dicit. numerũ stirpis israel. vel ꝫm carnem ⁊ hoc est qđ dicit: puluerem iacob. Quinta benedictio est finis beatitudo. ⁊ hec dupľr scꝫ bona mors. ⁊ hoc est quod dicit. moriať aĩa mea morte iustorum. ⁊ benedictio post mortem. ⁊ hoc est qđ dicit. fiant nouissima mea hoꝝ sĩlia. Et sic hec benedictio prima cũ suis subdiuisionib⁹ deceꝫ habet benedictiones. Quarũ primã beatissima ꝟgo habuit in summo cuius ꝯuersatio summe angelica fuit ⁊ in ꝟtutũ deiformitate. ⁊ in virginitatis dignitate. In carne eñ pter carnẽ viuere: non est humana vita sꝫ angelica. Scđam habuit sĩľr in summo. q̃ oẽs pios patrũ mores ostẽdit in se sed excessit eosdẽ. Vñ ⁊ in altissimis habitat hoĩm ⁊ angelorũ. Tertiã etiã habuit in summo. Summa eñ humilitas q̃ in ipa fuit: cum supbia diaboli nihil cõe habuit. Itẽ ab errore vel peccatis gẽtiliũ ĩmunissima fuit. ⁊ sic quartaꝫ benedictionẽ habuit. Quintã etiã i summo habuit. q: sola pfectã ꝯtẽplationẽ habuit i via. Sextã q̃ꝫ. q: qualibet actiõe liberi arbitrij meruit. Septimã etiaꝫ habuit. q: fecũditatẽ carnis simul cuꝫ integritate possidens: deũ ⁊ hoĩeꝫ genuit. in q̃ oẽs hoĩes in filios spũaľr regenerauit. ⁊ sic etiã octauaꝫ benedictioneꝫ habuit. Nonã sĩľr habuit. q̃ morte gloriosa ⁊ sine dolore ⁊ cum amore mortua fuit. decimã etiã habuit q̃ gloriosissime i aĩa ⁊ corpe resurrexit. Et sic pꝫ qualr benedictiones; primo datas omnes virgo gloriosa cum excellentia recepit. hec; Alb.

Bñdictio Balaam.

Scđa benedictio Balaã principalis habeť etiã Nume. xxiij. vbi. dĩ. Nõ est idolum in Jacob nec videtur simulacrum in israel domin⁹ deus eius cũ eo est: ⁊ clãgor victorie regis in illo. Deus eduxit eũ de egypto cui⁹ fortitudo sĩlis est rhinocerotis. Nõ est augurium in iacob: nec diuinatio in israel. Tempori⁹ suis dicetur iacob. ⁊ israel q̃d operatus sit deus. Ecce populus vt leena ꝯsurget. ⁊ quasi leo erigeť. Non accubabit donec deuoret predã. ⁊ occisoꝝ sanguinem bibat. Hec ibi. Que benedictio ꝫm Alber. vbi. s. c. sequẽti sĩľr ꝯtinet decem particulares benedictiones. Prima est immunitas pctõrum corporalium. ⁊ est quod dicit. Nõ est idolũ in iacob. vel immunitas pctõrum spũalium. ⁊ hoc est quod dicit: nec videtur simulacrũ in israel. Secunda est diuinum auxiliũ. ⁊ hoc est quod dicit. Dñs deus ei⁹ cũ eo. Tertia est admonitio predicatorũ: et hꝰ est quod dĩc. clangor victorie in illo est. Quarta est de mũdo eductio: ⁊ hoc ẽ quod dĩc. Dñs de⁹ eduxit euꝫ de egypto. Quinta est in regno ꝯfirmatio ⁊ roboratio. ⁊ hꝰ est qđ dĩc cui⁹ fortitudo. sĩlis ẽ. rhinocerotis.

A

Scđa benedictio Balaam.

Sexta est humane sapientie euacuatio. et hec est duplex. vel quantum ad animalem intellectū. et hoc est quod dicit: Non est augurium in iacob. vel quantū ad carnalem effectū. et hoc est qđ dicit: neqꝫ diuinatio in israel. Septima ē diuine sapiētie repletio. et hec iterū ē duplex. vł quātū ad tpalia. et hoc est qđ dicit. Tpibus suis dicetur iacob. vel quātū ad spūalia. et hoc est qđ dicit. et israel qđ operatus sit deus. Octaua est confidentia in fide. et hoc est quod dicit. Ecce pplˢ vt leena. Nona est exaltatio in spe. et hoc ē quod dicit: quasi leo erigef. Decima est refectio in charitate. et hoc est quod dicit. Nō accubabit donec deuoret predā. Sunt aūt iste benedictiones cum suis subdiuisionibus tredecim quas oēs benedicta virgo excellentissime recepit. Primam eñ scđam in summo habuit. q̄ nec venialiter vnq̄ peccauit. Tertiam etiam habuit in eo ꝙ gracia plena fuit. Quartam habuit: quia oīm perfectissime doctrix fuit opere. Quintam habuit. qꝛ de mundo eius segregatissima fuit. Sextaꝫ habuit. qꝛ in regni solio iuxta regem glīe ipsa in reginam mīe sublimata fuit. Septimā habuit: quia animalem sensum oīno euacuauit Octauam habuit: qꝛ sup omnis fidei eminentiā eminebat. Nonam habuit. qꝛ carnalem affectū nullū habuit: i qua etiā fomes peccati extinctꝰ fuit Decimā habuit. qꝛ diuina sapiā plena fuit que ipam sapiam generauit. Undecimaꝫ duodecimā et tertiādecimā habuit i sūmo. que fide spe et charitate oēs antecessit. Et sic pꝫ qualr scđa pncipalis bñdictio balaā in benedictione bñdictissime vginis cū oī excellentia comprehensa sit. Hec Albertus

B
Tertia benedictio balaam.

Tertia vo benedictio principalis ipsius Balaam habef Num. xxiiij. vbi ait. Quam pulchra tabernacula tua iacob: et tentoria tua isrł vt valles nemorose. vt horti iuxta fluuios irrigui: vt tabernacula q̄ fixit deꝰ quasi cedri prope aquas: fluet aqua de situla eius. et semē illius erat in aquas multas Tollef ppter Agag rex eius: et auferef sceptrum illius. Deuorabūt gētes hostes illiꝰ ossaqꝫ eorū ꝯfringent. et pforabūt sagittis. Accubās dormiuit vt leo: et q̄si leena quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi: erit et ipe bñdictꝰ. et q̄ maledixerit tibi i maledictiōe reputabif. hec ibi. Dicit aūt Albertus vbi.s.c.cxxvi. ꝙ in hac bñdictiōe nouem bñdictiōes sunt cōprehense. Prima est multiplicatio eccl'iasticarum actionum Et hoc intelligif per illud qđ dicit. Quam pulchra tabernacula tua. Scđa est pulchritudo religionum. et hoc est quod dicit. tentoria tua israel. Tertia est ordo et institutio predicatorū. et hoc est qđ dicit. Fluet aqua de situla eiꝰ. Quarta est regni iudaici trāslatio. et hoc est qđ dꝛ. Tolletur ppter Agag rex eius. Quinta est regni gentium ecclesie subiectio. Et hoc est qđ dicit. Deuorabunt gētes hostes illius. Sexta est demonū confractio. et hoc est qđ dicit ossaqꝫ eorū ꝯfringent. Septima est antixpi interfectio. et hoc est qđ dicit. et perforabūt sagittis. Octaua est a somno mortis resurrectio. et hoc ē qđ dicit. Accubans dormiuit vt leo. Nona est bonorū et malorū remuneratio. et hec est qđ ait. Qui benedixerit rc. Qualiter aūt ista tertia principalis benedictio cum suis particulis conueniat beatissime virgini. facile est declarare. Ipa eñ fuit vt.s. sepiꝰ dictū est summe actionis ꝯtēplationis et doctrine. et in suo partu abstulit regnum iudeorū que regē genuit xpianorum. et per ꝯseqn̄s destruxit regnū gentiū. et demonum et antixpi. quem filiꝰ sui ore interficiet bm sniam pauli. ij. ad Thess. ij. et oēs bonos et malos remunerabit. que remuneratorē oīm generauit: et ipm nobis in premiū donauit. hec Albertꝰ.

C
Quarta benedictio Balaā.

Quarta benedictio principalis Balaam. q̄ non taꝫ dꝛ benedictio. q̄ꝫ benedictionis causa. habef etiā Nume. xxiiij. vbi. ait. Orief stella ex iacob. et ꝯsurget virga de israel et percutiet duces moab. vastabit ꝙ omnes filios Seth. Et erit idumea possessio eius hereditas Seyr cedet inimicis suis. israel vo fortiter aget. De iacob erit qui dominef. et perdat reliq̄s ciuitatis. Hec. ibi. Hec autem benedictio bm Albertū vbi.s.c. sequenti. diuidif in septem partes. Prima est benedictissime virginis generatio. Scđa filij dei ex ipa incarnatio Tertia vitiorū destructio. Quarta hominū liberatio. Quinta bonorū cōfirmatio. Sexta bonorū dominatio. Septima malorum damnatio. Prima intelligif per hoc qđ dꝛ: Orief stella ex iacob. Scđa ex hoc qđ dicif et ꝯsurget virga de israel. Tertia ex hoc qđ dꝛ. et percutiet duces moab. Quarta p hoc quod dicitur. et erit idumea possessio eius. Quinta per hoc quod dicitur israel vo fortiter aget. Sexta p hoc quod dꝛ de iacob erit qui dñef. Septima p hoc quod dicif.

7 pdat reliquias ciuitatis. Patet ꝙ qualr he quoqꝫ ptes oēs benedictiōis hui⁹ vltime pcedūt 7 depēdēt a benedictiōe btīssime v̄ginis que est radix 7 causa oīm benedictionum. Quicq̄d eī est causa cause est causa oīm sequentiū causatoꝝ. Unde cum btīssima v̄go fuerit causa generatiōis corporalis filij dei. 7 illa sit causa oīum benedictionū: ptꝫ ꝙ in ip̄a sua benedictiōe alie oēs benedictiōes causal'r sunt incluse. hec Alber. Et ideo nō solū illi dicere possumus cū angelo. Benedicta tu in mulierib⁹. sed benedicta tu in oībus creaturis per quam creature omnes sunt a filio eius benedicte. cui sit honor 7 perēnis gloria per infinita secula seculoꝝ. Amen.

D De eadē v̄ginis annūciatiōe. Sermo. x.

Enedixisti domine terrā tuā auertisti captiuitatē iacob. Remisisti iniquitatē plebis tue. ps. lxxxiiij. Per salutatione angeli eā factā btē virgini. ex parte dei hūana natura que pmo erat maledicta 7 excōmunicata. rebenedicta 7 absoluta ac recōciliata fuit. Dicūt eī iura ꝙ si papa ex certa sciencia aliquē excōmunicatum salutauerit aio eum absoluēdi: q̄uis verba absolutionis nō dixerit: eoipso absoluit ab excōmunicatione. c. si aliquādo. 7 ibi glo. de sentētia et cō. argu. in. c. cuꝫ olim essemus. de priuile. 7. c. Adrian⁹. lxiij. di. 7. c. pacem. de ꝯsecra. dist. ij. Naꝫ 7 princeps sola voluntate manumittit seruū. l. apud euꝫ. ff. de manumis. Ergo multo magis absoluit salutatio dei. benedicēs beatā virginē in p̄sona toti⁹ humane nature. De qua possunt ad ꝓpositū nostrū exponi v̄ba ꝓposita. Sup quibus duas tm̄ cōsiderationes faciemus.

b

Prima appellabit adimpletionis.
Scd̄a v̄o 7 vltima fructificationis.

Pars prima hui⁹ sermonis que dicit adimpletionis.

i In beatissima v̄gine adīpletas esse omnes benedictiones per Moysen datas filijs israel: nō est difficile demōstrare. Unde sciendū est ꝙ ip̄e moyses benedixit populū israel obseruātē precepta dei. vt habetur Deute. xxviij. di. Benedictus tu in ciuitate. benedictus in agro. benedict⁹ fructus ventris tui: 7 fructus terre tue. fructus iumentoꝝ tuoꝝ: et greges armentorum tuorū. 7 caule ouiū tuarum. benedicta horrea tua 7 benedicte reliquie tue. benedict⁹ eris ingrediēs 7 egrediēs. Dabit dn̄s inimicos tuos q̄ consurgent aduersum te corruētes in cōspectu tuo. per vnam viam veniēt cōtra te 7 per septē fugient a facie tua. Emittet dn̄s benedictionem sup cellaria tua: 7 super oīa opera manuū tuarum benedicetqꝫ tibi in terra quam acceperis. Suscitabit te dn̄s in populū suū sicut iurauit tibi. si custodieris mādata dn̄i dei tui 7 ambulaueris in vijs ei⁹: videbuntqꝫ oēs terrarū populi ꝙ nomen dn̄i inuocatuꝫ sit super te et timebunt te. Abūdare te faciet dn̄s oībus bonis. Fructu vteri tui. et fructu iumentorum tuorum. fructu terre tue quā iurauit dn̄s patribus tuis vt daret tibi. Aperiet dn̄s thesaurum suū optimum celū. vt pluuiā tribuat terre tue in tempore suo. Benedicetqꝫ cūctis operibus manuū tuarū. 7 fenerabis gentib⁹ multis. et ipse a nullo fenus accipies. Cōstituet te dn̄s in caput et non in caudam. 7 eris semper supra 7 non subter. Hec ibi. Ubi ƀm Albertum super Missus est. c. cxxviij. ponuntur decem et nouem benedictiones. Prima est gratia contemplationis. 7 hec significatur cum dicit. Benedictus in ciuitate. Secunda est gratia actionis. Et hec denotat cum dicit. Benedictus in agro. Unde glosa ibidem ait. idest habebis benedictionē contemplatiue. 7 actiue. Tertia est puritas deuotionis. 7 hec notat cum dicit. Fructus ventris tui. Quarta est vtilitas bone operationis 7 hec significatur cum dicit. fructus terre tue. Quinta est in alijs fructificatio. 7 hec est triplex scꝫ in laicis in clericis. 7 religiosis. primum significat per iumēta. scd̄m p armēta. tertiū v̄o per caulas ouium. Sexta est virtutum frugalitas. et hec est duplex. vel quantum ad actū 7 hec notat cuꝫ dicit. Benedicta horrea tua. vbi glosa ait. virtutum custodia. vel quantum ad habitum. 7 hoc est quod dicitur: benedicte reliquie tue. Unde glosa ibidem ait. Idest bona voluntas q̄ remanet post opera. Septima est felix consummatio. et hec est duplex. scilicꝫ quantū ad operationem boni et hoc est quod dicit. Benedictus ingrediēs. vel quātum ad euasionem mali. 7 hoc est quod dicitur. Benedict⁹ egrediens vbi glosa ait. Ingrediens in perceptione

benedictiōes Moys

Qui ex fide sunt hi sunt filij Abrae. Et no- tantur nosauit Abraaz in particulari. qz ei ter fuit fctã spãlis ꝓmissio de xpo nascitu- ro. vt pꝫ Gen. xviij. ⁊ xxi. et xxij. Itē vbi ħ Gen. xviij. ipe Abraā tres vidit ⁊ vnū ado- rauit. quē per spm̄ intellexit gerere figuraꝫ filij dei icarnãdi. Itē spãlr exprimit. quia ꝑmus apte ꝑdicauit fidē. Vñ etiã dr pater fidei nostre. ad Rom. iiij. In secula. Quia glia btõꝝ nunq̄ deficiet: sed in eternū du rabit. Uel in secula. i. semini duraturo i se- cula. vel misericordiam cõsecuturo in secu la seculoꝝ. Nos aūt dicere possumus ꝙ in sacra scriptura aliqñ puer accipis ꝓ puulo Jesu. vt in missa natiuitat eiꝰ dum canit. Puer natꝰ est nobis ⁊c. Dicit aūt puer q̄si purus aeris paritate. ẞm Archid. in. c. s. de cle. egro. li. vi. Et ẞm Albricū d rosate i suo reptorio in primo alphabeto in ṽbo puer. Puer ꝓ xpo sic põt etymologizari. Per. p. patris. per. u. verbū. per. e. eternalr per. r. regnãs significat. Uel per. p. partus. per. u. ṽginis. per. e. hereditatē. p. r. restituens Uel. p. p. pastor. p. u. verus. per. e. errantes per. r. recõsiliãs vel reuocãs. Uel per. p. pa nis. per. u. viuus. per. e. esurientes. per. r. reficiēs. Ipse em̄ est ille qui corpe suo ꝓ pre cioso sanguine reficit oēs fideles. Et h̄ pre dixit ꝓphetice beata ṽgo dū cecinit. Esu- riētes impleuit bonis. i. implebit more pro phetico. Predicta autē expositio Hugonis accepta est a glosa super Magnificat. In qua expositione huius penul. ṽsiculi dicit post generalem diuine pietatis ⁊ iusticie cõmemoratione ad singularem noue incar natiõis dispensationē conuertit verba di. Suscepit israel puerū suuꝫ quasi medicus egrū. visibilis in hoie factus vt faceret is- rael. i. videntē pueruꝫ suū. ⁊ addit Beda. Obedientē. scꝫ ⁊ humilē nam qui contem- nit humiliari nõ potest saluari. Basilius ṽo dicta in ꝓcedentibꝰ approbans ait. Israel. dicit nõ materialē quem sola nobilitat ap pellatio. sed spũalem qui nomen fidei reti nebit. habēs oculos tendētes ad deū vidē dū ꝑ fidē. Põt etiam ad israel carnalē hoc aptari. cuꝫ ex eo quasi infiniti crediderint. Hoc autem fecit deus recordatus mĩe sue Sicut locutꝰ est ad patres nostros Abraaꝫ ⁊ semini eius in secula. Nam Abrae dixit deus. Statuam pactum inter me. ⁊ te. ⁊ se men tuum post te in generationibus suis federe sempiterno. vt sim deus tuus ⁊ se- minis tui post te. cuius ꝓmissionis dei ge nitrix recordata memoriam fecit. Beda ṽo etiã inq̄t. Semē autē dicit non tam carne ꝓgenitus q̄ fide eius vestigia secutꝰ. cui aduētus saluatoris i secula promissus est. Illi em̄ dicuntur filij Abrae qui eius fidē imitant. xxij. q. ij. §. item opponitur. Unde saluator Johis. viij. inquit. Si filij Abrae estis: opera Abrae facite. Glosa autē expo- nens in secula ait. Quia ipsa ꝓmissio here ditatis nullo fine claudet. ⁊ vsq; in finem seculi credentes non deerunt ⁊ beatitudi- nis gloria erit perennis. Si autem queras- tur: quare deꝰ primo promisit Abrae incar nationem filij sui? Possumus inter alia q- causas assignare vltra predicta ꝙ qz ipse fuit primus qui presbyter idest senior ap pellatus est. vt dicitur in. c. vltimo. lxxxiiij. dist. Ideo Jesus puer illi merito est ꝑmo promissus. O igit sanctissima virgo cu ius meritis ⁊ interuentu suscepit deꝰ pue- rum suū Israel. qui vt dictum est. interpre tat videns deum fac ⁊ me videre deum. fi- lium tuū. fac vt in lumine tuo videã lumē Tu em̄ Maria. i. illuminans vel illumina ta vocaris. fac ergo etiam me illuminatuꝫ ⁊ videntem. vt mihi dici possit illud Ge- nesis. xxxij. Israel appellabitur nomē tuū Deus em̄ filius tuus bona promisit israeli. Numeri. x. Fac vt in me verificetur illud Deutero. xxxiij. Btūs tu israel. quis similis tui? Diligit em̄ deus israel et vult saluare eum in eternū. ij. Paralip. ix. Et in Israel magnum nomen eius. ps. lxxv. vnde ipe inquit Esa. xix. Hereditas mea israel. Fac vt sim ille de quo dicit Esa. xlv. Israel sal- uatus est in domino salute eterna. Fac vt sim ille de quo dicit Osee. xiiij. cap. Israel germinabit quasi liliū. Et Baruch. iiij. Is- rael dilecto sibi. Ita vt mihi dicat filius tuus deus meus illud Sopho. iij. Jubila tu israel. Et illud Johis. j. ecce vere israeli ta in quo dolus nõ est. Sed non sufficit ꝙ sim israel nisi etiam puer fiam. scꝫ innocen tia. humilitate ⁊ obedientia qualis appel latus est Dauid annosus. ⁊ Abraam cente narius. Ecce em̄ o virgo dignissima ꝙ deꝰ meus pro salute mea factus est puer tuus Unde Math. ij. de magnis dicit. Inuene- runt puerū cum Maria matre eius. Et in eod. ca. dicit Joseph ab angelo. Tolle pue rū ⁊ matrē eius. defuncti sunt em̄ q̄ quere- bant animã pueri. Et Luce. ij. etiam dic. f.

Puer ꝓ xpo sumitur

R Orõ ad mariã vt susci piat nos spi ritualr isrl vt pueruꝫ

Cū cōpleti essent dies octo vt circūcideret puer. Et ibidē. Cū inducerēt puerū iesum ℞c. Et iterū. Puer aūt iesus crescebat ⁊ cōfortabat ℞c. Cū igit̃ silitudo sit causa amoris. viij. Erhic. Non est mirū si puer tuus ita pueros diligit. Vñ Luc. ix. dr. ꝙ iesus apphendēs puerū: statuit illū sec⁹ se. ⁊ ait discipulis suis. Quicunq; susceperit puerū istū ĩ noīe meo. me suscipit. ⁊ Mar. ix. etiā dr. ꝙ accipiēs puerū statuit in medio discipuloꝝ. quē cū complect⁹ essz ait. Quisq̄s vnū ex hmōi pueris recepit ĩ noīe meo me recipit. Itē Luc. xviij. scriptū ē. ꝙ offerebāt infantes ad illū vt eos tangeret. Qð cū viderēt discipli increpabāt illos. Jesus aūt cōuocās eos dixit. Sinite pueros venire ad me: ⁊ nolite eos vetare. talium eñ est regnū dei. Et postea itulit di. Quicūq; nō receperit regnū dei vt puer nō itrabit in illud. Et iteꝝ Mat. xviij. dr. ꝙ querentibus discipulis q̄s maior esset in regno celorū. Jesus aduocās puulū statuit eū in medio eoꝝ ⁊ dixit illis. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut puuli: nō intrabitiz in regnū celorū. Quicunq; ergo hūiliauerit se sicut paruul⁹ iste: hic maior est in regno celorū. Quia ṽo discipuli hō audito effecti sunt sicut puuli. iō dñs me⁹ ⁊ fili⁹ tu⁹ o ṽgo bñdicta eos postea appellabat pueros di. Johis. xxj. Pueri nunq̄d pulmētū habētis? Maxime aūt btūs Johānes euāgelista. ⁊ ipe fili⁹ tuus adoptiu⁹ ⁊ tibi a filio tuo deputat⁹ vt puer effectus erat. de quo vt canit ecclia dixit idez filius tuus. Ecce puer me⁹ dilectus quē elegi posui sup eū scriptū meum. Fac ergo ⁊ me esse talē pueꝝ. ⁊ non de illis de quib⁹ dr. j. ad Coꝝ. xiiij. Nolite pueri effici sensibus. nō inquā illū puerū malū. de quo d: Esa. lxvj. Puer centū annorū morietur. Et de quo dicit in ca. Paulus. ij. q. vij. Maledictus puer centū annoꝝ. Non de illis malis pueris qui fetēt vrina. Per vrinā autē fetentē que de corpe egredit: significant exteriora opera mali exempli. Contrarium aūt faciebat aplus Paulus tanq̄ bonus puer: dās omnibus odorē suauem boni exempli. Unde dicebat. ij. ad Corinthios. ij. Christi bonus odor sumus in omni loco. Non etiam facias me effici de illis pueris qui sunt timidi ad bonū aggrediēdū ⁊ pagendū. iuxta illud Judicū. viij. Timebāt q: puer adhuc erat. Non de illis de quibus dicitur. j.

Z Oroad ṽginē ne sit vl̃ efficiat de mal' pueris

Regum. ij. Erat peccatum pueroꝝ grande nimis coram domio. Non de illis qui ster corizāt modo in lecto. modo in gremio matris. ⁊ significāt luxuriosos ⁊ corruptioni carnali deditos. Juxta illud Johel. j. Conputruerūt iumēta ĩ stercore suo. Et eiusdē libri. iij. c. Posuerūt puerū in prostibulo. Talis fuit quidaz puer q̄ in septimo anno generauit filiū. de quo per. glo. xx. q. j. c. in summa. ⁊ p doct. in. c. iij. de despō. impu. ⁊ in. c. fi. de eo qui cogno. consan. vxo. sue. ⁊ per Hosti. in summa. in ti. de peni. §. cui confitendi. ver. cui pueri. Non de illis qui semp habēt facies ⁊ man⁹ immūdas. Per faciem autem significat cōscientia qua cognoscimur a deo cognitōe approbationis quādo est bona. Per manus ṽo significantur actiones corpales. Ecōtra ṽo boni pueri habēt faciem. i. cōscientiā mundā quaz sepe lauant per cōfessionē. seruantes consiliū prophete dicentis Esaie. j. Lauamini mundi estote. Et saluatoris nostri qui ait Matth. vj. Faciez tuā laua. Similiter habet manus. i. actiōes corpales impollutas custodientes illud Gene. xxxviij. Manus vr̃as seruate innoxias. Non etiā facias me effici de illis pueris qui stant in luto idest dediti sunt terrenis que tanq; lutū sunt in cōparatione celestium. iuxta illud Sapiētie. vij. ca. Tanq̄ lutuz estimabitur argentum in cōparatione illius Boni autē pueri rogant deū cum ppheta ps. lxviij. dicentes. Eripe me de luto vt non infigar. Non facias me effici de illis pueris q̄ sunt debiles ad opera virtutum. iuxta illud Esa. xl. Deficiēt pueri ⁊ laborabūt. ⁊ iuuenes in infirmitate cadent. De hoc etiam habetur. Threnoꝝ. ij. vbi dicit. Cum deficeret paruulus ⁊ lactēs in plateis. Non de illis qui generant vermes. Per vermes autem qui rodant viscera ⁊ intestina. significant secrete detractiōes ⁊ crudeles infamatiōes impioꝝ. Unde. ij. Machab. ix. dicit. ꝙ de corpore impij Antiochi scaturiebant vermes. Non de illis qui non habent verū iudicium ratiōis. Et ideo non accipiūtur in testes. l. iij. §. lex iulia. ff. de testi. ⁊ insti. de testa. §. testes. ⁊. iiij. qōne. iij. c. j. ⁊. ij. Non de illis qui dant preciosuz iocale p pomo de quibus dicitur Threnorum. j. Dederūt preciosa queq; pro vino ℞c. Non de illis qui a mane vsq; in sero semper comedunt ⁊ significant gulosos. de quibus dicitur

Esa.lvi.Canes impudentissimi nescierunt
saturitatē.Nō de illis ꝗ nō clare loquunt.
iuxta illud:Hierem.i.Puer ego sum:nescio
loqui.Transsumptiue in.c.scripturis.viij.
q.i.Item nesciūt vocare patrem ⁊ matrē.
Esa.viij.scʒ celestem in sermonibus suis.⁊ ne
sciunt eū laudare.sicut eis p̄cepit ꝓpheta.
ps.cxiij.dicēs.Laudate pueri dn̄m ⁊c. Nō
de illis qui multū dormiunt.de qb⁹ dr̄ Esa:
lvi.Dormiētes ⁊ amātes somnia .Multuʒ
etiā dormire est multuʒ in peccatis iacere.
ar.in.c.pōderet.l.di.Nō de illis qui magis
diligunt nutricē etiā seruam q̄ȝ matrem.i.
qui magis amāt laudari q̄ȝ corrigi ⁊ repre
hendi.Nihil autē est miserius illo ꝗ vanis
laudib⁹ ⁊ adulationib⁹ delectat.ca. nihil.
lxxiij.di. Non de illis de ꝗbus dr̄ Prouer.
xxij.Stulticia colligata est in corde pueri.
Non sicut ille cui inq̄t Ouid.in.i.de reme.
amo.Tu puer es nec te q̄cq̄ȝ nisi ludere opʒ
Lude.decent anos mollia regna tuos. Nō
de illis qui seipsos disperdunt.⁊ ad domū
reuerti nesciunt.domuʒ.s.celestem.errātq̄ȝ
in deserto huius mundi.iuxta illud ps.cvi
Errauerunt in solitudine:⁊ viam ciuitatis
habitaculi non inuenerunt.Non de illis ꝗ
inuicem rixantur.iuxta illud Gen̄.xxv.Col
lidebāt in vtero eius paruuli.Non de illis
qui clamorosi sunt.iuxta illud Exod.ij.Cer
nens paruulum vagientē.Sed fac me pue
roꝝ maloꝝ imꝑfectiones euitare cū Pau
lo.qui.i.ad Coꝝ.xiij.dicebat.Cū essem par
uulus loquebar vt paruulus.sapiebam vt
paruulus cogitabam vt paruul⁹.Cū autē
factus sum vir:euacuaui ꝗ erant paruuli.

M Petitō vt sit de bonis pueris ⁊ ponit ꝯditiones eorum.

Fac etiā me esse de illis pueris ꝗ puero
tuo dn̄o iesu assimilant.ꝗ sunt innocētes ser
uātes illō.i.ad Coꝝ.xiiij..Malicia paruuli
estote:Scriptū est em̄ Iob.xxij.Saluabit
innocēs mūdicia manuū suarū.Fac vt sim
de illis de ꝗbus dr̄ Dan̄.i.in quib⁹ nulla erit
macula.Item de illis ꝗ paucis ꝯtēti sunt.
scientes scriptū esse Eccli.xxix.Initiū vite
hois aqua ⁊ panis.⁊ domus ꝓtegēs turpi
tudinem.Unde apl̄s qui bonus puer erat
dicebat.i.ad Timoth.vi. Habentes alimē
ta.⁊ ꝗbus tegamur his cōtenti simus. Et
sic seruant sobrietatem boni filij. Qui etiā ī
limo siue in puluere sedēt.seruantes illud
Esa.xlvij.Descende.sede in puluere. Et sic
seruāt humilitatē : qr̄ humilē spū suscipiet
gloria.Prouerb.xxix.Fac o mr̄ dei btīssima
vt dicere possim illud.iij.Reg.iij.Ego sum
puer paruulus.s.humilitate. Item vt sim
de illis bonis pueris ꝗ mot⁹ carnis nō sen
tiunt.⁊ castitatē ꝑfectā seruauit.De qua dr̄
Sap.vi.Custodia legū cōsummatio incor
ruptiōis.Incorruptio aūt facit esse ꝓximū
deo.Et adimplēt consiliū apl̄i dicētis.i.ad
Timoth.i.Teipm̄ castum custodi. Fac me
esse de illis pueris.de ꝗb⁹ dicit.i.Regū.xij.
Mūdi sunt pueri a mulierib⁹. Itē de illis
qui largi ⁊ liberales sunt etiā canib⁹ vnde
Mat.xv.dr̄.Catelli edūt de micis dn̄oꝝ suoꝝ.
Sciūt em̄ q̄ȝ Prouerb.xxij scriptuʒ est. Ui
ctoriā ⁊ honorem acquirit qui libenter dat
munera.Unde seruāt illud consilium dn̄i.
dicētis Lu.vj.Omni petēti te tribue. Qui
obediunt parētibus.iuxta illud Eccli.iij.
Filij sapientes ecclie iustoꝝ ⁊ natio illoꝝ
obediētia ⁊ dilectio.Ido dr̄.i.Pe.i.Quasi
filij obediētie ⁊c.Scriptū est em̄ Prouer.
xxj.Uir obediens loquetur victoriaʒ.Qui
amant se mutuo.quia Eccli.xiij.dr̄.Omne
animal diligit simile sibi.Et sic habēt cha
ritatē.⁊ sunt veri discipuli saluatoris qui
ait Io.xiij.In hoc cognoscent oēs q̄ȝ disci
puli mei estis si dilectionē adinuicē habue
ritis.Qui nō cōfidunt in se sed in p̄re suo
scʒ celesti.Sciūt em̄ scriptū esse Hiere.xvij
Maledict⁹ qui cōfidit in hoīe.⁊ ponit car
nem brachiū suuʒ.⁊ bn̄dictus vir ꝗ cōfidit
in dn̄o.Unde vnusq̄sq̄ȝ eoꝝ dicit cū ꝓpha
ps.x.In dn̄o cōfido ⁊c.Qui clamorem de
iniurijs sibi illatis referūt patri suo s.cele
sti iuxta illud ps.cxix.Ad dn̄m cū tribula
rer clamaui ⁊c.Qui nō sunt solliciti de ali
quo.seruantes illud qd̄ ait saluator Mat.
vi.scʒ Nolite solliciti esse dicētes.q̄d mādu
cabim⁹:aut q̄d bibem⁹:aut quo opiemur.
Et illud.i.Pe.v.Omnē sollicitudinē vr̄aʒ
ꝓijcientes in deū:qm̄ ipsi cura ē de vobis
Qui cito ⁊ de modico placant.seruātes il
lud Eph.iiij.Sol non occidat super iracū
diam vestrā.Et illud Mat.vi.Dimi ttite et
dimittet vobis.Et illud Eccli.xxviij.c.Re
linque ꝓximo tuo nocenti tibi.Qui homi
nes ꝑsonatos expauescūt ⁊ fugiūt.Un̄ Se
neca ad Lucillū ait.Pueri hos amant cuʒ
quibus ludere consueuerunt.⁊ si personas
tos videant expauescūt. Scripū est enim
Eccli.ix. Longe esto ab hoie p̄tātem occi
dendi habēte ⁊ non suscitandi.Et eiusdem
li.xiij.c.Aduocat⁹ a potēte discede.Qui vere
recūdi sunt.Ait em̄ Sen̄ vbi.s. Uerecun
dia bonum est in adolescente signū.Unde

Comicus poeta ait. Erubuit: salua res est. et Eccli. vij. dr. Uerecūdia eius sup aurum. Et eiusdē li. xxvj. c. dr. Gratia sup gratiam mulier sancta et pudorata. Qui paces sunt seruantes illud Eph. iiij. Deponētes mendacium loqmini veritatē vnusquisq cum primo suo. Scriptū est em̄ Prouer. xij. Labiū veritatis firmū est in ppetuū. Ideo de pueris innocētibus dr Apoc. xiiij. In ore iporū nō est inuentū mēdaciū. Qui nō gloriantur de pōposis et vanis vestib⁹. seruantes illud Eccli. xj. In vestitu ne glorieris vnq̄. Qui pmittunt se regi a supioribus suis sapientib⁹. iuxta illud Ouidij in lib. de arte amādi. In puero est etas mollis et apta regi Qui simplices sunt et sine dolo ac duplicitate. iuxta illud. j. Pe. ij. Sicut mō geniti infantes sine dolo. Seruāt em̄ illud saluatoris consiliū Mat. x. estote prudentes sicut serpentes: et simplices sicut colūbe. Et illō Ro. xvj. vbi apls ait. Uos volo esse sapientes in bono. et simplices in malo. Simplicitas em̄ iustorum diriget eos Prouer. xj. et cū simplicibus sermocinatio eius. scz dei. Prouer. iij. Ideo dr Sap. j. In simplicitate cordis querite illū. Qui libēter plorāt et libenter ridēt. iuxta illud Jo. xvj. Amen dico vobis q: plorabitis et flebitis vos. sz tristicia vestra vertet in gaudium. Tps em̄ est ridēdi: et tps flendi. Eccls. iij. Qui plorādo nascūt. iuxta illud Sap. vij. primā vocem similē oib⁹ emisit plorās. Beati em̄ qui lugent: qm̄ ipsi consolabuntur. Mat. v. Qui nō verecūdat manducare panem. iuxta illud Thren. iiij. Paruuli petierūt panem. i. qui ab oib⁹ addiscere nō verecūdant. sed oim panes. i. doctrinam comedūt tanq̄ ingeniosi pueri: sicut fuit Salomō qui de se ait Sap. viij. Puer eram ingeniosus. Qui semp sunt hilares i bono. iuxta illud Eccli xxvj. Diuitis et paupis cor bonū. et i omni tempore vultus hilaris. Hilarē em̄ datorē diligit de⁹. ij. Cor. ix. Qui credūt pmissionibus. s. diuinis. et ideo consequuntur eas. Unde Nume. xiiij. inqt dn̄s. Paruulos introducam in terram que displicuit vobis. Qui amāt vestimēta decentia et nitida. seruātes illō Eccli. ix. Omni tpe sint vestimenta tua cādida. Qui deū laudāt. iuxta illud ps. viij. Ex ore infantiū et lactentium perfecisti laudē. vn̄ q̄nq3 eis dat spūs ppheti. scdm illud Lu. j. Tu puer pp̄ha altissimi vocaberis. Talis puer erat apls q dicebat. j. Thes. ij. Facti sum⁹ sicut puuli i medio vestrū. Sciebat em̄ q dn̄s vocat puulos ad regnū celorū dr. Prouer. ix. Si qs ē paruulus veniat ad me. Et q puulos in oculis suis elegit ad regnū. j. Reg. xv. vbi dictū ē Saul. Cū esses puul⁹ in oculis tuis. vnxit te dn̄s i regē. Nouerat etiā q dn̄s sapiam pstat paruulis. ps. xviij. vt inqt Salomon Prouer. viij. Intelligite puuli astutiam. Et xiij. eiusdē li. c. Possidebūt puuli astutiam Itē q dn̄s custodit puulos. ps. cxiiij. et q intellectū dat paruulis. ps. cxviij. vnde saluator ait patri suo Mat. xj. Abscōdisti hec a sapiētibus et pru. et reue. ea puu. et idem hr. Lu. x. Sciebat q3 q boni pueri habitāt cū deo. iuxta illō Lu. xj. Pueri mei mecū sūt in cubiculi. n

O igit beatissima beatorū virgo purissima q vides q ego non sū puer bon⁹ sicut desiderat videri filius tu⁹. rogo vt compatiaris mihi et de me puero tuo dicas ei illud Mat. viij. Dn̄e puer me⁹ iacet i domo paralytic⁹ et male torquet. sz tu dic verbo et sanabit puer meus. Luc. vij. et tūc oscitabit puer septies. iiij. Reg. iiij. et verificabitur in me illō. j. Para. xxxiiij. Cū puer esset cepit querere dn̄m. Dic virgo sanctissima filio tuo. Ne auertas faciem tuā a puero tuo. ps. lxviij. dic ei non illud ps. lxxxv. Da imperiū puero tuo. sed vt exaudiat me clamantē et dicentē sibi illud Sap. ix. Noli me reprobare a pueris tuis. quoniā seru⁹ tuus sum ego et filius ancille tue. Et tūc ex sua benignitate de me dicet tibi illō Osee xj. Puer me⁹ israel et dilexi eū. Et illud Esa. xj. Ecce puer me⁹ exaltabit et sublimis erit valde. Que vba habent ibi scdm vnā translationem. Tūc q3 dicet tibi benign⁹ filius tu⁹ illud Gen. xliij. Ego suscipio puerū. et illud Job. xlij. Faciem eius suscipiā. Ego aūt ei exultās dicam. Exaltabo te domine qm̄ suscepisti me ps. xxviij. Quia me ppter innocentiā meam suscepisti. ps. xl. scz a me tua impetratā. Itē q: me suscepit dextera tua. ps. lxij. Item quia salus tua deus suscepit me ps. lxviij. et cum gloria suscepisti me. ps. lxxij. Tunc etiam dicam ei. Suscepisti me de vtero mris mee. ps. cxxxviij. Fac etiā o sanctarū sanctissima vt pueritu⁹ ostendat se mihi: quia eū ex defectu meo pdidi Unde dicere possum illud Genes. xxxvij. Puer nō cōparet: et ego quo ibo. Dic ergo ei de quo dicit ps. cvj. Suscepit eos de manu iniquitatis vt me quoq3 iniquum suscis

pere dignef. Ego aut dico tibi o puer dñe mee illud qd in eodē ps. habef scz Suscipe me sm eloquiū tuuz. Tu em dixisti Hiere. iij. cap. Revertere ad me et ego suscipiam te. Ego vo toto corde reuertor ad te. et pro dicens illud Actuū. vij cap. Domine Jesu suscipe spiritum meum. vt te cum beatissima matre tua semp magnificare possim et exultare i te deo salutari meo. cui sit honor et gloria. Amen.

Incipit pars septima hui operis qd Mariale nuncupatur. in qua tractatur de beatissime virginis Marie parturitione Hec autē pars proprio ac particulari noie fluuius dulcedinis infinite appellatur.

a Anuncio vobis gaudiū magnū qz natus est hodie saluator mundi. Luc. ij. Et in euāgel. occurrentis solēnitatz. Inqt Leo papa i sermone natiuitatis dñi. Saluator noster dilectissimi hodie nat est. gaudeam: neqz em fas est locū esse tristicie vbi natalis est vite. q cōsumpto mortalitatis timore inge rit nobis de promissa eternitate leticiā ne mo ab hui alacritatz participatione se cer nitur. vna cūctis leticie cōis est rō: qz dñs nr petī mortisqz destructor. sic nullū a rea tu liberū repit. ita p liberādis oibus venit exultet sctūs. qz appropinquat ad palmā. gaudeat petōr: qz inuitaf ad veniā. aietur gētilis: qz vocat ad vitā. h ille. Que verba accipit originalr ab Aug. in ser. iij. hui so lēnitatz. Oēs igif in hac celeberrima festi uitate nō solū corde iubilare debemus: sed etiā ore et lingua leticiā nostrā demōstrare vt possim paruulo nato dicere cū pphēta ps. cxxv. Repletū est gaudio os nostruz: et lingua nrā exul. Causam aūt huius tanti gaudij assignat angelus in vbis thematis nostri: sup quibus tres solūmodo deuotas considerationes faciemus.
Prima dicef pphetationis.
Scda declarationis.
Tertia cōsolationis.

B Recitat prophetias de icarnatiōe xpi. Pria ps hui smōis q dr pphetationis Uia de pphetijs incarnatiōis et natiuitatz xpi diffuse tracta ui in. s. pte rosarij sermonū ser. xiiij. parte. iij. ideo h breui p trāseo. Solū aūt quinqz pphe tias referā pphetarū veteris testamenti. vt appeat verificatum esse illud Amos. iij: Nō faciet verbū scz incarnari et nasci quin pus loquaf ad pphetas suos. Harū aūt p phetiarū pma de natiuitate eius ex vgine sepi allegata in precedētib smonib ha bef Esa. vij. vbi dr: Ecce vgo cōcipiet et pa riet filiū. et vocabif nomē eius emanuel. i. nobiscū de. Scda qz debeat nasci media nocte habetur Sap. xviij. vbi inqt salomō Dū mediū silentiū tenerēt oia. et nox i suo cursu medium iter haberet oipotēs sermo tuus dñe a regalib sedib venit. Tertia qz deberet nasci in via et nō habere domū vel habitatiōnē ppriā. habef Hiere. xiij. vbi il li dicit ppha. Quare sicut colon futurus es in terra. et qsi viator declinās ad manē dū. quare futur es velut vir vagus. Quar ta qz debebat nasci apd bethleē habef Mi chee. v. q pphetia recitaf etiā Mat. ij. vbi dr. Tu bethlee terra effrata minima es in milib iuda. ex te em exiet dux q regat po pulū meum isrl et egressus eius ab initio a dieb eternitatz. Quinta pphetia. qz filius dei q i veteri testamēto dederat leges filijs Israel debebat corpaliter cuz hoibus con uersari et illis dare legem euangelicaz. ha bef Baruch. iij. cap. vbi dicif de eo. Hic est deus noster: et non estimabif ali aduersus illuz. hic adinuenit omnē viā discipline. et tradidit eā iacob filio suo. et israel dilecto suo. post hec sup terram vis est et cū hoib conuersat est. Et in. c. sequēti immediate subinferf. Hic liber mandatorū dei: et lex q in eternū manet. omnes qui tenēt eam per ueniēt ad vitā. qui aūt dereliquerit eam in mortē. Hec ibi. Non solum autē pphete dei de xpi natiuitate pdixerunt: sed etiam infideles et pagani. Inter quos fuit Albu masar li. vs. introductorij sui in astrologia qui sm translationem Hermāni secundi et Johannis hispalensis dixit qz vna virgo hebrea. pulchra atqz honesta et munda. et qz a viro suo intacta. debebat parere et nu trire filium quem appellaret Jesum. Pla to quoqz de hoc predixit sm Hieronymuz et Augustinum in. vij. libro confessionum. Unde refert Ethicus philosophus in com mentario super illo verbo Boetij. de disci plina scholarium. scilicz Platonis proba ta diuinitas. qz in tumba Platonis inuen ta fuit lamina aurea super pectus eius in qua scriptū erat. Credo in Jesum xpm nas siturum de vgine. passurūqz p humano

C Qd infi deles p dixerit icarna tionem xpi.

genere. et tertia die resurrecturũ. et merebũtur iusti videre dñm deũ suũ iesum. regẽq3 suũ verbũ patris atq3 pncipiũ cũ eo cũcta cõponẽs. hec ille. Dicit etiã. b. Tho. ij. ij. q. ij. ar. vij. q multis gentiliũ facta fuit reuelatio de xpi incarnatiõe. sicut pz in Balaã qui pdixit de natiuitate xpi. Nume. xxiiij. di. Orief stella ex iacob ec. Et i btõ Job. q cũ esset de pplo gẽtili. pphetauit de ea sui lib. ca. xix. loquẽdo more pphetico de futuris tanq3 de preteritis dñ dixit. Scio q redẽptor me9 viuit et in nouissimo die de terra surrectur9 sum et rursum circũdabor pelle mea. et in carne mea videbo deũ saluatorez meũ ec. Recitat quoq3 idem doctor. vbi. s. inueniri in historijs romanoz. q tpe Constantini augusti et Helene matris ei9 inuẽtũ fuit quoddã sepulcrũ in quo iacebat hõ laminã aureã habẽs in pectore in qua scriptũ erat sic. Christus nascef de vgine et credo in eũ. O sol: Helene et constantini temporibus iterũ me videbis. i. videri faciam. Et quidã putãt hoc esse idẽ cum illo qd refert Ethicus phs. sc3 fuisse corpus Platonis talẽ laminã in pectore habẽtis: Legif quoq3 in chronicis regu3 Castelle. q apd. Tolletũ sub quodã saxo inuent9 est liber vetustissim9 q script9 erat littera hebrea. greca et latina. et in illo dicebaf sic. Xps filius dei nascef de vgine maria. et p salute hoi3 patief. Virgili9 q3 in bucolicis canit. Ultima cumei iã venis carminis etas. Jam redit et vgo: redeũt saturnia reg. Jã noua p genies celo demittitur alto. Silr Ouid. in lib. de mutatiõe vite q intitulaf de vetula sic ait. Una quidẽ talis felicis tpe nuper. Cesaris augusti fuit anno bis duodeno. A regni nouitate sui. Qui significauit post annũ sexũ nasci debere pphetã absq3 matris coitu de vgine ec. Sibylle quoq3 xij. predixerũt de xpi natiuitate. sicut declarat sctũs Aug. xix. de trinitate. Et Lactantius. li. j. et. iiij. diuinarũ institutionũ. quarũ solũmodo quinq3 dicta ad pñs recitabim9. q2 de alijs diximi9 in dicto sermone rosarij nostri. Prima pphetia est Sibylle psice. que ait. Ecce bestia pculcaberis et nascef dñs in orbẽ terrarum et gremiũ vginis erit salus pploz. Inuisibile verbũ palpabif. Scda pphetia est Sibylle Lybice que ait. Ecce veniet dies et illuminabit dominus pdensa tenebrar. et soluetur nexus synagoge. et desinẽt labia pphetarũ et videbunt regẽ viuẽtiũ. et tenebit illũ in gremio vgo dña gentiũ. et regnabit in mia. et vter9 matris eius erit statera cũctoz. Tertia pphetia est Sibylle erithree dicẽtis. In vltima etate humiliabif de9. humiliabif ples diuina. vnief hũanitati diuinitas. iacebit in feno agnus. et puellari officio educabif deus et homo. Signa autez pcedent apud iudeos Mulier vetustissima sc3 Elizabeth puerũ cõcipiet. Stella orbis mirabif. et ducatu3 prestabit. sc3 magis. ad ortũ sc3 xpi. Hic habẽs annos trigintatres. eliget sibi de piscatoribus: et electis homib9 numerũ duodenarium. vnũq3 diabolũ. sc3 Judam. non in gladio bello ve eneadẽ vrbem sc3 Romã. regesq3 subijciet. sed in hamo piscatoris sctĩ Petri. Huic qttuor alia. i. quattuor euangeliste surgent in testimoniũ. Huic cõtradicetur a bestia sc3 antichristo. Erit aũt bestia horribilis. sc3 Mahumeth. ab oriente veniẽs cuius rugitus vsq3 ad gentes punicas audietur. hec illa

Quarta pphetia est Sibylle tiburtine que ait. Nascef xps in bethleẽ annũciabitur in Nazareth regnante tauro pacifico et fundatore quietis. O felix illa mater cuius vbera xpm lactabunt. hec illa. Et i hoc cõcordant cũ deuota muliere. que vt habetur Luc. xj. exclamauit dicens xpo. Beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti. Per taurum autẽ in pdicta pphetia intelligitur bm glo. Octauianus imperator quĩ appellat9 est taurus. quia habebat taurũ p insigni. Pacificus quoq3 dict9 est. quia multis annis vt infra dicetur. in magna pace mũdum rexit. cui9 tpe xps natus est.

Quinta Sibiylla est Cumica in talia nata q fuit tpe Nume põpilij scdi regis Romanorum: sic dicẽs. In dieb9 illis exurget mulier de stirpe iudeoz nomĩe Maria. et habebit spõsum noĩe Joseph. et pcreabif ab ea sine cõmixtione viri de spũsctõ filius dei nomĩe iesus. et ipa erit virgo ante et post partũ. qui xo ex ea nascef erit verus de9 et verus hõ. sicut omẽs pphete pdicauerũt. hec illa. Ex qbus oĩbus apparet nequitia et dãnosa iudeoz obstinatio qui nec suorũ dictis propheterarũ nec gentilium de xpo sic clare loquentiũ volunt credere in ipm. De quibus canit eccl'ia in missa occurrenti. Si nõ suis vatibus. credat vel gentilibus: sibyllinis versibus hec pdicta.

Pars. ij. hui9 smonis q dr declaratiõis

D Quõ sibylle p dixerũt de xpo.

Natiuitas xpi miraculis declaraf.

Natiuitas filij dei & parturitio matris ei⁹ diuersis est miraculis & pdigijs declarata. Quoꝝ primum ponit Innocentius papa.iij.dicēs.ꝙ Rome duodeci annis pax fuit.vñ romani tēplum pacis pulcherrimū ꝯstruxerūt: cōsuluerūtq; Apollinē quantū durare deberet pdictū tēplū. Qui rñdit ꝙ duraret vsq; quo virgo pareret.Qđ audientes dixerūt.ḡ in eternū durabit.Credebāt ei ꝙ nūq̄ pareret ꝟgo.prout etiā īpossibile erat ꝑ naturā. Qua ex re in forib⁹ tēpli scripserūt.Tēplū pacis in eternū.sꝫ in ipsa nocte in qua ꝟgo bñdicta peperit filiū suū dñm Jesuꝫ xpm templū illud fundit⁹ corruit.& ibidē ē modo eccl'ia scte Marie noue in quo ego fui. Scđm pdigiū ponit Orosius & Innocētius pdictus dicentes ꝙ in die natiuitatꝫ dñi fons aque in liquorē olei ꝟsus est.& erūpens vsq; ad tyberim tota die illa largissime emanauit ꝓphetauerat eñ sybilla ꝙ qñ nasceref saluator ꝓrūperet fons olei.& ibi est mō ecclesia que dr̄ sctā Maria trās tyberim. Tertiū ꝓdigiū ponit Chrys.sup Mat.dicens ꝙ magis sup quodā mōte orātibus in nocte natiuitatis dñi:stella sup eos apparuit q̄ formā pueri pulcherrimi habebat & i ei⁹ capite crux pēdebat.q̄ magos alloquēs dixit.Jte in iudeam: & ibi pueꝝ natū qui est dei fili⁹ inuenietꝫ.Et ipsi statim recesserūt & in iudeā perrexerūt querētes & dicētes. vbi est q̄ nat⁹ est rex iudeoꝝ:Uidimus eñ stellā ei⁹ in oriēte: & venimus adorare eū: vt habef Mat.ij. Quartū miraculū posuit magister Bartholomeus pisan⁹ in suo mariali di.ꝙ vinee engaddi facientes balsamū in nocte natiuitatis dñi miraculose floruerūt.& liquorē suū dederunt.& hoc factū fuit vt significaref impletā esse scripturaꝫ que in ꝑsona beatissime ꝟginis inquit Eccli.xxiiij.Sicut cynamomū & balsamum aromatizās odorē dedi.& ibidē.Quasi balsamū nō mixtū odor me⁹.Eius aūt spōsus ait Can.ij.Uinea nr̄a floruit.& fruct⁹ eius dulcis gutturi meo. Quintū pdigiū fuit de boue & asino recognoscētibus xpm modo suo.Nā cum:vt infra dicef:deberet Joseph a galilea ꝓficisci i bethleēꝫ cū beata ꝟgine pregnāte.duxit secū bouē:forte vt ipsum vēderet.& cēsum ꝓ se & vxore sua solueret,& de residuo viueret, marie qꝫ timebat ipsam debere ante reuersionē parere. Asinū quoq; duxit secū forte vt sup eū ꝟgo bñdicta grauida veheref.Cū aūt btīssima ꝟgo filiū suū peperit statim bos & asinus genib⁹ flexis creatorē suū adorauerunt.Et hoc pdictū fuerat Esa.i.vbi dr̄.Cognouit bos possessorē suū:& asinus ꝑsepe dñi sui: isrl' aūt me nō cognouit dicit dñs. De quo etiā ꝓphetauerat Sybilla.samia a samo insula dicta q̄ ait.Ecce veniet diues & nasceť de paupercula:& bestie terraꝝ adorabunt eū:clamabūt & dicēt. Adorate eū in atrijs celoꝝ.h̄ illa.De hoc etiā pdixerat ipse dñs Esa.xliij.dicens.Glorificabit me bestia agri. Or a comestiōe feni sup qđ puer Jesus iacebat abstinuit bos & asinus. Sextū ꝓdigium ponit beatus Hiero.sup Esa ix.c. dicēs ꝙ in hora natiuitatis xpi oēs sodomite ꝑ vniuersuꝫ orbem mortui sunt:quos fecit dei filius eradicari ne in natura quaꝫ assumpserat tāta immūdicia inueniretur. Unde quidā dicūt Uirgiliū qui illo vitio infectus erat illa hora mortuū esse. Propť hoc etiaꝫ abominabile scelus deus mittit fames.terremot⁹ & pestilētias.vt ait imperator.in auť.vt nō luxu.cōtra naturam.col. vj.circa medium.& glo.in.c.flagitia.xxxij. q.vij.Qđ peccm̄ ꝓpter sui turpitudinē appellatur nefanda libido.vt in.§.itē lex iulia.insti.de publi.iudi.& c. in eo.xxxij.q. iiij.Jtem appellaf fedissima nequitia. C. de adulte.l.fedissimā.Tam horrendū etiā est vitiū contra naturā ꝙ vt ait Augu.deus videns humanā naturam eo vitio cōtaminatam ferre desijt incarnari. Septimum ꝓdigiū posuit Eusebi⁹ & magister historiarū dicētes.ꝙ in die natiuitatis dñi inoriēte apparuerūt tres soles qui paulatim ad inuicem appropinquātes in vnū solē redacti sunt.per quod significabaf ꝙ cognitio vnius dei & triū personaruꝫ diuinarū toti mundo iminebat.& ꝙ deus verus creator & rector solis nat⁹ erat.qđ ꝓdigium quia infideles & obstinati non intellexerunt q̄d significaret.ideo in errore suo remanserūt. Unde dicere potuerunt illud Uirgilij.iij. Eney.Tris adeo incertos ceca caligine soles Erramus pellago. Octauū ꝓdigiuꝫ ponit Orosius Eutropius & Innocētius iij.dicentes.ꝙ octauianus imperator vniuerso orbe ditioni romanorum subiugato intātum senatui placuit vt eum ꝓ deo colere vellent.Prudens autem imperator se

De sodomitis mortuis i natiuitate xpi

f.

mortalem cōsiderans ⁊ cognoscēs: inmor
talitatis nomen noluit vsurpare. Ad illoꝝ
autē importunā instantiam Sybillam pro
phetissam aduocauit. scire volēs per eius
oracula si in mūdo aliqs eo maior aliquan
do nasci deberet. Cū ergo in hac die natiui
tatis dn̄i cōcilium super hac re cōuocasset
⁊ Sybilla in camera imperatoris oracu
lis insisteret. hora circiter tertia. vel secun
dum alios sexta aere liqdo. puro ac sereno
existēte: circulꝰ aureus circa solem appuit.
et in medio circuli ꝟgo quedam pulcherri
ma stans sup araꝫ puerum gestans in gre
mio. Tūc Sybilla hoc cēsari ostēdit. Cum
aūt imperator ad prefatam visionem pluri
mū admiraretur. audiuit vocē de celo dicē
tē. Hec est ara celi. Dixitq3 ei Sybilla. Hic
puer maior te est. ⁊ ideo ipm adora. Intel
ligēs igitur impator ꝙ hic puer maior se
erat: ei thura obtulit ⁊ deū se appellari nō
pmisit. Ipsa ꝟo camera ad honorē beatissi
me ꝟginis dedicata est. vn̄ vsq3 in hodier
nū diē dicitur sctā Maria ara celi. ⁊ est in
ordinis nostri monasterio. ⁊ ego in ipsa ec
clesia ⁊ cappella missam celebraui. Legitur
quoq3 ꝙ qn̄ Hieremias ꝓpheta in egyptū
descēdit dedit egyptijs signū ꝙ tunc idola
sua corruerent qn̄ ꝟgo pareret. Et iō sacer
dotes egypti imaginē ꝟginis cū puero in
secretario tēpli adorabāt. sed in nocte qua
b̄ndicta virgo filium suum peperit omnia
idola corruerūt. Rome etiam erat quedam
magna statuta in aere diabolica arte suble
uata. de qua respōsum erat ab idolis ꝙ nō
caderet donec ꝟgo pareret. Unde in sacra
tissima nocte natiuitatis dn̄i cecidit. p qđ
significatum est ꝙ potestas principis de
monū p virgineꝫ cotrita fuit. Ad cuius be
nedicte virginis gloriam hanc deuotā lau
dē dicamus. Salue regina misericordiosa
⁊c. vide in corona nostra. c. xxviij.

¶ Pars tertia huius sermonis que dicitur
consolationis.

G magne grē p̄re stant̄ i natiui tate do tate do mini fi delibꝰ

D De cōsolationibꝰ et hac benedi
cta xp̄i natiuitate habit3 nemo
posset sufficienter sermocinari.
tn̄ pro consolatione vr̄a quinq3
ad p̄sens referemꝰ. Prima dr̄ di
uinalis scȝ ipiꝰ dei. Solēt em̄ p̄res qn̄ eis
nascit̄ filiꝰ maxime pmogenitꝰ tantā in le
ticiā ⁊ gaudiū ꝓsilire. ꝙ etiā nūciantī sibi
parturitionē ipam: aliqua in signū boni ⁊
gratissimi nūcij munera largiūtur ⁊ eo ma
xime qn̄ per multa tēpora in desiderio ha
bēdi ipm filiū pmanserunt. Cuꝫ igitur deꝰ
per multa milia annoruꝫ steterit in deside
rio habēdi filiuꝫ ex immaculata ꝟgine. vt
pꝫ Esa. lxix. vbi ipe ait. Nunquid ego qui
alios parere facio ipse non pariā? Ego qui
alijs generationē tribuo: nunquid sterilis
ero. q. d. nō. sꝫ tēpore debito ⁊ ordinato fi
liū ex purissima ꝟgine habebo. Sequit̄ ꝙ
in hac sacratissima natiuitate filij sui dile
ctissimi signa maxime dilectiōis ostēdit. ⁊
donaria gratie sue abūdantissime elargitꝰ
est. ⁊ annuatim in die ista elargit̄. nō soluꝫ
autē pater celestis gauisus est: sed etiā spi
ritussctūs. q̄ huius generationis mediator
fuit. Esa. lxiij. Et ipse filius in die natalis
sui cōuiuiū fecit: ⁊ omni anno facit prima
tibꝰ suis. i. angelis ⁊ sctis ac deuotis suis
Sicut ⁊ de Herode legitur. Mat. xiiij. et
Mar. vj. ꝙ in die natalis sui fecit cenā p̄n
cipibus suis ⁊ tribunis ac primis galilee.
Oēs igitur in hac die cōfidenter postu
lēt a deo quascūq3 volūt gr̄as: et facillime
eas poterūt impetrare. Magni etem̄ prin
cipes in natalitijs suis se subditis suis li
beralissimos solēt exhibere. Scđa conso H
latio dr̄ spūalis. s. spirituū btōꝝ. s. m vide Angel.
licꝫ angeloꝝ q̄ in hac natiuitate indicibili letātur
gaudio iubilarūt. Un̄ vt habetur Luce. ij.
postq3 angelꝰ nūciauit pastoribꝰ natiuita
tē saluatoris: facta est cuꝫ eo multitudo ce
lestis exercitꝰ laudātiū deū ⁊ dicētiū. Glo
ria in excelsis deo. ⁊c. Gr̄as enim deo refer̄
bāt ⁊ valde exultabāt. qr natus erat ille q̄
eoꝝ ruinā venerat reparare. De quo ꝓphe
tauerat Dauid ps. cx. di. Iudicabit in na
tionibus iplebit ruinas. De hoc aūt gau
dio angeloꝝ inquit Augu. in sermone. x. de
natiuitate dn̄i dicēs. Hodie xp̄s in leticia
est: ⁊ diabolus in luctu. Hodie angeli in ex
ultatiōe ⁊ demones in cōfusione. hec ille.
Tertia cōsolatio dicit̄ pastoralis. Sed
anteq̄ ad eius declarationeꝫ veniamꝰ: est
sciendū ꝙ natiuitas dn̄i fuit a tribus gene I
ribus creaturarū inter alias venerata. que Natiui
aliquid morale nobis innuunt. Primo ab tas xp̄i
angelis. qui vt. s̄. dictum est annunciaue est a tri
runt ipam natiuitatē dulciter decantātes plici cre
per quos significantur innocentes ⁊ iusti atura
qui partum virginis digne celebrant. ⁊ de venera
cantant in cordibus suis deo. s̄m consiliū ta.
apostoli ad Col. iij. Scđo ab animalibus
fuit honorata. scilicꝫ a boue et asino iuxta

p̄sepe astantibus τ circūdantibus regē na
tum. τ ista animalia simplicia τ laboriosa
significāt hoies simplices ac bene opātes
q̄ pertū virginis p opa misericordie vene-
ranf. Quos τ ipse dn̄s in celesti patria ho-
norabit. iuxta illō ad Ro.ij. Gloria honor
τ pax omni operāti bonum. Tertio fuit ho
norata a pastoribꝰ. p quos significanf aīa
rū p̄lati. qui vigilāt sup gregem suū. Uni-
cuiq̧ em̄ p̄lato inquit dn̄s Joh.xxi. Pasce
oues meas. Prelati igitur oēs debent de
subditis suis diligētē curā habere: si nati-
uitatē xp̄i cū sctis pastoribꝰ volūt honora
re. τ cū ipsis in hac die cōsolationē de par
uulo iesu recipe. Fuit em̄ hec natiuitas val
de cōsolatoria p̄dictis pastoribꝰ. qui custo
diebant vigilias noctis sup gregē suū. Et
erat ille locus ꝓpe ciuitatē Bethleē p vnū
miliare. qbꝰ vt dr̄ Lu.ij. apparuit angelus
dn̄i. τ claritas dei circūfulsit illos. τ timue
rūt timore magno. Uidentes em̄ angelos
moriebantur Judi.xiij. Scd̄m autē Bedā
super Luc. apparuit angelus cū claritate.
qd̄ in nulla alia apparitione angelica fa-
ctum reperitur. vt ostēderet q natꝰ erat il
le. qui illuminare venerat eos q̄ i tenebris
τ in vmbra mortis sedēt. ad dirigēdos pe-
des suos in viā pacis. Luce.j. Dixit aūt il
lis angelus. Nolite timere. Ecce em̄ euāge
lizo vobis gaudiū magnū qd̄ erit oī pplo.
qr natꝰ est hodie saluator: qui est xp̄s dn̄s
i ciuitate Dauid. Et hoc vobis signū. s. oo.
Inuenietis infantem pannis inuolutum
τ positum in presepio. Cōsidera ergo o aīa
deuota quātū exultauerūt sancti pastores
Messiam natū esse ab angelo audientes
simul τ videntes multitudinem maximā
angelorū post istā annūciationem cum ipso
angelo dulciter canentem τ in celum iubi
lando ascendentem. Sequitur aūt in euā
gelio. Et factum est vt discesserunt angeli
ab eis in celū. pastores loquebanf adinui
cem dicentes. Transeamus vsq̧ Bethleē
τ videamus hoc verbū qd̄ fecit dn̄s τ osten
dit nobis. Et venerūt festinātes τ inuene
runt Mariam τ Joseph. τ infantem posi-
tum in p̄sepio. Uidentes aūt cognouerunt
de verbo qd̄ dictum erat illis de puero hoc
τ omnes qui audierant mirati sunt de his
que dicta erāt a pastoribus ad illos. Et re
uersi sunt pastores laudantes τ glorifican
tes deum de omnibus que audierant τ vi
derant, sicut dictū est ad illos. Sed p
maiori declaratione p̄dictorū est sciendum
q hō libēter videt tria. Primo rē dilectā
τ charā. vbi em̄ est amor ibi oculus liben-
ter respicit. Et iō pastores affectuose p̄ rexe
rūt ad videndū xp̄m fidelissimū amicū qui
venerat in mundū ꝓpter nimiā charitatē
suam vt saluaret eos. Un̄ apl's ait Eph.v.
Xp̄s dilexit nos. τ tradidit semetipm̄ p no-
bis τc. Scd̄o libēter videt hō rem pulchrā
Nā vt dicit Aug. vi. musice. Nihil amamꝰ
nisi pulchrū. Un etiā Diony. in lib. de diui
nis no. ait. Bonū τ pulchrū s̄m oēm rōnē
cūcta desiderāt intueri. Quia igif xp̄s erat
speciosus forma pre filijs hoim. vt dr̄ ps
xliiij. ideo eum vider̄ summopere desidera
bant. Tertio videt hō libēter rē nouā τ ra-
ram. vn̄ vulgo dr̄. q oīa noua placent. τ q
sunt pulchritudine decorata. vt in. §. i scd̄o
in proe. ff. Perrexerūt ergo pastores ad vi-
dendū oīm nouissimorū nouissimū. s. deum
humanatū. O pastores currite. currite τ vi
debitis admirandā nouitatē. videre eū q̄
ad dexterā patris sedet in feno reclinatum
τ illū cui celū sedes est p̄sepis angustia de
tineri. τ q̄ vniuersū mūdū nouo vestit or-
natu pānis vilibꝰ inuolui. τ q̄ dn̄s est ange
lorū collocari in medio iumentorū. τ q̄ toti
mūdo dn̄atur i alieno nasci. τ cui oīs crea-
tura seruire tenef obstetricū in sua natiui
tate carere famulatu. habētē diuersoriū p
palatio p̄sepe p solio. pānos paupculos p
purpureo τ regali indumēto. ac bruta ani
malia p regia familia. videte paruulū infi
nitum. Et ideo dr̄. vidētes cognouerūt de
verbo. s. incarnato qd̄ dictum erat illis de
puero hoc homine. s. puulo nato. Cogita-
te igif o deuoti xp̄iani quale fuit gaudiū
istorū pastorū; qn̄ domū illā plenā multitu-
dine angelorū τ celesti claritate irradiatā
ingressi saluatorē mūdi natum inuenerūt
oculis ꝓprijs conspexerūt. τ forte. vt piū
est credere. manibus cōtrectauerūt. τ dul-
citer osculati fuerūt. Possumus aūt deuo-
te cōtēplari q statim qn̄ pastores domūcu
lam illam intrauerūt. videntes puerulum
ipsum tā pulchrū ac formosū a cuiꝰ facie
radij clarissimi exibāt. τ quem angeli ado
rabant τ laudabāt. proni in terrā maxima
humilitate τ reuerentia adorauerunt eū.
Deinde beatissimā virginē ceperūt, magni
ficare. hanc deuotissimā laudē dulciter de
cantantes. Laudata sempre sia. Qui sta
vergen delicata. Matre de lo gran messia,

R
Tria li
bēter vi
demus

a dio eterno cõsecrata. Gaude gaude Maria Perche hogi ride e cãta. La celeste con pagnia e iubila tuta quãta. Gloria cantar vdimo. Guardando nostre peccorele. E pero da te venimo p saper queste nouelle. Fã adancha o Maria benedire dal to putino Lassane per cortesia abrazar el mamolino. Videns aũt beata virgo sanctos illos pastores desiderãtes osculari benedictũ filiũ suũ: vultu iocũdo intuebatur ipm: scire affectans vtrum esset cõtentus. Pius autez puer facie placida τ alacri ĩspiciebat illos beatos pastores. atq3 signis quib⁹ poterat manuũ τ vult⁹ demõstrabat se esse cõtentissimũ immo eos inuitare ad se osculandũ τ ãplerãdũ videbat. Quaprop̃ btĩssima v̄go filij sui voluntatẽ cognoscens: eis filiũ suũ osculãdũ τ ãplerãdũ porrerit. q̃ reuerẽtissime ac deuotissime ãplerato. atq3 ab eo bñdictiõe recepta pleni ineffabili ɔsolatõe recesserũt. Letenẽ itaq3 paupes. q2 ditissim⁹ oĩm paup fact⁹ omnipotẽs de⁹ pmo se pauperib⁹ manifestauit. Letenẽ q3 paruuli. q2 altissimus τ cunctoꝝ maximus se infimuz ac minimũ fecit. Vñ hoc festuz est maxime fratrũ minoꝝ. Et ad hoc ĩsinuandũ voluit ipse paruul⁹. Jesus locum natiuitatis sue esse sub cura fratrũ ipsoꝝ. Tũc aũt deus factus est homo. qñ hoĩes volebãt dij estimari. Tũcq3 factus est puer paruulus. qñ homines desiderabãt magni reputari. Nõ tñ p susceptionẽ hui⁹ paruitatis tpalis τ humanalis est in aliquo inhonorata vel diminuta magnitudo diuinitatz eternal. Sicut eñ dicit Tho. i. iij. pte summe. q. ij. diuinitas suscepit humanitatẽ quasi p moduz insertionis. prout eñ est ramus in arbore sic quodãmõ hõ in verbo. Jtẽ quasi p modum inhabitationis. Vñ sicut inhabitatio domus nõ mutat inhabitantẽ: sic nec hũanitas diuinitatẽ. Per modũ q3 i[n]duitionis iuxta illud Phil. ij. Habitu inuẽtus vt hõ. Sicut ergo vestis nõ mutat eã ponẽtẽ: ita nec humana paruitas diuinam celsitudinem. Modus tñ istius vniõis est ineffabilis. Vñ Johannes baptista dicebat Joh. i. Cuius nõ sum dignus corrigiã calciamẽti soluere. Per corrigiã nãq3 que adaptat calceũ: intelligiẽ eius diuinitas. que glorificauit τ sibi. coiunrit humanitatẽ: ac si diceret b. Johãnes. Ego nescirẽ nec auderem expo nere hãc inexplicabilẽ vniõnẽ. Et ideo q̃dã predicator dicebat fm sanctũ Bona. Quãto piu fu la vorai explanare. tanto piu se astringera el groppo de la chorda. De hac tñ admirabili vnione habem⁹ causam maxime exultatiõis et leticie. Gaudeant ergo omẽs fideles cũ ipsis pastorib⁹ in tãta huius diei festiuitate. qd fieri debere vt ostenderet sctã mater ecclia: ordinauit q̃ qlibet nõ habẽs votũ abstinẽdi a carnib⁹ in sexta feria. possit eas comedere ĩ signũ leticie: si natiuitas dñi venerit in dicta feria. c. fi. de obserua. ie. Et idem dicendũ est de sabbato c. quia dies. de cõse. di. v. τ ibi doc. Ad hãc aũt leticiã nos hortatur Aug. in quodam sermone de natiuitate dñi di. Exultate virgines xpi: cõsors vestra est mater xpi. Exultate vidue xpi: q2 ipse fecũdat virginitatẽ cui vouistis ɔtinẽtie castitatẽ. Exultate cõiugati fideliter viuẽtes. τ oẽs xpiani diuina pcepta obseruãtes: q2 estis mres | eius si facitis volũtatẽ patris eius. Ipse eñ dixit. s. Mat. xij. Qui fecerit volũtatẽ patris mei qui in celis est. hic meus frater τ soror τ mater est. Ego autẽ dico. Exultate τ vos peccatores. q2 liberator vester nat⁹ est ð cuius ortu in figurã Sanson dictũ est matri eius Judi. xiij. cui angelus ait. Cõcipies τ paries filiũ: cuius caput nõ tãget nouacula. erit eñ nazare⁹ dei ab infantia sua τ ex matris vtero. τ ipse incipiet liberare israel de manu philistinoꝝ. Jste eñ fili⁹ virgini per angelũ annũciatus. ab vtero mris nazareus. i. sanct⁹ de manu philistinoꝝ. i. demonũ. cepit pctõres liberare in natiuitate sed cõsummauit in sua passiõe. Figura autez ei⁹ aduent⁹ põt illa assignari que habeẽ iij. Re. vl. vbi dr. Porro rex israel mutauit habitũ suũ. τ ingressus est bellũ. venit eñ mutatis vestib⁹. i. assumptis hũane nature qualitatibus ne a diabolo agnosceret. τ vt cõfidentẽ demonẽ de sua potẽtia aggrederet. τ manu ad manũ atq3 ictu ad ictuz cũ eo decertaret. illũq3 ɔsternens. pctõres de manu ipsi⁹ eripet. Jubilẽt g̃ hodierna die oẽs tã iusti q̃ pctõres. q2 e ɔtrio ɔtristãtur maledicti demones. Vñ legiẽ q̃ cũ quidã predicator vellet in crastino pdicare de natiuitate saluatoris. sathanas voluit euz strangulare: sed nõ potuit. Et interrogat⁹ ab eo quare hoc facere voluisset. Rñdit. q2 nihil põt pdicari ppter qd tantũ nos affligamur: τ potẽtia nra diminuaẽ: quãtũ ppter filij dei incarnationem τ natiuitatez. Exultẽt itaq3 vniuersi fideles. τ dulcia can

Quõ hũana natura est assũpta a xpo.

Portaẽ hodie oẽs debere gaudere.

tica modulent̄. facta est em̄ pfecta cōsonantia iter naturā acutā ꝛ grauē.i.inter facturam ꝛ factorē. Et iō inqt ps.xcvij. Psallite dn̄o in cythara: in cithara ꝛ voce psalmi: in tubis ductilib⁹ ꝛ voce tube cornee. Iubilate in cōspectu regis dn̄i. moueat̄ mare ꝛ plenitudo ei⁹: orbis terrarū ꝛ q̄ habitant in eo ꝛc. Quarta cōsolatio fuit sanctorū patrū in limbo existentium. Cōtēplātur em̄ quidā deuoti dicentes ꝙ ille angelus qui natiuitatem xp̄i pastorib⁹ annūciauit. vel ali⁹ ad limbū descēdit cum claritate magna annūciauitq̧ eis messiam ab eis tanto tēpore expectatū ex ỽgine natū esse. Quidā autem dicūt ꝙ in illa hora qua xp̄us nat⁹ est nō solum obscuritas noctis in meridianā lucē cōuersa ē sup hemisperiū nr̄m ꝛ totius orbis superficiē illuminauit. sed etiā vsq̧ ad limbum descēdit. de quo maximo splēdore stupefacti scti patres desiderabāt scire vn̄ tanta claritas pcederet. Tunc surrexit rex Dauid in mediū ꝛ dixit. Nonne recordamini patres ac fratres ꝙ hodie sunt nouē mēses ab illo die quo nobis angelus filiū dei incarnatū esse annūciauit? Gaudete itaq̧. q2 ista lux est illa de qua ego pdixi ps.cxj. Exortū est in tenebris lumē rectis corde: misericors ꝛ miserator ꝛ iustus. Tūc surrexit Esaias ppheta ꝛ ait. Hec lux est illa de qua ego prophetaui libri mei.c.ix.di. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnā: habitātibus in regiōe vmbre mortis lux orta est eis. paruul⁹ nat⁹ est nobis: ꝛ fili⁹ dat⁹ ē nobis ꝛc. Sctā q̧ Hester regina surgēs inqt. Hec est illa lux de qua lib. mei. viij. c. fuit pdictū. scʒ Judeis noua lux oriri visa est. gaudiū. honor ꝛ tripudiū apud oēs pplos: vrbes atq̧ puincias. Ipsis ḡ sctis patrib⁹ in hac festiua collocutione existētib⁹ apparuit angel⁹ dn̄i: ꝛ iocūda voce ait. Annūcio vob̄ gaudiū magnū ꝛc. Tūc Moyses canere cepit di. O ỽe beata nox q̄ expoliauit egyptios ditauit hebreos. h̄ nox est de q̄ scriptū est. Et nox sicut dies illuminabit̄. ꝛ nox illuminatio mea in delitijs meis. h̄ nox est q̄ sola meruit scire tp̄s ꝛ horā qua ip̄s de ỽgine nasci dignat⁹ est. Tūc oēs scti patres ceperūt btām virginē collaudare dulciter decātātes ꝛ dicētes

Laudiamo tuti quanti
El Messia incarnato
Faciamo dolce canto
Al putino hogi nato
O Filio de Maria
Jesu christo gratioso
Cauene per cortesia
Da lo limbo tenebroso
Etu vergene cortese
Spesa del eterno dio
Fa chel nostre grande offese
Ne perdoni el tuo fio

Quinta ꝯsolatio fuit btissime ỽginis q̄ debuit poni ante pcedētes. sʒ iō eā in fine posui. q2 ea q̄ i fine dicunt̄ meli⁹ memorie imprimunt̄. vt no. in. l. ꝛ liqdo. ff. d̄ cōdi. ꝛ demō. Et idē dic̄ Greg. i homel. pētecostes Dico igit̄ ꝙ btissima ỽgo de parturitiōe ꝛ natiuitate filij sui bn̄dicti indicibilē consolationē recepit. q̄ sine vllo dolore. immo cū maria iocūditate ꝛ suauitate eū parturiuit sicut. s̄. pbatū est in pte pcedēti hui⁹ opis ser. vij. pte. s. Et hr̄ a theologis in. iij. di. iiij. ꝛ ibi. b. Bona. ꝛ Alexan. lōbardus art. s. q. vij. Vn̄ ip̄a bn̄dicta ỽgo reuelauit btē Brigitte. ꝙ in parturitiōe sui filij tota repleta fuit dulcedine. nō solum quoad oīa mēbra corporis. sed etiā quoad oēs potentias aīe. Gaudebat etiā q2 peperat suata ỽginitate cū pudoris lilio. Vn̄ legitur i chronicis ordinis nostri. ꝙ de⁹ semel reuelauit beato Egidio nostro. ꝙ prior ibat ad eū vt interrogaret q̄liter virgo parturijt? Cui frater Egidius perrexit obuiā cū baculo in manu Et cum ei appropinquasset: dixit illi. Scio q̄d queris. Tūc aūt leuauit baculū terram pcutiēs ꝛ dicens. ỽgo ante partū. Et ecce statī liliū ortū est. Deinde iterū dixit: virgo in partu. Et ecce aliud liliū. Percussit etiā tertio dicens. ỽgo post partū. ꝛ statī aliud liliū exortū est in signū pudicitie ỽginalis Jocūdabat̄ etiā de filio. q2 sibi erat vnicus ꝛ tot⁹ suus. in cui⁹ gn̄atione null⁹ pat̄ habebat partē. Et ideo sicut bm̄ Scotū in. s. sen. Tota ỽtus eterni patris est in filio bm̄ diuinitatē. sic in ipsi⁹ xp̄i hūanitate erat tota virt⁹ matris. Cōsolabat̄ etiā summope ꝯsiderās quātū bonū esset ipam peperisse talem filiū. Vn̄ nō solū gaudebat de se: sed etiā de oībus saluādis p suū partū. scʒ hoībus preteritis p̄ntibus ꝛ futuris. Jubilabat insup. q2 vt inquit Petr⁹ Johānis sup Luc. Nō solū considerabat hūanitatē paruuli: sed etiā diuinitatē verbi eterni. ꝛ clarius ꝙ̄ fecerit Paul⁹ qn̄ rapt⁹ fuit ad celū ij. Cor. xij. Et ꝙ̄ Stephanus videns celos apertos: et Jesum stantem a dextris dei.

Z patres in limbo gaudebant

M Quō Maria de natiuitate filij gaudebat.

*et salutasset Elizabeth. ipsa testificata fuit verba angelica fore vera di. Un hoc mihi vt mater dni mei veniat ad me. Octauo certificata fuit Joseph approbatiõe. Cui angelus appuit i somnis Mat.i.di. Noli timere accipere mariã cõiugez tuã. qd em in ea natũ est de spũsctõ est. Qd factum Joseph approbauit dũ ipsam in vxorẽ duxit. et illic cũ eo virginitatẽ ppetuã vouit. Nono certificata fuit pastorũ veneratiõe. quib9 in hac nocte apparẽs angelus dixit illud Luc.ij. Annũcio vobis gaudiũ magnuz qd erit oĩ pplo. qz natus est vobis hodie saluator et c. Qui pastores venerũt et inuenerunt iuxta verbũ angeli. p quorũ pastorũ venerationẽ fuit certificata btã Maria. Decimo certificata fuit angelorũ iubilatiõe. Un Luc.ij.c. legit qd facta fuit multitudo celestis exercitus cũ angelo canentiuz et dicentiũ. Gla in altissimis deo. Undecimo certificata fuit scti Symeonis amplexatione. Un legit Luce.ij. qd cũ qdragesimo die a natiuitate xpi Maria et Joseph portauerũt Jesum in templum tunc Symeon fuit ductus spũ in tẽplũ. Cũq3 vidisset iste senex puerũ Jesuz eodẽ spũsctõ inspirat9 cognouit eũ mundi saluatorẽ. Aperiẽs aũt brachia sua senilia ipm amplexat9 est di. Nũc dimittis seruũ tuũ dñe et c. Que verba cũ amplexu tã serui do fuerunt Marie manifestatiua filij sui natiuitatis iocũde. Duodecimo et vltiõ fuit certificata sctẽ Anne vaticinatiõe. Nam legit Luce.ij. qd ipsa nõ recedebat de tẽplo seruiens deo die noctuq3 ieiunijs et oratiõnibus vacans. et spũ dei mota in ipsa hora qua puer fuit p̃sentatus sup altare. superueniit et ipsa et dñm laudabat. et spũ pphetico plena oĩbus p̃sentib9 expectãtib9 redẽptionem Jsrael loquebat. qz scz hic paruulus nup nat9 erat mũdi saluator. Et est aduertendũ bm Tho. pte.iij.q.xxxvj.ar.v. qd iste due manifestationes sunt excellentiores alijs reuelationibus.

Pars.iij. hui9 sermo. q̃ dr fructificatiõis.

Inquit Leo papa in quodaz sermone. Que b sacramẽtũ mens cõprehẽdere: que hanc gratiam valeat lingua narrare. q.d. nulla. nihil em vtilius salubriusq3 humano generi contingere potuit q̃ xpi ortus: de cui9 vtilitatib9 aliqd breuiter in hac pte loquemur. Omittẽdo ergo qd xps per humanitatẽ quã assumpsit fact9 est mediator noster et satisfactor p' pctis. atq3 redẽptor hũani gñis. iuxta illud Apoca.iiij. vbi ei dr. Redimisti nos dñe de9 i sanguie tuo et c. Solũ referã sex fructificatiões. Pri ma quarũ dr inclinatiõis scz diuie maiestatis. Nã videmus tpaliter qd nõ paruã gratiã sibi deputãt fieri subditi. si rex aut princeps eorũ digneẽ visitare sua habitacula. Quãtã ergo gratiã fecit nobis dñs de9 nr creator et gubernator oĩm creaturaruz: Ad nos descẽdit de celis et tenebras nras visitauit. Ex quo colligit Amb. in quodam sermone. cũ quãta solicitudine hoies se pparare debet ad xpi natiuitatẽ suscipiẽdã di. Ecce si qs nostrũ seniorẽ suũ in domũ suaz suscipe debuisset: ab oĩbus sordib9 et immũdis reb9 ipam domũ mundasset et quecũq3 necessaria essent bm suã possibilitatẽ pparasset. Et si hoc facit mortalis suscepturus mortalẽ: quãto magis se mũdare dz creatura vt suo creatori apparẽti in carne nõ displiceat. hec ille. Qui ibidẽ ponit dei dignationẽ di. Ille iust9 venit ad nos pcõres vt ex pctõrib9 faceret iustos. pius venit ad impios: vt ex impijs faceret pios. humilis venit ad supbos: vt ex supbis faceret hũiles quid plura: Ille natura bon9 venit ad nos homies q̃ pleni eramus oĩbus malis. hec Amb. Sed si istã inclinationẽ meli9 vis attẽdere. cõsidera qd ex hac dñi nostri natiuitate ipe q̃ est creator et pater noster. de quo Deut.xxxij.dr. Jpe em est pater tu9 q̃ possedit et fecit et creauit te. dignat9 est fieri frater noster. Quã inclinationẽ tangit Augu. in.xiij. de trini. Un apls Heb.ij. ait. Nõ cõfundit eos vocare fratres di. Narrabo nomen tuũ fratribus meis. ps.xxj. Jpse qz inquit Magdalene. vt habet Joh.xx. Uade et dic fratrib9 meis ascẽdo ad patrẽ meum et c. Et iõ ipse dñs a nobis appellat frater noster. vt in.c. oliz.viij.q.j. O q̃ ingẽs est hec grã. O q̃ benigna diuine maiestatis inclinatio. vt is qui vniuersorũ est dñs fiat frater miseri pctõris. Sic filij Jsrael audientes qz de9 visitasset eos adorauerũt pni in terrã. Exo.iiij. Jn cuius figuraz Areuna vidẽs regẽ Dauid ad se venienẽ. egressus est obuiã illi. et adorauit pno vultu in terrã ac dixit. Que causa est vt dñs meus rex veniat ad seruũ suũ. vt habet.ij. Reg.vl. et j. Paral.xxj. Sic qlibet aia deuota considerãs tantã dignationẽ et inclinationẽ altissime maiestatis dei dicere debet illud quod

Utilitates xpi. Qd xps est frater noster.

habet Job. vij. Quid est hõ q2 magnificas
eũ. aut quid apponis erga eũ cor tuũ? Visi-
tas eũ diluculo: & subito ꝓbas illũ. Et. ps.
vij. Quid est hõ ꝙ memor es eius. aut fili-
us hois qm̃ visitas eum. Huic aũt sic dño
suo obuianti occurret ipe rex celestis. & am
plexãs illũ dicet ei. Ego sum frater tu9 noli
timere. Hester. xv. Hec igit fuit prima vti-
litas natiuitatis dñi nostri iesu xpi. q2 fra-
ter noster effect9 est. Quã quidẽ post cõce-
ptionẽ suã desiderabat sancta mater ecclia
di. illud Cañ. viij. Quis mihi det te fratrez
meũ sugentẽ vbera mřis mee vt iueniã te
foris. q. d. licz ꝑ incarnationẽ frater meus
fact9 sis desiderio tamẽ te foris videre scz
ex vtero iam egressum ꝑ natiuitatez. vt te
deosculer & te adorẽ. Scđa fructificatio
dr sublimationis. Non est em̃ adeo paupcu-
la & infirmi generis mulier que nõ nobili-
tet si a nobili ducat i matrimoniũ. & vtiqz
iuxta nobilitatẽ viri est etiã nobilitas vxo-
ris ẜm leges. C. de legib9. l. mulieres. &. ff.
de senatorib9. l. femine. Cũ ergo natura no-
stra iuncta sit matrimonialiter ipsi regi re-
gũ & dño dominãtiũ Apoc. xix. c. & ꝟbo iũcta
dei filio quis digne possit exprimere ipsius
exaltationem. De hoc em̃ matrimonio ait
apls Ephe. v. Sacramentũ hoc magnũ est
in christo & in ecclesia. transsumptiue in. c.
debitũ. ex. de biga. Hãc em̃ sibi copulauit
Xp̃s scz naturam nostrã in thalamo vteri
virginalis. Hinc Grego. ait. Jam intelligit
charitas vestra quis est rex regis filij pa-
ter. ille vtiqz cui per ps. lxxj. dr. Deus iudi-
ciũ regi da. & iusti. tuã fi. re. Qui fecit nu-
ptias filio suo. Tũc em̃ de9 pater deo filio
nuptias fecit. quãdo hunc in vtero virgi-
nis humane nature cõiunxit: qm̃ dñm ante
secula fieri voluit hominẽ in fine seculorũ
vterus autẽ genitricis ꝟginis hui9 sponsi
thalam9 fuit. de quo dr ps. xviij. Tãqz spõ-
sus ꝓcedẽs de thalamo suo. De hoc & Leo
papa in ser. in natali dñi ait. Jn natali em̃
dñi fratres charissimi q̃si in nuptijs spõa-
libus sponse sue ecclesie xp̃s adiũctus est.
Tũc veritas de terra orta est. tunc iusticia
de celo respexit. tũc ꝓcessit sponsus de tha-
lamo suo. hoc est verbum dñi de vtero ꝟgi-
nali. ꝓcessit em̃ de sponsa sua ecclia. i. hũa-
nã carnem suscepit. Cũ itaqz ex nobilitate
spõsi spõse metiat nobilitas. quãta est no-
bilitas nr̃e nature q̃ dei ꝟbo est coniuncta
vñ tãta vnitas est inter hoiem illũ & deum

P
Quõ hu-
mana
natura
nobili-
tata &
exalta-
ta est.

vt deus dicat hic homo. O magnã nobili-
tas. o mira nostre nature sublimitas et in
tãte sublimitatis & exaltationis sinũ ange
li qui ante natiuitatẽ se ab hoibus adora
ri patiebant. vt pz Geñ. xvj. & in pluribus
alijs locis: hoc post xp̃i incarnationẽ & na-
tiuitatẽ nõ patiunt. vt pz Apoc. vl. vbi qñ
btũs Joh. euãgel. voluit angelũ adorare
ꝓhibuit angel9 di. Uide ne feceris. conser-
uus enim tu9 sum & fratrũ tuoꝝ. Vñ Greg.
in homel. sup illud. Erãt appropinquãtes
&c. sic ait. Timet angelus ab homine ado-
rari qñ naturã humanã videt i deo sic sub
limatã vt fieret vna ꝑsona. & ideo conside-
rãtes ꝑ incarnationẽ filij dei humanam na
turã tãtũ nobilitatã & exaltatã instruimur
vt eam diligenter conseruem9 ne eaz inqui-
nem9 & maculem9 peccando. Unde Aug.
in lib. de vera reli. sic ait. Demonstrauit no
bis deus ꝙ̃ excelsum locum inter creatu-
ras habeat natura hũana in hoc hoib9 ꝙ
in vero hoie apparuit. & Leo papa in ser-
mone de natiuitate dñi sic dicit. Agnosce
o xp̃iane dignitatez tuam. & diuine cõsors
fact9 nature noli in ventrem vilitatẽ dege
neri conuersatione redire &c. Et ꝙ̃uis hec
ɔiunctio. s. inter. personã diuinã & humanã
naturã sit facta i conceptione. in natiuita
te tamẽ innotuit tanqȝ si in cõceptione fa
cta fuisset despõsatio. hic ꝟbo bãnũ nuptia
rũ & etiã traductio. Quapropter Augu. ma
gnificat istã natiuitatem in sermõe pmo õ
accedẽtibus ad gratiam di. Hec natiuitas
mira est. quia qualẽ genuit talis & genuit.
ideo ꝟgo mater. q̃a verbũ caro factũ est. si
enim hec q̃ genuit talis est. illõ qõ genuit
quale est? Uis noscere qualis est qui sic na
tus est? Audi q̃s & quant9 est. Uerbũ prius
artifer mũdi. lumen celi. pax terre. integri
tas virginis. fecũditas matris. angelorum
laus. hoim sal9. desertorum via. errantium
venia. vulneratorũ medicina bonoꝝ iocũ-
ditas. martyrũ victoria. infantium palma
Adhuc amplius audi. Qui sic natus est ex
tinctor mortis. opressor diaboli. petra fun-
damẽti. lapis angularis. mõs dei. scala ce
li. ianua paradisi. ciuitas reg magni. agn9
& pascula. sponsus & sponsa. resurrectio et
eterna vita. qm̃ per ipm & ex ipso & in ipso
sunt oĩa. hec & quecunqz dixerimus de deo
parua sunt. Non em̃ sufficit lingua enarra
re vel laudare quã mẽs pauida et infirma
nõ valet comprehendere. hec tñ Maria q̃

Augu.
extollit
natiui-
tatem
xp̃i

talem peperit ꝟgo ⁊ mater.gratia fecunda
ta.spūsancto impgnata.nouū germen.no-
uus partus agnoscit.videt oculis miratur
mente.integra pseuerat in carne. Amples-
citur manib⁹ quē portat mūdum regentē
Lac īfudit celesti potu. figit dulcissima os
cula pia mater ꝟgo.quia misericordia ⁊ ve
ritas occurrerunt sibi.⁊ quē oculis carnis
intuetur filiū mente ꝯspicit deum.suscepis
se se gaudet perpetuā posteritatē nō amis
sa integritate.vitā fert in gremio veritateꝫ
portat in corde.qm̄ veritas de terra orta ē
⁊ iusticia de celo ꝓspexit. Maria de homi
ne pater terra xp̄us ex maria sine hoīe pře
ꝟitas ex terra.hec ille. Qm̄ igit̃ ista oīa
cōueniāt xp̄o ſm humanitatē:ptꝫ ꝙ natu
Maria dilectio ad nos ostēdit̃ ī natiui tate xp̄i — ra humana ex incarnatiōe ⁊ natiuitate filij
dei multū sit sublimata. Tertia vtilitas
in hoc ptu dr̄ ostēsionis.s.dilectiōis dei ad
nos.Cum enim ex magnitudine doni ar-
gui soleat magnitudo amoris. iuxta illud
Greg.in homel.pentecostes.Probatio di-
lectiōis exhibitio est opis.vn̄ ad hoc ꝓpo-
situm dn̄s approbauit insam pharisei Lu.
vij.Certe ex xp̄i incarnatione ⁊ natiuitate
maximus amor dei ad nos ostēdit̃. Quid
em̄ maius.qd sublimi⁹ nobis dare potuit
ꝙ̄ filiū suū equalē sibi. Vn̄ ⁊ ipse xp̄s ex h
arguēs ait Joh.iij.Sic deus dilexit mūdū
vt filiū suū vnigenitū daret vt oīs qui cre-
dit i illū nō pereat sed habeat vitā eternā
Hinc bene exclamat Greg.di. O inestima-
bilis dilectio charitatis.vt seruū redime-
res filiū tradidisti.Inde ē qd̄ canit eccl̄ia.
Propter nimiā charitatē suam qua dilexit
nos deus:misit filiū suū in similitudinem
carnis peccati.vt habet̃ Ephe.ij.⁊ Roma.
viij.Magnā enim charitatē de⁹ nobis cū
dit in eo ꝙ misit legatū ad nos.iuxta illd̄
Abdie.j.Auditū audiuimus a dn̄o ⁊ lega-
tū ad gentes misit.De quo dr̄ Prouer.xiij.
legatus fidelis sanitas.Et.j.Joh.iiij.dicit̃
In hoc apparuit charitas dei ī nobis qm̄
deus filium suum vnigenitū misit in mun
duꝫ,vt viuamus per eum.Maxima ꝟo.qr
misit eū in similitudinē carnis.pcti.vt splē
dor paterne glorie nō soluꝫ carnis nube ve
laretur.sed etiaꝫ similitudine peccati deni
graretur vt pctōr enim circuncisus est ⁊ re
demptus.Lu.ij.Hinc iterum.j.Johā.iiij.
dr̄.In hoc est charitas nō quia nos dilexe
rimus deū.sꝫ quoniā ip̄e prior dilexit nos.
⁊ filiū suū misit ꝓpitiatorē p peccatis nr̄is
Vere nō video quō maius signū dilectōis
de⁹ pater nobis ōnderē potuisset. Vn̄ Ber.
ī li.de diligēdo deo.excellentiaꝫ hui⁹ dile
ctionis ꝯsiderās ait.Multū meruit de⁹ ō
nobis qui ⁊ in meritis seipm̄ dedit nobis.
Quid enim meli⁹ seipo poterat dari.ergo
si dei meritū querit̃ illd̄ est pcipuū quoniā
ipse prior dilexit.dignus plane vt reamet̃.
psertim si aduertat̃ quis.quos.q̄re ⁊ q̄ntū
amauerit.qs enīꝫ.nōne is cui oīs spūs cō
fitetur deꝰ.me⁹ es tu.quoniā bonoꝝ meo
rū nō eges.ps.xv.Vera hui⁹ charitas ma-
jestatis q̄ppe nō querentis que sua sunt.j.
Cor.xiij.Quib⁹ aūt tāta charitas exhibet̃
Cum adhuc inquit inimici essemus p mor
tē filij eius recōciliati sumus.vt dr̄ Ro.v.
Dilexit ergo nos de⁹ gratis ⁊ inimicos. sꝫ
quantū dilexit:sic vt filiū suuꝫ vnigenitum
daret.Sup quo ait Chrys. Nemo amator
carnaliū.etiā si sit supra modū insaniēs ita
exardescere pōt ī amorē dilecte sue quēad
modū deus effunditur in amorē animarū
nostraꝝ.⁊ certe nō paruū donū.nō parua
vtilitas est ostēdisse se tantū hoēm dilige-
re.Quapropter Augu.in ser.ix.de natiuita
te dn̄i ait.Sic ergo peccatū ⁊ pena peccati
que p scelus corrupte mulieres intrauit in
mūdū.p inuiolate ꝟginis partū aufert̃.et
qr ī ꝯditiōe hūani gn̄is p mulierē q̄ ō solo
viro facta est ꝯtingit vt mortꝫ vinculo tene
remur obstricti.h in redēptiōe hūani gene
ris diuina bonitas egit.vt p virū q̄ de sola
muliere nat⁹ est vita hoīb⁹ redderet̃. Illic
humanā naturā neq̄ssima deceptione sibi
diabolus ī peccati similitudīe sociauit hu
manā.h de⁹ naturā in vnitate psone susce
pit.ibi femina decepta ē vt fieret filia dia-
boli..hic ꝟgo grā replecta est vt fieret mat̃
summi atq̧ incōmutabilis vnigeniti dei.
Ibi āgelus deiect⁹ p supbiā seducte mulie
ris aium obtinuit.h de⁹ hūiliās se p misaꝫ
vterū incorrupte ꝟginis ex ea nascitur ⁊ im
pleuit.Dei enīꝫ filius Jesus xp̄s q̄ ī forma
dei erat.ipse ſm apl̄m semetipꝫ exinaniuit
formā serui accipiēs.formā serui.i.naturā
serui in suam accepit illam deus personaꝫ
atq̧ hominū factor ī silitudinē hoīs fact⁹ — R
habitu īuēt⁹ vt homo.⁊ humiliauit semet — adopta
ipsum fact⁹ obediēs pr̄i vsq̧ ad mortē cru- — ti sum⁹
cis.hec ille. Quarta vtilitas dicitur ado — ī filios
ptionis.Nō enim sufficere diuine maiesta — per ip̄i
ti visum est si nos visitaret:si nostram sibi — natiuita
naturā matrimonialiter copularet.si se nos — tem.

diligere summe demonstraret: sed vt omnes dilectionis gradus expleret. Nos quos voluit adoptare in filios. vt confidenter dicere posse mus. Pater noster qui es in celis &c. Mat. vi. c. quod ante incarnationem non poterant dicere sancti. Ob hoc enim vt ait Aug. in quodam sermone de natiuitate domini. vnigenitus qui est in sinu patris dignatus est nasci ex homine vero homo: vt nos nasci faceret ex deo. Hoc autem apostolus ostendit dicens ad Gal. iiij. Cum autem venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege. vt eos qui sub lege erant redimeret. vt adoptionem filiorum reciperemus. Ecce enim secundum Au. vbi supra. quemadmodum natus deus homo fecit vt nos homines nasceremur ex deo. Quod etiam ostendit. b. Jo. s. c. euangelij sui dicens. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Et hanc adoptionem recepimus in homine sancto quam perdideramus in primo. hec ille. Per christum ergo homines filij facti sumus saltem meritorie. Et hoc tangit. s. Bona. et alij doc. in. s. di. xxvi. et in iij. dist. x. maxime ipse. s. Bona. ar. vi. q. ij. di

Dupliciter cens. quod si queratur an simus filij adoptionis per christum. Hoc potest dupliciter intelligi. aut secundum quod ij adocausam effectiuam aut meritoriam. Si importat causam meritoriam vel dispositionem. absque dubio verum est quod sumus filij adoptionis per christum. Ipse enim nobis meruit gratiam per quam sumus filij adoptiui. inquantum est caput ecclesie. vt habetur Col. j. et ad Ephe. v. et in cle. vnica. in prin. de iureiu. et in. c. vnico. §. sed vbi. de sa. vnc. et hoc non solum respicit diuinam naturam. sed etiam naturam assumptam Si vero importat causam effectiuam adhuc verum est. Deus enim pater nos adoptauit per filium et spiritumsanctum quoad consummationem. Ad nostram enim adoptionem duo concurrunt. s. redemptio que facta est per filij missionem. et gratificatio que facta est per missionem. spiritussancti Et hoc est quod dicit Aug. in lib. de spiritu et anima c. vi. A patre per filium et spiritumsanctum ad nos diuina descendunt. pater si quidem tradidit filium quo redimeret seruos. misit spiritumsanctum qui seruos adoptaret in filios. filium dedit in precium redemptionis. spiritumsanctum in priuilegium adoptionis. hec ille. Hanc autem vtilitatem extollit Joh. apostolus in. s. cano. c. iij. di. Uidete qualem charitatem deus pater nobis ostendit. vt filij dei nominemur et simus. Sic apostolus Paulus Gal. iij. dicit. Omnes enim filij dei estis per fidem que est in christo iesu. Et vt ostendat quanta vtilitas tibi inde proueniat etiam vltra dignitatem filiationis arguit sic Rom. viij. dicens. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Si autem filij et heredes. heredes quidem dei coheredes autem christi Ecce quanta vtilitas vt heredes dei simus. Hanc eandem sententiam confirmat ad Gal. iiij. ca. dicens Iam non est seruus sed filius. quod si filius et heres per deum. et merito. Nam non solum filius naturalis. sed etiam adoptiuus est heres patris adoptantis. l. pe. C. de adop. et. l. si pater ff. eo. ti. et. §. item adoptiuos. insti. de here. que ab intesta. defe. Ex predictis etiam patet: quantum nos diligat pater noster celestis filios suos. Nam filius dicitur a filios grece quod est amor latine. vt no. insti. qui dari tu. pos. §. fi. Item quanta sit dignitas nostra. nam filius adoptatus consequitur nomen dignitatis paterne. l. cum adoptiuum. C. de decu. lib. x. vnde filius regis vel comitis dicitur rex vel comes. xxiiij. q. j. c. vl. Et ideo nobis inquit ps. lxxxj. Ego dixi dij estis. et filij excelsi omnes. O quanta gratia. cum vt ait Augu. Qui serui digni non eramus filij efficimur. et sic patet quarta vtilitas. Quinta vero dicitur consolationis. s. fidei nostre. Cum enim vt inquit apostolus Rom. x. ex verbis Esa. liij. c. Fides sit ex auditu. auditus autem per verbum christi. Reuera nisi christus personaliter venisset. vix fuissent credita que prophete predixerunt. Tam ardua enim sunt credibilia nostre fidei. quod eam homini asserenti vix vel vnquam homo credidisset. vnde necessarium fuit vt ipsa vitas per se descenderet. nobisque visibilis appareret. vt ex visibilibus ad inuisibilia raperemur. et mens nostra tanto iam firmius audita crederet quanto eum a quo audisset fallere non posse minime dubitaret. Hinc causam natiuitatis sue ipse testatus est Joh. xviij. dicens. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati. Et ideo nunc tanto infidelitatis peccatum maius est quanto et is qui hanc predicauit veritas est: Hinc ait Joh. xv. Si non venissem. et locutus eis fuissem peccatum non haberent. nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sic etiam vt fidem antiquorum patrum confirmaret visibilis voluit apparere in specie ignis et flamme Exo. iij. et xx. c. vos inquit audistis. quia de celo locutus sum vobis.

Filius adoptiuus etiam est heres

Z Per christi natiuitatem de fide nostra consolamur.

Quia igitur fides nostra magis certificat ex hoc q nō angelo vel homini. sed ipi deo loquēti credit. voluit fili9 dei incarnari. vñ Aug. xj. de. ci. dei ait. vt hō fidētius ambularet ipsa veritas dei fili9 homine assumpto cōstituit atq fundauit. hec ille. ꝛ sic ptz. v. vtilitas. Sexta autez ē cōfirmatiōis. s. spei nostre. Quis em̄ nūc pōt esse desperationis loc9 vbi se videt hō effectū dei filiū illūq suū fratrē effectum. de hoc Ber. ait. Merito mihi spes magna est in xp̄o. puto em̄ q iaz me spernere nō poterit os de ossibus meis ꝛ caro de carne mea. hoc enīz mouit fratres ioseph ne euz interficerēt Gen. xxxvij. cū iudas dixit. Caro em̄ ꝛ frater noster est. sic xp̄s iesus ex quo hō fact9 ē ꝛ frater noster miseref nostri: etiā ipso iure propinquitatis. Nemo em̄ carnē suā vnq odio habuit sed nutrit ꝛ fouet eā. vt ait apl's ad Eph. v. trāssumptiue i. c. nō estimem9. xiij. q. ij.. Itē oīs hō naturaliter diligit primū sibi Ecc. xiij. ꝛ tenef eū diligere. xiij. q. iiij. c. dz hō. ꝛ de peni. di. ij. §. primos autez. ꝛ §. pinde. Dicit aūt mōtanarius in lunaiceleri. quisq̄s amat seruit. ergo xp̄s dz nobis succurrere tanq noster primus. oēs enim hoīes rōne eiusdē nature dicuntur primi. de peni. di. ij. c. charitas. §. itē nō illi. Unū nobis p beatā virginē fact9 est debitor erā factus est hō. Ait em̄ Cassiod. li. xij. epistolaꝝ: epl'a. v. gratificāte natura illis ampli9 debem9, q nobis aliqua primitate iūguntur. Possumus aūt inducere dn̄m iesuz ad subueniēdum nobis ꝛ eū rogare ne pmittat nos cōburi igne infernali dicēdo illi illud Horatij in. ij. li. epistolaꝝ epl'a. xix. Nā tua res agitur paries cum proxim9 ardet. Preterea p hoc q fili9 dei est vnitus nobis nostrā assumēdo carnem maxime spes nostra erigitur q diligamur ab eo. vñ Aug9. xiij. de trini. ait. Quid est em̄ q tantū mentes erigat. ꝛ ab immortalitatis despatione subleuet q̄ q nos tāti fecit de9 vt ei9 fili9 imutabilr bon9 i se manēs qd̄ erat: ꝛ a nob accipiēs qd̄ nō erat dignef nr̄z iire psortiū mala nr̄a moriēdo pferre. Et. x. de ci. dei. c. xxix. ait. Gr̄a dei nō potuit gratius cōmendari q̄ vt ipse vnicus dei fili9 in se incōmutabiliter manēs indueret hominē ꝛ spē dilectiōis sue daret hominibus homine mediū quo ad illū ab hoīb9 veniref. q tn̄ lōge erat imortalis a mortalib9 icōmutabilis a cōmutabilib9 iust9 ab impijs, btūs a miseris. ꝛ q: naturaliter indidit nobis vt beati immortalesq esse cupiamus. manēs btūs suscipiēsq mortalitatē vt nobis tribueret qd̄ amam9 ppetiēdo contēnere docuit qd̄ timemus. hec ille. Preterea charitas nostra ad deū p icarnationē ꝛ natiuitatē filij dei maxime excitaf ꝛ inflāmaf. Uñ Augu. i. li. de cathecizādis rudib9 ait. Que maior est cā aduent9 dei nisi vt ostēderet dilectionē suā in nobis. Et primo subdit. si amare pigebat. saltē nō reamar pigebat. Itē pnatiuitatē filij dei regulata ē nr̄a opatio. q ipa nobis exēplū prebuit recte viuēdi ꝛ recte opandi. vñ Augu. in quodā sermone d natiuitate dn̄i sic ait. Homo sequendus nō erat q videri nō poterat. vt ergo exhiberef hoi. ꝛ qui ab hoie videretur. ꝛ quē homo sequeref deus fact9 est hō. Et i lib. de agone xp̄iano idem ait. Hec medicina hoim tāta est quāta nō pōt cogitari maior. Nā que supbia sanari pōt. si humilitate filij dei nō sanatur: ꝛ que auaricia sanari potest si paupertate filij dei non sanaf. Que iracundia sanari potest si patientia filij dei non sanatur. Que impietas sanari potest: que charitate filij dei non sanatur. Postremo que timiditas sanari potest. si resurrectione xp̄i nō sanatur. Erigat ergo spē suā genus humanum ꝛ recognoscat naturā suā. Uideat quantū locuz habebat in operib9 dei. hec ille. Postremo ex natiuitate filij dei pducitur homo ad sui plenā fruitionē. Nā p humanitatem xp̄i collata est nobis ad plenū participatio diuinitatis q ꝫe est beatitudo hominis. vnde Aug. in quodam sermone de natiuitate dn̄i sic ait. Fact9 est deus homo: vt homo fieret deus. De ista autem ꝛ alijs predictis vtilitatibus. ait idem Augustinus in sermōe. viij. de natiuitate dn̄i. Cesset omnis sollicitudo xp̄s ad nos charitas venit. cesset omnis ifirmitas. hodie saluator apparuit. cessent bella: desināt lites: hodie pax vera de celo descendit. cesset hominis amaritudo. hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi. Fugiat mors quia vita nobis est data de celo hodie super terram. gaudent angeli. letantur archangeli. gloriātur prophete. exultantur sancti. turbantūr mali. gratulātur boni. In psenti per gratiam. et in futuro per gloriam in secula seculorū. Amen.

m Per xp̄z natū ɔfirmatur spes nostra.

n Charitas nr̄a excitaf per xp̄i natiuitatem.

De eadem beatissime virginis parturitione, Sermo. iiij.

n

n Edimittas legē matris tue. Prouer. j. Nulla res est adeo difficilis quam nō reputet pficere matern⁹ amor. Exēplū videm⁹ ī gallina que cū sit aīal infirmū τ debile. p liberatiōe tñ pulloꝝ aggreditur fortiora se. vt canē imo τ hoīem. τ pariter p educatione filioꝝ sollicite laborat. Hoc̄ p tanto dictū est: vt ostendatur ꝙ mater feruenti affectu filios diligit spūaliter. Petōr in presenti vita oīm est cōsilio destitut⁹: nisi ɫginis matris: que singulari ꝓgatiua dr mater peccatoꝝ τ aduocata. adiuuat interuētu. Nec eñ oī sollicitudine se īterponit p filijs suis. etiā cōtra fortiorē se. qr cū petō p culpā mereaf mortē: ipsa totis virib⁹ deum inuadit pcib⁹ τ suffragijs. τ pro petōre intercedit. ideo si qs ei⁹ consilio acqeuerit de filio pditiōis filiū faciet heredē glie. Cui⁹ figura habet Gen. xxvij. vbi rebecca dedit Jacob filio suo cōsiliū de habenda hereditate pmogeniture. vide ibi historiā. per rebeccā nāqꝫ que interptaf multū accepit. significaf beata ɫgo Maria q̄ sup oēs alios pl⁹ grē accepit. cui dr illud Prouerb. xxxj. Tu supgressa es vniuersas. per patrem Jacob Isaac qui interptaf risus intelligif xp̄s dispensator hereditatis supne. Sed nota ꝙ hec hereditas debet sctō τ iusto. de quo inquit de⁹ p ps. lxxxviij. τ ego pmogenitum ponā illū τc. p Jacob aūt lenē. i. politū. intelligif petōr ɫtutib⁹ spoliatus. Igif hec pijssima mater cupiēs hunc petōrē ducere ad pniam. τ ad hereditatē celi obtinēdā dicit ei. Audi consiliū meū filij mi iuxta illō ps. xxxiij. Uenite filij audite me. porta inqt duos hedos. i. ɔtritionē τ cōfessionē. τ ego eos igne charitatis decoquā. dabisqꝫ eos patri tuo xpo vt tibi bndicat ante mortē. Sed rñdet petōr. Ego sum⁹ lenis. i. sensualitatibus τ delitijs τ spoliat⁹ ɫtutib⁹ ac meritis. Qui ɫo hereditatē pmogeniture vult obtinere dꝫ esse pilosus. i. ɫtutibus plen⁹. cognoscet ergo me peccatorē τ sine virtutibus ac maledicet mihi. sed cōfortat eū mater sua. τ sic ei⁹ cōsilio obediēs pgit ad gregem fideliū τ rediēs ad patrē xpm tangif ab eo. q̄ inueniēs eū vestitum ɫtutib⁹ per humilitatē. τ habentem manū pilosam p effectū boni operis dicit. Uox quidem vox Jacob est. sed manus: manus sunt Esau. ac si dicat. vox que intonuit ɔtra me ppř peccata tua erat vox peccantis. sed man⁹ tua videt manus iusti. τ sic nō cognoscit ipm. qr ipe ait Eze. xviij. In quacunqꝫ hora ingemuerit petōr oīm iniquitatū ei⁹ quas opatus fuerat nō recordabor. Bndicit ergo eū in rore celi τ pinguedine terre. tribuēs hic ei grām: τ in futuro gloriā. Quia igif bonū est consiliū matris nostre. ad illā recurrere debemus. vñ Bern. in quodā sermone ait. O peccator si ad maiestatē filij dei non audes accedere vt nō liquefias quasi cera a facie ignis. vade ad matrē misericordie. τ ostēde illi tua vlcera. τ fili⁹ ostendet patri latus τ vulnera pater non negabit filio postulāti. nec filius negabit matri īterpellāti. nec mater negabit peccatori plorāti. Hec ille. Ipsa eñ semp p nobis orat suum dilectissimū filium. De cuius parturitione tres considerationes faciem⁹.

Prima dicetur appellationis.
Scda meritationis.
Tertia ɫo filiationis.

Qd maria interponit pro petōre.

p

Pars. j. hui⁹ smo. q̄ dr appellationis.

p Ro expeditione hui⁹ ptis q̄rif nunqd btā ɫgo p eo ꝙ pepit dñm nrm iesum xpm ɫe appellāda sit mater dei. Et respōdet Ric. nr in. iij. dist. iiij. arti. ij. ꝙ btā virgo ɫe appellāda est mater dei. quia oīa que requiruntur ad ratiōnē maternitatis fuerūt in ipsa respectu iesu xp̄i. vñ sicut xp̄s dr verus fili⁹ virginis. ita ipsa dr eius vera mater. primū ɔptꝫ Luce. j. cū ei dixit angelus. paries filiū τc. Luce. ij. dr. peperit filium suū primogenitū. τ in eodem. c. etiā habetur. ꝙ beata virgo dixit dño iesu xpo: fili quid fecisti nobis sic. Scdm ɫo patet Matth. ij. vbi angel⁹ dixit ioseph. Accipe puerū τ matrē eius. τ Luc. ij. dr. dixit mater eius ad illū τc. τ Johā. ij. scriptum est. erat mater iesu ibi. Ideo Joh. damascen⁹ inquit. Theotocon ɫe sanctam Mariā predicamus virginē. τ in. c. cyrilli approbatis in ephesina synodo dr. si quis nō cōfitetur sanctā virginē genitricem dei. anathema sit. τ sancta mater eccl'ia in diuinis officijs illā sic crebro nominat. vnde in officio misse inducit principium cuiusdam salutationis sedulij poete qui ait. Salue sancta parens enixa puerpera regem: Qui celū terrāqꝫ regit p secula. cui⁹ Numen: τ eterno cōplectens omnia gyro: Imperiū sine fine

Qd maria sit ɫa mater dei.

manet. que ventre beato Gaudia m̄ris ha bēs cū v̄ginitatis honore. Nec primā siles visa es nec h̄re seq̄ntē. Sola sine exemplo placuisti femina xp̄o. Et iter̄. Uirgo dei ge nitrix quē totus nō capit orbis. In tua se clausit viscera factus hō. In eadē etiā mis sa canit ecclesia. Post partū v̄go inuiolata permāsisti: dei genitrix intercede p̄ nobis Et in vespis. Aue maris stella dei m̄r alma ⁊ in cōpletorio. Sub tuū presidium confu gimus sancta dei genitrix Et in letanijs: Sancta dei genitrix ora pro nobis. Si em̄ eius filius nō fuisse deus ⁊ hō quō.xl. dieb⁹ stetisset ī deserto sine corporali cibo Mat.iiij.⁊ sup vndas maris siccis pedib⁹ ambulasset Mat.xiiij.⁊ p̄pria virtute red didisset ceco nato visum. Joh.ix.⁊ quadri duano mortuo vitā. Jo.xj.⁊ faciē suā in so lis claritatē trāsformasset in trāsfiguratio ne. Mat.xvij.⁊ furētes iudeos ⁊ pilati mi lites vnica voce ad terram p̄strasset. Joh. xviij.⁊ quō primus morti tam fortiter cla masset vt petre scinderent̄. Mat.xxvij. Et

Quō illa sctā Maria est mater dei.

ideo filio v̄ginis dr̄ Esa.xlv. Uere tu es de⁹ abscōditus. Merito igitur gl'iosa dr̄ conce pisse ⁊ peperisse deuȝ. Quare aūt hec sit cōueniēs ⁊ p̄pria locutio, declarat.s.Bon̄. in.iij.dis.iiij.⁊ beatus Tho.in.iij.parte.q. xxv.ar.iiij.quia omne nomen significans in cōcreto naturā aliquā.pōt supponere p̄ qualibet hypostasi illius nature. Cum aūt vnio incarnationis sit facta in hypostasi. manifestū est q̄ hoc nomen deus pōt sup ponere p̄ hypostasi habente humanā natu ram ⁊ diuinā.⁊ ideo q̄cquid ꝯuenit diuine nature ⁊ humane.pōt attribui illi psone si ne hypostasi.s̄m q̄ pro ea supponit nomē significās humanā naturā. Cōcipi autē ⁊ nasci psone attribuitur ⁊ hypostasi s̄m na turā illā in qua cōcipitur ⁊ nascitur. Cū er go in ipso principio cōceptionis fuerit hu mana natura assumpta a diuina persona. cōueniēs est q̄ v̄e possit dici deū esse cōce ptū ⁊ natuȝ de v̄gine. Ex hoc em̄ dr̄ aliqua mulier alicuius mater. quia eū concepit ⁊ genuit. Quare ⁊ btā v̄go v̄e dr̄ mater dei. nō q̄ sit mater diuinitatis. sed quia psone habētis diuinitatē ⁊ humanitatē est mater s̄m humanitatē ⁊ ideo dr̄ mater dei p̄pter cōmunicationē idiomatū. Et ita exponi de bent verba que ponit Aug. in lib. de eccle siasticis dogmatibus dicens. Natus est s̄ȝ veritatē diuine nature ex deo dei filius. na

tus est s̄m veritatē humane nature ex hoīe hominis filius. vt non adoptione. non ap pellatione. non nūcupatione: sed natura ī vtraq̄ natiuitate nascēdo filij nomen ha beret. hec ille. Fuit ergo virgo sanctissi ma vera ⁊ naturalis mater xp̄i. qd̄ p̄baf ex dictis.b.Tho.in.j.parte sum.q.xxvij.et in iij.parte.q.xxxj.ar.iij. Naȝ ad rationem v̄e paternitatis vel maternitatis ⁊ filiationis concurrunt precipue tria. Primum est ge neratio viuentium. vt viuum generet viuū ⁊ p̄pterea quia ignis generās nō est quod dam viuens. non dr̄ pater aut mater ignis generati. Scd̄m est collatio substantie. Nā faber lignorū non dicit̄ pater scamni aut cuiuslibet alteriuȝ artificij qd̄ ip̄e fabricat quia non communicat sibi substantiā suaȝ Tertiuȝ est materie preparate administra tio. p̄pterea terra nō dr̄ p̄prie mater hois q2 est materia remota. Quartum v̄o addi pōt q̄ est assimilatio in natura specifica. Ideo capillus ab hoīe generatus nō dr̄ fi li⁹ hoīs. q2 nō assimilatur homini specifice Cū ergo btā v̄go viuēs genuerit xp̄m viuē tem. cōcaueritq̄ ei corpulentā substātiaȝ administraueritq̄ ad formationē corporis eius materiā preparatā. ⁊ xp̄s ab ea geni tus fuerit ei similis ī specie. q2 perfect⁹ hō fuit ex aīa rōnali ⁊ humana carne subsistēs sequitur q̄ fuit eius naturalis filius. ⁊ ip̄a ipsius vera mater. Si autē aliq̄s obijceret q̄ xp̄s ex beata v̄gine miraculose nat⁹ est. sed miraculosa generatio nō sufficit ad ra tionē maternitatis vel filiationis. nō eniȝ dicimus Euam fuisse filiaȝ Ade. ergo vide tur q̄ xp̄s non debeat dici filius virginis Rn̄dere possumus s̄m Damas. in.iij. li. q̄ natiuitas tēporalis qua xp̄s nat⁹ est p̄pter nostrā salutem est quodammodo s̄m nos q̄ñ natus est hō ex muliere ⁊ tempore con ceptiōis debito. super nos aūt. q̄ñ non ex viri semine. sed ex sctō spū ⁊ de sctā virgine sup legē cōceptionis. Ex quo vt inquit.b. Tho.in.iij.parte sum.q.xxv.ex p̄te matris natiuitas illa fuit naturalis. sȝ ex p̄te opa tiōis spūsscti fuit miraculosa. vn̄ ip̄a v̄go bn̄ dicta est v̄a m̄r dei. Quis ergo explicare va leat quāto affectu filiū suū gestauit in vte ro. pepit in diuersorio. reclinauit in p̄sepio suoq̄ lacte pauit vbere d̄ celo pleno. Quis enarrare sufficiat q̄nto gaudio ei⁹ infanti lia mēbra ꝯtrectabat dum inuoluebat pan nis ⁊ stricta cingebat fascia. Quis insuper

Qō maria fuit vera ⁊ naturalis mr̄ xp̄i

excogitare queat q̄ gratissima fuerit abo-rum cōuersatio amoris pinguedine plena Cōuiuebāt pfecto dulciter. colloquebātur suauiter. ⁊ virgo ore mellifluo fili mi sepius ingeminabat. audiebatq̄ rn̄dentē filiū cū omni reuerētia. Genitrix mea colēdissima mr̄ mea dilectissima parēs mea amantissi-ma suauissimaq̄ sibijnuicem oscula propi-nabant.

R An maria meruerit fieri mr̄ dei.

Pars scd̄a hui⁹ sermo. q̄ ō: meritatio̅is. Ro expeditiōe hui⁹ ptis q̄rit. nunq̄d btā virgo meruerit fieri mr̄ dei. Et rn̄det ſm Ric. s. iij. di. iiij. ar. ij. q. s. φ icarnatio filij dei pōt cōsiderari dupl̄r. scʒ quātū ad essentiā: ⁊ quātū ad circūstātias. Primo mō nullus vnq̄ potuit mereri icar-nationē filij dei. qḋ pbari pōt multipl̄r sʒ ad p̄ns solū pbabim⁹ duob⁹ modis. Pⁱo q̄: fūdamētū meriti nō pōt cadere sub me-rito. sʒ incarnatio filij dei semp fuit funda-mētū ōis meriti post lapsuʒ humana natu-re. inquantū sine fide ei⁹ implicita vel expli-cita nūq̄ potuit q̄s mereri vitaʒ eternā. vn̄ Aug. in li. enchiridion. c. penul. di. Nec an-tiquoꝝ q̄cūq̄ iustoꝝ p̄ter fidē xp̄i salutem potuit inuenire. ergo ⁊c. Ideo inq̄t apl̄s ad Titū. iij. Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nr̄i dei. nō ex opib⁹ iusticie q̄ fe-cim⁹ nos. sʒ ſm suā miam saluos nos fecit Et ꝯfirmant̄ p̄dicta p illḋ qḋ ō: ad Ro. xi. scʒ si gr̄a dei iā nō ex opib⁹. alioq̄n iā nō ex gr̄a. hec ibi. q̄ em̄ nō dat̄ gratis nō est gr̄a c. grām. s. q s. sʒ ſʒ Augu. xiij. de trini. c. xix. In reb⁹ p tp̄s ortis illa summa gr̄a fuit. φ hō ī vnitate psone ꝯiūct⁹ ē deo. ergo nulli⁹ merito est de⁹ icarnat⁹. sed ex mera gr̄a. Cu-ius incarnationē nō potuisse ab aliq̄ mere-ri pbat̄ alio mō sic. Nā incarnatio filij dei fuit infinita. tum quia deus est infinite ex-cellentie. iuxta illud p̄s. xlvij. Magnus do-min⁹ ⁊ laudabilis nimis. ⁊ magnitudinis eius nō est finis. Tum quia fuit ad reparā-dam humanā naturā. que q̄uis nō habue-rit infinitatē indiuiduoꝝ ī actu habuit ta-men in potentia. vt ait. Porphirius in vni-uersalibus. quia nisi deus p̄efixisset nume-rum: erat apta nata communicari ī infini-tum. Ergo meritū nulli⁹ hominis puri. im-mo nec omniū hominū simul sufficere po-tuit ad impetrandā filij dei incarnationem per quam humana natura erat reparāda. Si aūt loquamur de p̄dicta incarnatōe scd̄o mō. s. quantū ad circūstantiā. hoc pōt esse dupl̄r. s. aut quantū ad circūstātiā tem-poris: aut quantum ad circūstantiam psō-ne in qua debebat icarnari. Primo mō po-test dici. φ sancti patres veteris testamēti meruerūt φ fili⁹ dei naturā humanā assu-meret eo tp̄e quo incarnat⁹ est. Ipsi em̄ fer-uentissimis desiderijs ⁊ orōnib⁹ p̄supposi-ta filij dei incarnatiōe futura meruerūt ei⁹ accelerationē. Nā ſm oēs theologos maxi-me sanctū Bona. in. iij. di. iiij. ⁊ Ricɧ. ibidē ar. iij. q. ij. ⁊ m. iiij. di. xv. ar. iiij. q. vij. ⁊ bea-tum Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ar. xvj. Ille qui orat pie. humiliter ⁊ reuerēter. fideliter ⁊ pseue-rāter. ⁊ petit necessaria ad salutē: meret̄ ex-audiri a deo: iuxta illud Mat. vij. Omnis qui petit accepit. ⁊ qui querit inuenit. ⁊ pul-santi aperietur. Sed sancti patres qui fue-rūt ante xp̄i aduentū: sic petierūt filij dei incarnationē eis necessariā ad salutem di-centes illud Esa. xlv. Rorate celi desuper ⁊ nubes pluant iustum: aperiat̄ terra ⁊ ger-minet saluatorē. ergo ⁊c. Si vo loqua-mur quoad circūstātiā persone. distinguen-dum est de merito ſm theologos. maxime Ricɧ. ⁊ sanctū Bona. in. iij. dis. iiij. ⁊ etiam in. ij. di. xxvij. ar. ij. q. ij. Unde p maiori de-claratione p̄termittendo hic quis dicatur benemeritus ſm legistas. de quo late per Bal. in. l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. vbi allegat multa iura. et ſm canonistas. de q̄ p glo. in. c. si quos de seruis. xij. q. ij. sequē-do solum doctrinā theologicā. Dico φ est meritum cōdigni. meritū cōgrui. ⁊ meritū digni. Meritū cōdigni est illud in quo re-peritur pfecta ratio merendi: qn̄. s. est ade-quatio meriti ad premiū. vt puta si q̄s per vnum diem seruit alicui laborādo fidelit̄. meretur de cōdigno certam mercedeʒ siue premiū. vt puta grossum vel carlinuʒ. Me-ritum digni ⁊ cōgrui est. quādo nō est per-fecta adequatio meriti ad premiū. Sed dif-ferentia est inter meritū digni ⁊ congrui: quia meritum digni est cōpletum in actu. Meritum vo cōgrui est meritum non om-nino perfecte cōpletum. sed tamen exiguū habens defectum. Uel est perfecta dispositio ⁊ ppinquitas ad cōsequēdam aliquā mercedē in futuro. Exemplum autem vtri-usq̄ sic dare possumus. Quidam rex po-tentissimus pro sua magnificētia pclama-ri facit. φ si quis per vnū diem ei seruierit dabit ei decem milia talēta auri. tunc si q̄s

Incarnatio quātū adcircūstantiā tp̄is cadit sub merito

Triplr meritū s. condignū dignum ⁊ cōgruū

ei seruierit per illam diem. merebitur ipsa decem milia talenta. nō merito condigni. quia mai⁹ est premiū ꝙ sit meritum labo ris. ⁊ sic nō est adequatio meriti ad pmiū merebiť tamen ipsa talenta merito digni. quia cū sic placuerit regi pmittere ille, qui ei seruiuit p diē fact⁹ est dign⁹ ipō premio ex regia liberalitate pparato. Sed posito ꝙ is seruierit per illā diē: sed ex lassitudi ne per aliquā hore morulā quieuerit a ser uitio siue labore. lꝫ nec merito cōdigni nec merito digni mereať ipsa talenta quia nō laborauit pfecte p integraꝫ diē. tñ merito cōgrui diceť mereri illud premiū. quia qđ minimū est p nihilo reputať. l. qđ minimū ff. de re. iu. c. reuera. vbi. glo. de conse. di. ij. Et silr si quis cum a principio diei ceperit feruenter laborare ⁊ pseuerauerit vsqꝫ ad xiij. horā. ⁊ vlterius psequať laborando il le qui videbit eū prope finem laboris di cet. Iste mereť decem milia talenta auri. Uel dicet. Iste lucrat⁹ est decē milia talen ta auri. quia est ppe complementū meriti. ⁊ parū deficit. ⁊ est disposit⁹ ad perficien dum ⁊ consequendū premiū. vnde posito casu ꝙ aliquo superueniēte impedimento si ne culpa sua nō potuerit perficere. licꝫ nec merito cōdigni nec merito digni mereatur ipa talenta: tamē ipsa merebiť merito cō grui. Modo ad ppositum nostrū dico. ꝙ lꝫ beata virgo maria non meruerit merito condigni concipere xpm. quia beneficium incarnationis est supra merita oīum ange lorum ⁊ cunctarum creaturarū. vñ ⁊ supra merita ipsius virginis benedicte. tamen qꝛ ex benignitate sua de⁹ diffiniuit pro salu te humani generis carneꝫ assumere de vna muliere. ipa beatissima vgo a pncipio suo vite vsqꝫ ad incarnationē filij dei mereba tur esse mater dei merito cōgrui. qꝛ ppter excellentiā sāctitatis sue ⁊ pfectionē virtu tum. ad hoc erat magis idonea ⁊ disposita ꝙ omnes alie mulieres que vnꝙ fuissent aut future essent in mūdo. At vbi vba illa sanctissima ptulit. scꝫ Ecce ancilla dñi: et suū consensū uerbo firmauit: ilico meruit merito digni concipere xpm: ⁊ effici mater dei. Tunc eñ inuenta est excessisse merita oīm electoꝝ. Et maxime ppter eminentiaꝫ quattuor virtutuꝫ. Prima fuit obedientia dum dixit. Ecce. Exhibuit nāqꝫ se tātū pro ptissime ad obediendum deo quanto fie ri potest a pura creatura ⁊ intēsissima fuit

L Quō Maria meruit īcarnationem xpi.

illius voluntas quantum intendi potuit vnde non tantū intēsa fuit volūtas Abrae dū voluit filiū immolare. aut quorūcunqꝫ q p dei obedientia dura ⁊ aspera qꝫqꝫ pati non recusarūt. Scđa virt⁹ fuit humilitas quā demonstrauit dū ait: ancilla dñi. Tūc eñ tantū descēdit in nihilū respectu dei. ꝙ nulla vnꝙ creatura ita viluit sibiipi p deo sicut ipsa. ⁊ lꝫ magna fuerit hūilitas abrae cū dixit Gen. xviij. Loquar ad dñm meum cum sim puluis ⁊ cinis. Et Job. cum dixit xvij. c. sui libri. Putredini dixi. pater meus es. mater mea ⁊ soror mea vermib⁹. Et Da uid ps. xxj. dum ait. Ego aūt sum vermis ⁊ non homo. opprobriū hominū ⁊ abiectio plebis. Tñ humilitas virginis benedicte superauit istorū ⁊ quorūcunqꝫ aliorum hu militatē. Propterea in cantico suo cecinit. Lu. j. Respexit humilitatē ancille sue: ecce eñ ex hoc beatā me dicēt oēs gnationes. Tertia fuit ei⁹ fides quam explicauit dum psecuta est. Fiat mihi. Tūc eñ captiuauit oēm intellectuꝫ in obsequiū dei. crediditqꝫ simplr ⁊ purissime qꝫcūqꝫ fuerant sibi per angelū intimata. Hinc Elizabeth commē dans illam dixit. Beata que credidisti: qm̄ perficienť in te que dicta sunt tibi a dño. Quarta virt⁹ fuit charitas. quam demon strauit dum ait. Sm verbū tuū. Tunc enim omne cor suū. ⁊ omne esse. atqꝫ omne obtu lit volūtarie deo. Quapropter tantam dei gratiam in hoc actu recepit ꝙ sicut perfe ctiōes diuine oī intellectui sunt incompre hensibiles. sic pfectiones gratiarum quas beata vgo suscepit in conceptione filij dei solo diuino intellectui. ⁊ aīe xpi fuerūt cō prehensibiles. Unde crediť ꝙ ad illā abys sum imperscrutabilē omniū charismatū spūs sancti que in ipam dei genitricē descende runt in hora cōceptionis filij sui: intellect⁹ humanus vel angelicus nunꝙ potuit at tingere. Multa nāqꝫ plura operat⁹ est de⁹ in vgine ⁊ qdem grandia ꝙ ea que scripta sunt aut excogitata sm sniam diui. Hiero. in sermone ad Eusto. Pro cōclusione autē huius partis dico. ꝙ qꝛ btā vgo fuit purissi ma ⁊ nunꝙ aliqua peccati sorde maculata atqꝫ omnib⁹ virtutib⁹ redimita. meruit effi ci mater dei merito cōgrui iuxta illō Ans. in li. de cōceptu vginali. Decuit vt cōceptio illius hoīs de matre fieret purissima tanta puritate qua sub deo nequeat maior intel ligi ⁊c. Unde canit ecclesia. Beata viscera

Conclusio.

Marie v̄ginis que meruerūt portare eter
ni patris filium.

Pars tertia hui⁹ sermonis que dicit
filiationis.

u Et patere pōt ex p̄dictis. sicut
beata v̄go est vera mater dei.
v ita et dei fili⁹ est verus fili⁹ vir
ginis. ita q ipsa b̄ndicta v̄go
hz vnū et eundez filiū cū deo.

Triplex est filiatio. Notandū tñ p maiori declaratione p̄di
ctoꝝ. q quātū ad p̄ns spectat triplex repe
rit filiatio. s. naturalis legalis. et sp̄ualis. licz
quinqz genera filioꝝ distinguant a iuristis.
vt p3 glo. insti. de adop. i prin. et in aut. qb⁹
mo. na. effi. sui. §. ij. Filiatio naturalis est
qua qs efficit fili⁹ per carnalē gñationem
Maria habuit tres filios. Filiatio legalis est que fit per imperialem
adoptionē. Filiatio sp̄ualis est que fit per
sp̄ualem baptismi regenerationem. Et s̄m
hanc triplicē filiationez v̄go maria habuit
tres filios. Prim⁹ fuit xp̄s quem p natura
lem generationē habuit. quia eū de suis vi
sceribus generauit. Unde Gala. iiij. dicit
ap̄ls. Misit deus filiū suū natū ex muliere
etc. et Rom. j. Qui factus est ex semine Da
uid s̄m carnez. Ex qbus verbis habetur q
beata v̄go ex p̄genie dauid duxit originē.
Si em̄ xp̄s s̄m carnē ex semine dauid nat⁹
est. et in carne xp̄i nō fuit nisi semē v̄ginis.
manifestū est ipam ex semine dauid descen
disse. Non solū aūt hoc ostendit ex aposto
lica autoritate. sz etiaz ex testimonio eccl'ie
que errare nō pōt. Ait em̄. Natiuitas glo
se v̄ginis marie ex semine Abrae: orta de
tribu Juda clara ex stirpe dauid. Ostendi
tur etiaz hoc ex voce ipsius dauid p̄phete
ipsam exortātis vt Gabrieli assentiat. dicēs
in ps. xliiij. Audi filia et vide etc. Quia igit
beata virgo fuit mater filij dei. et ipse dei fi
lius ex tali maternitate tria consecuta est.

Maria ex filio Jesu tria cōsecuta est. Primo materne autoritatis imperium.
Unde Luce. ij. dicitur. Et erat subditus il
lis. Ideo Augu. inquit. Hoc singulariter il
la femina habuit vt sibi habeat nascēdi hu
manitate subditum quem non solum hu
manaverū etiam angelica natura venera
tur et adorat altissimū. Scd̄o consecuta est
misericordie et pietatis perfectū affectum.
Unde Ber. in quodā sermone inquit. Quā
tum viscera illa virt⁹ pietatis affecit. si qui
bus nouem mēsib⁹ pietas requieuit. nam
et ante mentem q̄ ventrem repleuit. et cum
ex vtero processit ab animo nō recessit. Ter
tio consecuta est sublimationē ad filiū. Un
Damas. inquit. Decuit matrez ad filiū sub
limari. vt ad ipm ascenderet sicut ipse ad
illam descenderat. Scd̄s filius beata vir x
ginis fuit Johānes euāgelista. qui fuit ei⁹
filius p imperialē adoptionē. Est aūt ado
ptio quedam legalis filiatio inducta ad so
latiū eoꝝ qui filios non habēt. l. cum eum.
C. de adop. et l. adoptio. ff. eodē titu. Quia
aūt beatissima v̄go erat in morte nr̄i salua
toris priuanda suo dilectissimo filio. idō ad
aliqualē ꝯsolationē eius: ip̄e imperator ce
lestis in tribunali crucis existens. publico
edicto Johannē matri sue in filiū adopta
uit dum ait. Mulier ecce fili⁹ tuus. Ex illa Johes hz tria priuilegia.
autē adoptione Johes tria priuilegia ha
buit. Primum est q factus est gabrielis ar
changeli socius. Un̄ Petr⁹ Damian⁹ inqt.
Johānes archāgelo Gabrieli ad custodiaz
dei matris socius est dat⁹. vt ille integram
v̄ginez inuisibilr custodiret. et iste forinsec⁹
fragilitati feminee obedientie sue ministe
rium exhiberet. Scd̄m est. q factus est ver
bo dei magis intim⁹. Unde idē doctor ait
Quāto iohānes familiarior cum matre dei
cōseruat: tanto vicinior verbo efficit. Ter
tium est q factus est quadā sp̄uali gratia
frater saluatoris. dicēte eodē doctore. Si
cut dixit dn̄s matri. Hic est filius tuus ita
dixit discipulis. Hoc est corpus meum. et
causatum fuit in illis verbis effectus. vt ili
co panis ille dn̄i eius fieret corpus. Ex qua
dam itaqz similitudine si dicere audeam⁹
beatus Johannes non solum filij positus
est nomine. sed p̄pter ista v̄ba dn̄ica quod
dam maius necessitatis sacramentum apd̄
beatā virginē meruit obtinere. Tertius y
filius fuit Johannes baptista. qui fuit ei⁹
filius per sp̄ualem baptismi regeneratio
nem. Ipsa enim eum baptizauit nō baptis
mo fluminis. sz baptismo flamis. sicut dic
Chrysosto. Cum enim beata virgo maria
salutauit Elizabeth: vox salutatiōis per au
res eius ingrediēs ad puerū descēdit: vir
tute cuius salutationis puer sp̄msanctum
accepit. Unde dixit Elizabeth b̄ndicte vir
gini. Ecce em̄ vt facta est vox salutationis
tue in aurib⁹ meis: exultauit in gaudio in
fans in vtero meo. Per illaz ergo virginis
salutationem recepit Johes sp̄ussctī infu
sionem. sicut p̄dixerat Gabriel angel⁹ patri
suo Zacharie Lu. j. di. Sp̄usancto replebi
tur adhuc ex vtero matris sue. Per illam

nāt spūssancti repletionē meruit a peccato originali emūdationē. Si ergo ad vocem salutatiōis marie puer spūssancto repletus est ab originali pctō purgatus: aperte claret ꝙ btē virginis spūalis filius effectus est. quia per spm̄sanctū per eā fuit baptizatus. Sciendū est igit̄ ꝙ btūs Jobes in vtero materno existēs. ꝟtute salutationis btē virginis quattuoꝛ ꝓrogatiua accepit. Primo exultationem: quia exultauit in vtero m̄tris audiēs melliflua verba btē virginis. Secūdo a peccato originali purgationem. vt. ādictum est. Tertio spūssancti receptionē. q. ia deū in vtero virginali esse cognouit. ⁊ illum vt potuit per illā exultationem in vtero adoꝛauit. Quarto spūssctī repletionē: quia nō solum ip̄e repletus est spūsancto ꝓphetico: sed etiā matrē repleri fecit. Unde Lu. j. Postq̄ dictū est ꝙ exultauit infans in vtero eius sequit̄. ⁊ repleta est spūsctō Elisabeth. ⁊ prophetauit ⁊c. Sed his duab⁹ vltimis filiationib⁹ dimissis cōcludamus nostrum sermonē in filiatione naturali dn̄i nostri iesu xp̄i ex virgine. de qua ⁊ de eius effectu loquēs Bern. inquit. Quāuis deus cū omnibus sit. spēcialiter tamen est cum maria: cū qua tanta vtiq̄ cōnexio ei fuit: vt illius nō solum voluntatē: sed etiā carnem sibi cōiungeret. et de sua virginea substantia vnū xp̄m efficeret. vel poti⁹ vn⁹ xp̄us fieret. qui licȝ nec tot⁹ de deo nec totus de virgine. totus tn̄ dei ⁊ totus virginis esset nec duo essent filij sed vnus vtriusq̄ filius. qui est benedictus in secula seculoꝛum. Amen.

Jobes baptista qt tuoꝛ ꝓrogatiua accepit.

De eiusdem benedicte virginis parturitione. Sermo. v.

Z G

tur. Quasi diceret. Quādiu xp̄s nō tenebā clau sus erā: ⁊ de vinclis exire nō poterā. Basi lius aūt dic. Si voces iustorū inquras. oēs sup h͡ mūdo ⁊ ei⁹ flebili mora ingemiscunt Heu mihi dicit dauid. qꝛ incolat⁹ meus ꝓ longat⁹ est. Amb. ꝟo inqt. Uide ꝗ iustū ve lut corpee carcere molis inclusū velle dis solui vt incipiat esse cū xp̄o. Sed q̄ vult di mitti veniat in tēplum. veniat in hierlm. expectet xp̄m dñi. accipiat in manib⁹ ꝟbū dei. ⁊ cōtēplet velut q̄busdā fidei sue bra chijs. tūc dimittet vt nō videat mortē q̄n viderit vitā. Grecus autē expositor ait. Sy meō bñdicebat deū īter cetera. ꝙ ꝓmissa sibi facta sortita erāt efficacie veritatē. Nā ꝯsolationē isrl oculis perspicere meruit ⁊ manib⁹ portare. hec ille. Desideriū eñ si cō pleat delectat aīam. Prouer. xiij. Et homo se reputat lucrari qñ qđ desiderat obtinet l. cū seru⁹. cū. ibi no. ff. de ꝯdi. cau. da. cau. nō se. Et iđ valde delectat⁹ est Symeon đ cōpletione ꝓmissi diuini. In pace aūt di xit se dimitti. Qꝛ de sanctis đr Eccli. xliiij. Corpa ipoꝝ ī pace sepulta sunt. Uñ dauid ps. iiij. dicebat. In pace in idipm dormiā ⁊ requiescā. Gre. ꝟo nisenus inquit. Quia postq̄ xp̄s culpā hostilē destruxit. nos q̄s patri recōciliauit. facta est translatio san ctoꝝ in pace. Orige. aūt dicit. Quis est qui de seculo isto recedit in pace nisi is q̄ intel ligit ꝙ de⁹ erat in xp̄o mundū recōcilians sibi. nihilq̄ habet inimicū deo. sed bonaꝝ pacē bonis ī se opibus assumpsit. Grecus ꝟo ait. Fuerat aūt sibi repromissum nō vi surū se mortē nisi prius videret xp̄m dñi. Et ideo impletū ostēdens subdit. Qꝛ vide runt oculi mei salutare tuum. Quod expo nens Hugo cardinalis sup Lucam dicit. Oculi scꝫ exteriores ⁊ interiores. Interio res deū. exteriores hoīem. q̄a ipm quē te nebat in brachijs: verū deū ⁊ verū hoīem credidit. ⁊ tandē visurum se facie ad faciē sperauit. Sicut etiā de Abraā dixit dñs iu deis. Abraā pater vester exultauit vt vide ret diem meū. vidit ⁊ gauis⁹ est. Johannis viij. Beati ergo fuerunt oculi Symeonis

Inqt eñ saluator discipulis suis Luce. x. Bti oculi q̄ vident que vos videtis. Dixit aūt Symeō. salutare tuū. i. xp̄m. de quo đr Luc. ix. Fili⁹ hoīs nō venit pdere sed salua re. Sequit aūt. Qđ parasti ante faciē oīm popoloꝝ. quia oēs populi eū desiderabant ⁊ expectabant. De iudeis eñ habet Esaie. lxiij. vbi ꝓpheta in ꝑsona omniū dicebat. Utinā disrūperes celos et descēderes. De gētibus aūt Gene. xlix. vbi đr. Et erit expe ctatio gentiū. Et Aggei. ij. Ueniet deside rat⁹ cūctis gētibus. De vtrisq̄ etiam Esaie lij. đr. Preparauit dñs brachiū sanctū suū in ꝯspectu oīm gētiū: ⁊ videbūt oēs fines terre salutare dei. Cyrill⁹ aūt dicit. Fuerat xp̄i mysteriū quod patuit in vltimis tēpo ribus scī preparatū ante mūdi ꝯstitutio nē. Uñ sequit. Qđ parasti ante faciē oīum pploꝝ. Grego. ꝟo inquit. Attēde etiā saga citatē digni ⁊ venerādi senis. anteq̄ dign⁹ videret hūc visionis prestolabat consola tionē isrl. vt autē qđ postulabat obtinuit. exclamauit se vidisse salutē oīm populorū Adeo infantis ineffabile iubar illustrauit eum vt pcessu tp̄is secutura mor sibi fie rēt nota. Theophil⁹ aūt addit. Signāter dicit. ante faciē. vt scꝫ oībus eius incarna tio appareret. Hoc autē salutare dicit esse gentiū lumē ⁊ gl'iam israel. Unde sequitur Lumē ad reuelationē gentiū: ⁊ gl'iam ple bis tue isarel. Qđ exponēs Athanasi⁹ ait. Gētes ante xp̄i aduentum in vltimis tene bris erāt constitute: ac cognitione diuina ꝑuate. Cyrillus ꝟo addit. Sed xp̄us adue niēs fact⁹ est lux tenebrosis ⁊ erraticis q̄s diabolica man⁹ ꝯssit. vocati sunt aūt a deo p̄re ad noticiā filij q̄ est lux vera. hec ille. De hoc aūt p̄dictū fuerat Esa. ix. vbi dicit.
F Pp̄s gentiū q̄ ābulabat in tenebris vidit lucē magnā habitātib⁹ in regione vmbre mortis lux orta est eis. Greg. aūt nisen⁹ ait Ideo signāter dixit. plebis tue. quia nō ab eis tm̄ est adorat⁹: sed insuper ex eis est ꝯm carnē natus. Beda ꝟo ait. Et bñ reuelatio gētiū israelis gl'ie preferf. quia cū plenitu do gentiū introierit tunc oīs israel saluus erit. Hec ille. Hoc aūt inqt Paul⁹ ad Ro. xj. Ugo autē car. vbi. s. exponēs hoc ꝟbū Lumē ad reuelationē gentiū ait. Nō ꝙ ob hoc ꝟbo hūit occasionem eccl'a vt cū lumi nibus faceret pcessionē. Est autē candela quasi quidā liber laicoꝝ eis ostendēs quas liter ignis charitatꝭ xp̄m in nr̄m seruitiū

expē i t. Un̄ τ nos debem⁹ ad hec attēdere vt ei lucē bonoꝝ opeꝝ repēdamus. Cōclu dēdo aūt hāc partē dico. ꝙ sctūs Symeō ī hoc cātico laudauit puulus iesum q̄drupli citer. Primo ꝙ sit pax. De quo Ephe.ij. dr̄ Ipse em̄ est pax nr̄a τc. et ad Col.j. Pacifi cans p sanguinē suū siue q̄ in celis siue q̄ ī terris sunt. Scd̄o ꝙ sit salu⁹. vn̄ Mat.j. di ctum fuit iosephi. Ipe em̄ saluuꝫ faciet po pulum suum a peccatis eoꝛum. Tertio ꝙ sit lumē. de quo Jo.j. dr̄. Erat lux vera que illuminat omnes hoīem venientē in hunc mundū. Quarto ꝙ sit glr̄ia. de quo inquit Dauid ps.xvj. Satiaboꝛ cum apparuerit gloꝛia tua.

Pars secunda huius sermonis que dici tur subiectionis.

B Oblat⁹ hodie facto se hūilem ostēdit

Quia prim⁹ angel⁹ τ prim⁹ hō lu mē grē amiserūt ꝓpter supbiaꝫ suā. lumē rape volentes diuine glr̄ie: piissim⁹ de⁹ hoīes q̄ i tene bris sedebāt hui⁹ mūdi. τ lumē celi videre non poterat. vt dixit Tobias ra phaeli angelo. Tob.v. decernēs illumina re. τ viā ducentē ad lumē glr̄ie verbo τ exē plo ei ostendere. lumen.j. verbū diuinū de lumine patre genitū misit in mundū obū bratum carne humana. ſm illud qd̄ ꝓmise rat per Eze. ꝓphetā ei⁹ li.xxxij.c.di. Soleꝫ nube regā.i. deitatē verbi nube humanita tis. Un̄ humanitatē docuit verbo cuꝫ dixit Mat.xj. Discite a me q: mitis sum τ humi lis coꝛde. Et hodie facto se ostēdit humileꝫ quādo in tēplo voluit p̄sentari ipe q̄ suos electos facit sibi tēpluꝫ ac vt quidā dicunt. quāq̄ sicl̄is redimi tanq̄ seru⁹ q̄ est domin⁹ vniuersoꝝ. τ p se sacrificiū offerri tanq̄ si esset pctōꝛ expiādus oblatione. q̄ cunctoꝛū pctā purgauit: a mr̄e virgine vt paruul⁹ et infirm⁹ est depoꝛtat⁹ q̄ immēsus oīa poꝛtat τ sustētat verbo virtutis sue. Unde Amb. Pāchu in s̄mone hodierno inq̄t. Offer bt̄a maria milita: virgo tanq̄ legē obseruans in tēplo quem tēadmi edidisti. vt nō oīb⁹ ſꝫ paucis reuele͏̄. Quis rat⁹am est iste quē genuisti. o q̄ pu⁹. o q̄ magn⁹ ē bro. af: quē pepisti. puus in hūanitate. magn⁹ in fecūer diuinitate puus in regno iudeoꝝ. magn⁹ ī clamat regno gentiuꝫ. Quis putas nobis posset in dicare inter huiuscemodi obsequia animi tui sensuꝫ cū hinc cerneres ex te natū tan tillū īfantē. illinc attēderes deū immēsum hinc creatū. illinc creatoꝛē. hinc infirmuꝫ. illinc foꝛtissimū. hinc alendū. illinc alētēꝫ hinc nō loquentē: illinc angelos docentē: quis inquaꝫ pectoꝛis tui arcana reuelare valeat q̄bus modis cogitatū ad vtrāq̄ fle ctebas. cū vnū dei atq̄ hoīs filiū i manib⁹ tenēs hinc adoꝛares vt dom nū. illinc oscu lareris vt puulum. Quis ad tam ineffabile miraculū nō obstupescat. Quis non pene elinguis fiat. Tenet puella in gremio suuꝫ τ oīm creatoꝛē. O admirandū spectaculuꝫ ad quod nō solū humana: verū etiā angeli ca stupescit natura hec ille. Hoc etiā est il lud lumē qd̄ ꝑparauit de⁹ pater ante faciē oīm populoꝝ: vt p suū exēplū omnis ꝑfe ctionis semitam nobis ostēderet. Ois em̄ xp̄i actio nr̄a est istructio. c. solēnitas. cl.ij. τ ibi glo. de ꝯse. di. j. τ. c. si sol⁹. viij. di. facit c. domin⁹ nr̄. lvj. di. τ. c. significasti. de elec. τ. c. deus oīpotens. ij. q.j. Ipse ergo xp̄s fuit luminare maius quod deus dedit no bis vt vniuersum oꝛbē illuminaret. Beata aūt virgo fuit luminare min⁹ cui⁹ vita incly ta cūctas illustrat eccl̄ias. Et ideo hodie in signū hui⁹ dan͂ candele accēse in mani bus fideliū. cādela em̄ rep̄sentat benedictā virginē. q: sicut in cādela est cera mollis τ ductilis significās hūilitatē. τ liciniū albū significās puritatē. τ lumē ardēs innuens charitatē. ita ipa in summo habuit ista per fectissime. in q̄b⁹ eā debem⁹ imitari: q: ei⁹ vitā nobis de⁹ dedit in exemplū. Unde. b. Tho. in. iij. par. summe. q. xxxvij. ar. iiij. ait: Sicut plenitudo grē a xp̄o deriuat͂ in ma trē. ita decuit vt mater ei⁹ humilitati cōfoꝛ maret͂. τ ideo sicut xp̄s lꝫ legi nō eēt obno xi⁹. voluit tamē circūcisionem τ alia legis onera subire. ad demōstrādū hūilitatis et obediētie exēplū. eadē rōne voluit τ mr̄em suā iplere legis obseruātias: q̄b⁹ tn̄ nō erat obnoxia. hec ille. Un̄ sciendū ꝙ ipa bn̄ dicta ꝟgo se subiecit triplici cerimonie le gis. Primo se subdidit legi purificatōis q̄ data erat mulierib⁹ generantib⁹ filios ſm modū naturalē. vt dr̄ in speculo histoꝛiali. Nam cōiter ois mulier cōcipit cū libidino sa delectatione qd̄ ꝓuenit ex coꝛruptione peccati primoꝝ parentū. Et ideo de⁹ oꝛdi nauit oēs mulieres sic cōcipientes debere purificar͂ ob hac immūdicia. Quā oꝛdina tionē voluit immaculata ꝟgo obseruar͂ vt se cōfoꝛmaret filio suo: q̄ cū esset innocen tissimus inter pctōꝛes reputat⁹ est. vt p̄di ctū fuerat Esa. liij. Et foꝛmā serui accepit in similitudinē hoīm fac.⁹. ad Phil.ij. O igit͂

C Quō cā dele si gnant mariā

D Quō ma ria sub iecit se triplici legi.

pfunda hũilitas atq̃ pfectissima obedientia gl'iose v̄gis qua meruit de diabolo pfectã victoriã reportare. Sicut em̃ diabolus vicerat euã inobedientē diuino mandato. ita ipa obediens illũ supauit. Scriptũ est em̃ Prouer. xxi. vir obediens loquit' victoriã. Scḋo se subiecit legi pũtatiõis. Un̄ sciendũ q̃ de ple nata duplex pceptũ tradebat' i lege. Unũ quidē gñale quãtũ ad oēs vt scz cõpletis dieb' purificatiõis matris: in tēplo psentaret' ⁊ offerret' p ea sacrificiũ siue esset mascul' siue femina. vt h' Leuit. xij. Et hoc quidē sacrificiũ vt inq̄t glo. sup Leuiticũ fiebat ad expiationē pcti. in quo ples erat ɔcepta ⁊ nata. q: regulariter oīs q̄ nascit' in originali pctõ nascit'. Et lz per circũcisionē pdictũ pctm̃ origĩale tolleret'. tñ etiã purificatio. ⁊ psentatio erat i dicta ad ɔfirmationē circũcisionis ⁊ maiorē delectiones fomitis infi' pcti. sicut etiã nūc lz p baptismũ tollat' pctm̃ origĩale tñ postea suscipit' sacrz ɔfirmatiõis ⁊ chrismat' baptizat'. c. s. ⁊ ibi glo. de ɔse. di. v. Un̄ inq̄t glo. in. c. miso. de sen. excõ. q̃ cõtemnens sacrm̃ confirmationis post baptismũ nõ est xp̄ianus. facit etiã ad hoc glo. in. c. veniens. de transac. Presentabat' q̃z ples in tēplo nõ tñ ad expiationem: sed etiã ad quandã consecrationē ipsius. Et ideo aliquid offerebatur, in holocaustuz ⁊ aliquid p peccato. Diuites em̃ offerebant agnum in holocaustũ ⁊ turturem aut pullum columbe pro pctõ. Pauperes vero par turturũ vel duos pullos columbarum: vnum in holocaustum: ⁊ alterum pro peccato. Si aũt querit' quare deus iussit offerri pullos columbarum ⁊ non columbas. Rñdet Ber. ⁊ Hugo cardinalis super Luc. q̃ hoc ideo fecit q̄a lasciuiam auem in tali etate offerri decuit p saluatore: in q̃ luxui apta non esset. Aliud v̄o erat pceptũ de primogenitis tã in hoibus q̃ in iumẽtis. Sibi em̃ dñs deputauerat omne primogenitum israel p eo q̃ ad liberationem populi israel percusserat primogenita egypti ab hoīe vsq̃ ad pec': primogenitis israel reseruat(: vt h' Exo. xiij. ⁊ Deut. xv. Primogenita aũt leuitarũ nõ redimebant': q: deputati erãt ad ppetuũ dei cultũ. Alij v̄o primogeniti aliarũ tribuũ redimebant' q̄nq̃ siclis argẽti. vt h' Nume. xviij. Et ideo aliq̄ dicũt btãm virginē redemisse filiũ suũ q̄nq̃ siclis. Sed alij ⁊ forte melius dicũt eã nõ redemisse euz: q: totalr' diuinis erat mancipat' officiis. ⁊ sacerdos erat in eternũ bm ordinē melchisedech. sic predictuz fuerat ps. cix. Et hec presentatio figurata fuit. j. Reg. j. q̄n Anna obtulit filium suũ samuelē dño corã hely summo sacerdote. Nã pari mõ immo excellẽtiori obtulit btã virgo filiũ suũ dño corã sancto simeone. q̄ fuit nõ solũ primogenit' ips' sanctissime v̄ginis. vt h' Lu. ij. sed etiã primogenit' in multis fratrib'. Ro. viij. ⁊ erit sanct' sctõz Dan. ix. Et iõ ipi soli ɔuenit pprie illud q̃d lex dicebat. s. q̃ oē primogenitum masculinũ sanctũ deo vocabit'. vt h' Exo. xiij. ⁊ etiã recitat' in euange. hodierno. Un̄ Greg. nizen' inq̄t. Solus aũt hic part' masculinus sanctus esse cõspicit' qui nihil de femineitate culpe portauit. Un̄ ⁊ gabriel q̄si hoc decretum ad ipsum solum pertinere memorans dicebat. Qd ex te nascet' sctm̃ vocabitur filius dei. ⁊ in ceteris quidē primogenitis sanctos illos vocari euãgelica solertia statuit tanq̃ oblatione diuina sortitos hmõi nomē. At in toti' primogenito creature q̃d nascit' sanctũ pnunciat angel' quasi ppue sctm̃ existēs. Ambro. q̃z idē affirmãs ait. Sol' p oia in natis de femina sanct' fuit dñs iesus. quē p figuram futuri mysterij legis diuine pscripta signabant. eo q̃ sol' sanct' eccl'ie virginis ad generandos populos aperiret genitale secretum: Tertio subiecit se beata v̄go cerimonie oblatiõis offerens p se ⁊ filio q̃d i lege fuerat ordinatũ. De qua oblatiõe facta p xp̄o admiratus sanctus Cyrillus exclamat dicens. O pfunditas sapientie ⁊ scientie dei offert hostias q̄ p singulas hostias honorat' cũ patre. Figuras legis custodit v̄itas qui legis est ɔditor. sic deus leges custodit vt homo. Un̄ sequit'. vt darēt hostiã bm q̃ dictũ est in lege dñi. par turturũ aut duos pullos columbaz. Sed hic q̄ri põt q̄dnam fecerit btã v̄go de thesauro illo quē obtulerũt magi filio suo in magna quãtitate. ⁊ quõ infra sic paucos dies a die Epiphanie sit facta, adeo paupcula q̃ non potuit emere agnum ad offerendum. Ad q̃d respõdet' q̃ ipa nõ fecit vt faciũt multi q̄ thesau: izãt in hoc mũdo ⁊ pauperibus nihil impẽdũt sed seruauit illud ps. cxj. Disp'sit dedit pauperibus. vñ nihil sibi reseruauit. Et ratio hui' põt assignari. Quia vt inq̄t Auerrois i li. de suba orbis. materia repleta vna forma non suscipit diuersas formas, verbi

K Proles erat sbiecta duplici legi.

L Precepta primogeniture.

M

Quid fecerit maria cũ thesauro xp̄o a regib' oblato.

gra. Pulpitū postq̄ habuit istā formā non pōt habere aliā manente p̄ma. Sic̄ vana mulier h̄ns frōtē meretricis nō pōt habere frontē seu faciē honestatis. ⁊ cor plenū im⸗mūdicia nō pōt esse plenū puritate. Cū igitur. b. v̄go fuerit repleta pietate circa p̄rimū ⁊ amore diuino: non potuit repleri cupiditate ⁊ amore rex terrenaꝝ. Et ideo dedit paupib⁹ ⁊ dispēsauit thesauꝝ p̄dictū vt sic pietatē erga p̄ximū cōseruaret. ⁊ scītatis formā nō amitteret p terrenoꝝ abūdātiā. Nouerat em̄ filiū suū amatorē esse paupertatis. ⁊ oculos ei⁹ in pauperē respicere. vt ait dauid p̄s.x. Et verā eē illā Sen̄. ad Lucillū sniam q̄ nemo ali⁹ est deo dignior q̄

N q̄ opes cōtēpsit. Sciebat q̄z q̄ onust⁹ pōdere auri x̄pm pauperē nō pōt sequi. c. socrates. x. q. ij. Sed p morali declaratione p̄dictoꝝ possent h̄ fieri sex q̄sita. Primum vn̄ mouet̄ offerēs hāc oblationē. Scd̄m p quē defert̄ talis oblatio. Tertiū q̄d est ista donatio. Quartū quo dirigit̄ tal' oblatio. Quintū cui dat̄ talis offerēda benedictio Sextū q̄ fuerit hui⁹ p̄ntationis associatio.

Un̄ debeat offerens moueri — Ad p̄mū r̄ndet̄ q̄ a betbleē mouet̄ offerēs istā oblationē. ad significādū q̄ quicūq̄ vult de se facere cū iesu sacrificiū primo recedere d̄z a bethleem. i. a cura carnis. qz ait ap̄ls Rom. viij. Si b̄m carnē vixeritis moriemini scz vita sp̄uali. Et iterū. Qui in carne sunt deo placere nō p̄nt. Licz em̄ antiqui doctores dicant q̄ bethleē interp̄tat̄ domus panis. tn̄ moderni interp̄tant̄ domū carnis. Qui ergo vult deo mūdā oblationez offerre: d̄z recedere de domo carnis idest sensualitatis ⁊ sollicitudinis t̄paliū. et

D — suare illō Gen̄. xij. vbi Abraā audiuit dn̄m dicentē sibi. Egredere de terra tua ⁊ de cognatiōe tua ⁊ de domo patris tui. Ad hoc etiā faciendū hortat̄ p̄pheta di. p̄s. xliiij. Obliuiscere pplm tuū ⁊ domus p̄ris tui. ⁊ ɔcupiscet rex sp̄ēm tuam. Domus aūt p̄ris n̄ri est caro quā a p̄re n̄ro recepimus. vt in ea q̄diu h̄ viuim⁹ habitem⁹. a qua domo

O — sp̄ual̄r recedere debemus. i. ab. ei⁹ concupiscentijs elōgari. Ad scd̄z dico q̄ Maria

Per quē oblatio d̄z deferri — ⁊ Joseph fecerūt hāc oblationē. Et hoc ad insinuandū q̄ ad b̄nfaciendū deb̄z te dirigere pura v̄go maria. i. pura ⁊ recta intentio. qz vt ait Amb. in lib. de officijs. Intentio tua opi tuo nomē īponit. ⁊ oīa denominant̄ a fine. ij. de aīa. ⁊. l. si is qui. xl. §. sed si opus. ff. ad. l. fal. ⁊. l. stipulatio. §. opus. ff. de opis no. nū. Et iō finis maxime est attēdend⁹. l. deniq̄z. ff. de mino. ⁊. l. papinian⁹. §. memisse. ff. de inoffi. testa. Debet q̄z vbi esse Joseph q̄ interp̄tat̄ accrescens vel augmētū ad denotandū q̄n q̄s aliquam deo oblationē facit apando aliq̄d boni p amore ei⁹. d̄z h̄re volūtatē crescēdi semp de bono in meli⁹. iuxta illud p̄s. lxxxiij. Ibūt de v̄tute in v̄tutem. ⁊ plus faciendi ad p̄ns si posset. Bona ei volūtas p facto reputabit̄ q̄n p nos nō stat q̄n eā effectui mancipem⁹ l. cum heres. §. stichus. el. ij. ff. de statu. li. ⁊ ad idē facit ter. i. c. dixi. ⁊ multis caplis sequentib⁹. de pe. di. i. Ad tertiū r̄ndet̄ q̄

P Quid debeamus offerre. — dn̄m n̄rm iesum x̄pm tulerūt ⁊ p̄ntauerūt deo. ad denotandū q̄ ille qui vult deo gratū sacrificiū offerre. deb̄z sibi dn̄m Jesum p̄ntare. i. vitā suam ipsius vite cōformare. Qui em̄ vt d̄r. j. Joh. ij. dicit se in x̄pm credere. d̄z sicut ille ambulauit ⁊ ip̄e ambulare. maxime in hūilitate cōsiderando q̄ ille qui est via. veritas ⁊ vita Joh. xiiij. se duci ab alijs tanq̄ ignarū p̄misit. Un̄ euangeliū inq̄t. Cū inducerent puerū iesum ⁊c. Et ille q̄ solus sct̄us ⁊ bonus est. tanq̄ immūdus voluit cū matre expiari. Et ille q̄ celo non capit̄ ⁊ oīa regit. hodie in vlnis senis

Q — se recipi ⁊ portari permisit. Ad quartuz r̄ndet̄ q̄ ad tēplū obtulerūt ad denotandū q̄ debemus ecclesias frequētare. ⁊ ibi orationes n̄ras deo offerre. di. p̄s. lxvij. In ecclesijs b̄ndicite deo dn̄o de fontib⁹ israel.

R — Ad q̄ntū r̄ndet̄ q̄ ad simeonē sacerdotē tulerūt. ad significādū p cui⁹ man⁹ debeat fieri sacrificiū n̄rm. qz p man⁹ Simeonis qui interp̄tat̄ obediēs. Quere ergo tibi in p̄rem sp̄ualē aliquē timoratū iustū ⁊ diuinis mādatis obedientez. quia male potest alijs p̄cipere q̄ non didicit obedire. Assume tibi aliquem ductorē in quo sit sp̄ūssanct⁹ q̄ sit antiquus. i. practicus ⁊ expertus. q̄ sit mūdus ⁊ libera vitijs. ne per malū exemplū vl' doctrinā pestiferam ad illa te inducat. Elige ergo virū irrep̄h̄ēsibilē sub cui⁹ gubernatione regaris. quia stat⁹ subditoꝝ est integritas p̄sidentiuz. c. miramur. lxj. distin. Contra v̄o languescēte capite cetera mēbra sub ip̄o dolent. c. sunt plurimi. et c. ex merito. vj. q. j. Et propter hoc leges ordinauerunt vt assumendus ad docendum alios. precellat ceteros moribus. l. magistros. C. de profes. ⁊ medic. libro. x. Ideo Seneca hortabatur Lucillum epistola

liij.dicēs. Illū elige doctorē quē mag; admireris cū videris q̄ cū audieris. Ad sextū rn̄det q̄ par turtur; aut duos pullos colūbar; simul in p̄ntatione xpi obtulerūt Si aūt dicam⁹ m etiā qnq; siclos p redemptiōe dederūt. h̄ fuit ad denotādū q̄ qnq; sensus corpis debēt offerre deo i sacrificiū vt quidā deuoti doctores dicūt. Ideo aūt euāgelista sp̄ūsctō ductus posuit disiunctiue par turturū: aut duos pullos colūbarū q: aliqbus cōuenit offerre turtures. aliquibus vo colūbas. Nec oēs volūt offerre turtures. nec oēs colūbas. Aliqui em̄ q volūt deo sacrificiū offerre ⁊ remanere i vita actiua ⁊ habitu laicali: secū debēt deferre par turturū. i. vnitatē. q denotat p vnū par. et fidelitatē q p turtures designat. Tu g̃ q in laico habitu vis te deo sacrificare. hua vnitatem vt non q̄ras vel seq̄ris sectas. diuisiones. ptialitates ⁊ huiusmodi. sed vnionē dilectiōis ⁊ charitatis dādo elemosynas ⁊ subueniendo p̄ximis. faciendo illud qd̄ d: Tob. iiij. Si multū tibi fuerit abūdāter tribue. si exiguū habueris. ex hoc exiguo communica. Serua q̄3 fidelitatē faciēdo illud qd̄ in eodē. c. d:. sc3 Attēde tibi ad oī fornicatiōe. ⁊ p̄ter vxorē tuā nō patiaris crimen scire. Serua fidē legēdo ⁊ audiēdo sacras scripturas audiēdo diuīa officia p̄dicationesq;. ⁊ illis credēdo opib⁹ adimple. Et sic offeres dn̄o par turturū. Alij vo volantes se perfecti⁹ dn̄o consecrare intrando religionē debent offerre duos pullos columbarū per binariū autē numerū q est principiū diuisiōis. designat q̄ tales debent esse diuisi. i. sepati a mūdanis. s3 inter se debēt esse q̄si vnū par. i. simul vniti ⁊ sine diuisione. Vñ inq̄t pp̄ha p̄s. cxxxij. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū habitare frēs in vnū. Colūbarū pulli sunt calidi s3 casti. ad innuendū q̄ religiosi debent esse calidi. i. feruētes in diuino amore: s3 puri ⁊ mūdi a carnalitate. huando illud Luc. xij. Sint lūbi vestri p̄cincti. ⁊ lucerne ardētes in manibus vris. Columbarū pulli nō volāt discurrēdo. sed clausi manēt in nidis suis. Sic ⁊ religiosi nō debēt discurrere vagi p ciuitates ⁊ villas nisi p magna necessitate vel vtilitate: q: religiosus ex̄ cellā suā vel monasteriū est sicut piscis ex̄ aquā. c. placuit. xvi. q. j. Debēt ergo remanere clausi i cellis ⁊ in claustris suis. q: loc⁹ est ɔseruatiuus locati. vt d: iiij. phyſic. Colūbe gemūt loco cātus. et ita religiosi debent lugere pctā sua. ⁊ dantiū eis elemosynas ne sint de illis q̄bus d: p̄s. cxxvi. Qui māducat; panē doloris. Debēt q̄; ɔsummare vitā suā in fletu ⁊ merore pnie. Vñ monachus d: a monos grece qd̄ latine d: vnus. ⁊ achos qd̄ est tristis q̄si vn⁹ ⁊ tristis. d. ca. placuit. xvi. q. i. Debz em̄ lugere in hoc sclo vt post mortē gaudeat i celo. iux̄ illud Verici samaritēsis li. ij. Una serena dies multor; nubila pēsat. Et luteū tergit qd̄ facit vnda solū. In illa em̄ felicissima die trāsit⁹ boni religiosi oīa mesticia in sempiternū gaudiū ɔuertet. Sicut etiā colūbe habitāt in cauernis petre. petra autem erat xp̄s vt ait apl's. i. Cor. x. Sic vita religiosorū d3 esse confixa in cruce cū xp̄o. vt vnusquisq; eorum dicere possit cū Paulo ad Gal. vi. Mihi aūt absit gl'iari nisi in cruce dn̄i nostri iesu xpi. Columbe habent collū variatū ac q̄si depictū ⁊ totū fulgens Et sic religiosi debent esse speculū aliorum ⁊ lux mūdi per bonū exemplū. seruando illud quod hortat saluator Mat. v. dicens Uos estis lux mundi. Sic luceat ⁊c. Joh. aūt andree i. c. vnico. de sacra vnctio. ponit septē p̄prietates columbe dicēs. q̄ significant septē dona sp̄ūsancti. ɔtra septē peccata mortalia. Sed hic de p̄prietatib⁹ alijs colūbe pertranseo. quia in. ij. parte rosarij sermonum. s̄mone. xxviij. parte. iiij. posui sedecim eius p̄prietates. Solum dicā illō quod inquit saluator Math. x. c. sc3. Estote simplices sicut columbe. vt possitis cum purissima virgine Maria hodierna die oblationem mūdam offerre.

Pars tertia hui⁹ sermonis que dicit declarationis.

Pro maiori declaratiōe p̄dictorū sunt videnda duo p̄mū est circa significationem sacramēti purificatiōis. scd̄m circa purificationem beate v̄ginis. Quoad primū dicit Fran. de may. vbi. s. q̄ s̄m sensu; mysticum mulier decubās in puerpio immūda. est aīa peccatrix q conce pit pctm̄ ɔsentiendo ⁊ peperit pficiēdo. De quo ɔceptu ⁊ ptu infelicissimo dicit Jac. i. Cōcupiscētia cū cōceperit parit peccatū. Pctm̄ vo cum consummatum fuerit generat mortē. Ista aūt mulier post talem partū immūdissimū ⁊ dolorosu; cōuertens se ad seipam ⁊ intelligēs peccatum p̄prium. debet p̄mo cōsummare suam immundi

Margin notes: S; Quid actiui debeāt offerre.; T; Quid pfecti debeāt deo offerre.; U; Moralis purificatio anime.

ciam septē dieb⁹.i.septē psalmis penitentialib⁹ quibus culpa abstergit. Quoꝝ primus est pctī recordatio assidua. sicut dicebat sctūs Ezechias. vt habet Esa. xxxviij. dū ait deo. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee. Scōs dies est pctī cōsideratio ꝓfunda vt intēte consideret quantū malū fecit in eo ꝙ dei maiestatē letaliter offēdit. sicut faciebat sctūs Dauid ps. xxxvij. di. Qm̄ iniq̄. meā annūciabo ⁊ cogitabo ꝓ pctō meo. Ad qḋ hortat propheta Hiere. ij. dicens. Uide vias tuas in cōualle. s. hūilitatis ꝓfunde. Tertius dies est pctī detestatio amara vt ibi peccasse displiceat et pctm̄ abhorreat. sic faciebat ps. cxviij. di. Iniquitatē hodio habui ⁊ abominat⁹ sum. Quart⁹ dies est pctī renūciatio ꝑfecta vt ꝓponat firmiter nūq̄ ad ꝑpetrata redire nec ꝑpetratis delectari. sicut illi qui letant cū male fecerint ⁊ exultāt in rebus pessimis. vt inq̄t Salomō Prouer. ij. Quint⁹ dies ē pctī lamētatio vt ploret et lugeat propter pctā cōmissa. sicut faciebat ps. qui dicebat ps. vi. Laboraui in gemitu meo laua. ꝑ singu. noctes lec. meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. De⁹ em̄ ex cōtritione plangenti pctā sua parcit ⁊ indulget. Ad qḋ applicari posset illud Ouid. in li. de pōto dicētis. Parcēdū ē aīo miserabile vuln⁹ habēti. Seduli⁹ etiā inq̄t. Culpa fugit. cedūt lachrymis delicta refusis. Satis aūt est dur⁹ cui⁹ mētis dolorē oculi carnis nequeūt declarare. vt ait Augu. de pe. dis. in. §. his auctib⁹. ⁊ al's allegat. c. sunt plures. Sext⁹ dies est remissiōis expectatio vt nō despet d̄ mīa dei q̄ ē maior oī culpa. sic desꝑauit ꝑdit⁹ ille Cayn q̄ dixit Gene. iiij. Maior est iniq̄tas mea q̄ꝫ vt veniā merear. Septim⁹ dies est remissiōis exoratio: vt rogare deum nō cesset ꝓ remissione tantoꝝ peccaminū dicēs cū publicano Luce. xviij. De⁹ ꝓpiti⁹ esto mihi pctōri. Et cū ceco mēdico. Iesu fili Dauid miserere mei vt in eodē. c. Lu. hr̄. Istis ṽo cōsummatis septē dieb⁹. s. i actib⁹ ṽtuosis quib⁹ immūditia pctī cōsumit. dꝫ ista mulier. i. aīa peccatrix octauo die circūcidere puerū quē pepit pollutū. i. sordidatū actū. Ista aūt circūcisio fit per actū cōfessionis in qua precidit pctm̄ sicut in circūcisiōe carnis ꝑputiū. De qua mētis circūsione dr̄ Deut. xxx. In illo die circūcidet dñs cor tuū ⁊ animā tuā. Et. x. eiusdē lib. c. inquit deus. Circūcidite ꝑputiū cordis vestri. Sꝫ post istā emūdationē septē dierū dicit lex. ꝙ illa mulier dꝫ manere ī sua purificatiōe trigintatrib⁹ dieb⁹. Isti āt. xxxiij. dies significāt vitā xp̄i q̄ vixit trigintatrib⁹ annis sicut docemur in euāgelio. qꝛ postq̄ꝫ est a peccato emūdata: nō pōt ꝑseuerare in bono nisi imitādo ea que xp̄s operat⁹ est in sua vita. sicut docet Augu. in li. de vera religione. Et tādem in fine istius vite ꝑcedētis ꝑ istos trigintatres dies: talis aīa offert sacerdoti nostro. idest xp̄o qui est sacerdos ineternū ₣m ordinē Melchisedech. ad ostiū tabernaculi idest ad introitū paradisi: duos pullos columbarū. i. intellectū ⁊ volūtatē fertilissimā fructib⁹ bonoꝝ opeꝝ. Uel ꝑ duos pullos colūbarū intelligit aīa et caro castissima. quibus oblationib⁹ talis aīa intromittitur ī tabernaculū patrie celestis ⁊ eterne felicitatis. Quoad scōm de purificatiōe ṽginis est sciendū. ꝙ vt legit in quadā historia. ⁊ etiam refert magister Albertus de padua in sermōe pn̄tis festiuitatis. Festū purificatiōis gl'iose ṽginis antiquit⁹ non fiebat. Tēpore aūt Iustiniani augusti apd̄ Cōstantinopolim facta est magna hoīum mortalitas. Cūq̄ꝫ plaga inualesceret. nec vllum remediū posset reperiri. reuelatum est cuidam sancto viro: vt. iiij. nonas februarij purificatio beate ṽginis celebraret: ⁊ sic oīs mortalitas cessaret in hoībus. Quā solēnitatē dū fideles celebrarent omnis pestis abscessit. Dicit quoq̄ꝫ Francis. d̄ may. vbi. s. ꝙ beata virgo post partū filij stetit in bethleē vbi peperat vsq̄ꝫ diē quadragesimū. in quo venit in Hierusalē ⁊ obtulit deo filiū in illo tēplo ī quo ipsa fuerat educata. In quo tēplo morabat Anna ꝓphetissa que diu ibi steterat. Nam vt habetur Lu. ij. Hec sanctissima mulier cum vixisset septeꝫ annis cum viro suo. trāstulit se post morteꝫ viri ad tēplū. ⁊ ibi morā traxit vsq̄ꝫ ad annos. lxxxiiij. Scōm aūt cōem opinionē habebat annos. xx. quando ad habitandū in templo accessit. Ex quo colligimus ꝙ in eo stetit annis. lxiiij. Cū igitur mater dñi ibi fuerit educata. Und̄ dicit. August. in quodā sermone. ꝙ Ioseph accepit eam de templo dñi. quo tēpore nullo dubitante erat ibi ipsa Anna ꝓphetissa. nam ad huc non transierat annus a tempore quo beata virgo fuerat de templo assumpta. Constat ꝙ ipā dei mater bn̄dicta fuit sub cura

Unde ⁊ qn̄ fit īstitutū h̄ festū

y Qd Symeō senectute detēt⁹ rñsuȝ acceperit a spūsctō

istius sanctissime prophetisse educata. hec Franci. Qui etiā ibidem inquit. ꝙ senectus scti Symeonis fuerat a deo detenta in hoc seculo ne transiret donec posset sanctis patrib⁹ in limbo detētis nunciare noua dnice natiuitatis. Queadmoduȝ aliqñ contingit nuncios retineri vt videāt rerū euentū ad certius nunciandū. Unde xpo viso dixit. Nūc dimittis ⁊c. Et tūc impleta fuit ꝓphetia Malech. iij. vbi de⁹ dixit. Ecce ego mitto angelū meū. i. Symeonē. qui ꝑparabit viā ante te. Et ibidē dr. Et statiȝ veniet ad templū sanctū suū dñator quem vos queritis ⁊c. Sicut eñ btūs Johānes prenūciauit patrib⁹ xpm ad inferna ventu rum ꝫm Gregoriū. Ita sctūs Symeō prenūciauit eum ad terrā venisse. Ipe eñ fuit primus q̄ illuc ꝑuenit de sanctis post xpi aduentū. hec ille. Tempore aūt istius Symeonis vt dicūt doctores erat communis opinio apud oēs intelligentes ꝙ imminebat aduētus xpi ꝫm signa a ꝓphetis ⁊ patriarchis data. Quapropter Symeō feruētius deū patrē rogabat pro emissione redēptoris. Et ideo vt dicit euangeliū occurrentis festiuitatis. Rñsum accepit a spūsctō. scȝ q̄ in ipo erat. vt dicit glo. non visurū. i. experturum se mortē nisi videret xpm dñi Un̄ dicere poterat illud Job. xix. In carne mea videbo deū saluatorē meū. Dicit autē magister Albertus de padua vbi. s. Notandum ꝙ rñsū nō datur nisi petenti ⁊ interroganti. vnde cum dicitur ꝙ iste homo recepit respōsum a spiritusctō. datur intelligi ꝙ frequēter cū suspirijs lachrymis et gemitib⁹ orādo clamabat ad altissimuȝ vt mitteret consolationeȝ Israel. ⁊ forte vba plorātis ⁊ orantis hec erant. O dñe quare tardas? quare faciē tuam auertis? obliuisceris inopie ⁊ tribulatiōis nostre. En eñ distulisti xpm tuum vsqȝ adhuc. sed instat tēpus opportunū: nūc ē expediēs. Mitte ergo saluatorē ꝑditis. captiuis redemptorem. ⁊ consolatorē mestis. veni dñe libera nos. scio autē quia nō longe ē tempus aduētus tui. ⁊ ideo nolo mori nisi te videam per quē mors inimica vincetur. volo viuere donec fontē vite āplectar: nolo ex hoc seculo recedere nisi tu venias ꝑ quem conditum est seculū. Quibus dictis: rursus ad lachrymas ⁊ gemit⁹ cōuertebatur deprecās deum vt hec suum desideriū adimpleret. Unde respōdit ei spūsanctus illō Dañ. x. Noli timere vir desideriorum: cōfortare ⁊ esto robustus. Dixit quoqȝ ei deus. Cōfide senior. vigorem sume. non te frangat etas grauior. nō te cōcutiat mors vicinior. non morieris nisi videas. nisi etiam tangas nisi vlterius āplexeris xpꝫ. Quo respōso senex sanctus valde confortatus est. ⁊ quasi iuuenis effect⁹ ex feruore. Sed de hoc latius dicetur in sequenti parte. que nullatenus ꝯtrariatur his que hic dicūtur. Nā potuit esse ꝙ sanctus Symeon multo tēpore rogauit deū pro missione Messie: quē tamē nesciebat de spūsancto cōcipi debere. ⁊ sic perseuerando in hac sua petitione tandem certificatus est. ⁊ respōsum habuit in egypto. vt in dicta parte sequēti dicet. Pro conclusione autē huius partis est sciendū ꝙ vt inqt Franci. de mayro vbi. s. exponēs illa verba euangelij hodierni. Postqȝ impleti sunt dies purgationis marie. in celesti patria quattuor gradus impletionis inueniūtur. quorum primus est ꝫm continē dus iustie exigētiā. ⁊ isto modo sunt plene anime sctōꝝ diuina gloria. qȝ data ē eis felicitas ꝫm exigētiam suorum meritorum de qua plenitudine ad litteram dicit ꝓpheta. ps. xv. Adimplebis mē leticia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsqȝ in finem Scd̄s gradus est ꝫm cōtinentis sufficientiam. ⁊ isto modo sunt plene gratie voluntates angeloꝝ. quia nō solum ꝫm exigētiā meritoꝝ. sed etiā ꝫm sufficientiam naturaliū donoꝝ acceperunt magnā felicitatē. vt dicere possint deo illō ꝓpheticū ps. lxxix. Repleti sumus mane misericordia tua: exultauimus ⁊ delectati sumus. Tertius gradus est secūdū continentis excellentiā vltra quam nihil capi pot est. ⁊ isto modo est plena donis gratie aīa vginis bñdicte quantū capere pōt. ꝙuis nullius angeli capacitas sit taliter sic adimpleta. De qua plenitudine sctissimus Gabriel Luce. j. inquit. Aue grā plena Quartus grad⁹ est ꝫm continētis redūdantiam. sicut aīa xpi a q̄ fluit fons gratie ad vniuersam ecclesiam. sicut testatur btūs Johānes. j. c. euāgelij sui dicens. De plenitudine eius nos oēs accepimus grām ꝑ grā. quā qdem grām communicauit matri sue. Quia vo qñ aliqd vas est totaliter plenū ꝫm totā suā excellentiā impossibile est illud ad aliquā ptē inclinari quin redūdet. Ideo quia mater dñi hoc modo est grā adimpleta: deuotis est pre

Quattuor gradus impletionis in xpia.

z

cibus iclinãda. vt sup nos redũdare faciat
de sua gratia. Rogemus. igitur ipsam pijs
simam virginẽ. vt sicut cõsolata est sanctũ
symeonẽ senẽ dum eum tangere ꝛ osculari
pmisit filiuꝫ suum. ita etiam dignetur no-
bis suũ impartiri patrociniũ. ꝛ impetrare
a paruulo suo iesu hanc pro nobis grã. ꝙ
si eum non possumus quia non meremur
A videre i hoc seculo, saltẽ feliciter videam⁹
in futuro.

Pars quarta huius sermonis qui dicit
consolationis.

De ei⁹ cõsolatione.

I Jꝫ beata ṽgo maria i hac die
habuerit aliquãtulus doloris:
habuit tñ pl⁹ ꝯsolatiõis. vñ vi
dendũ est i hac pte. Primo de
ei⁹ ꝯsolatiõe. Scdo d symeõis
exultatione. Quoad primũ dico. ꝙ qlibet
aia fidelis ds deuote cõtemplari quãto fue
rit benignitas saluatoris dñi nri iesu xpi.
ꝙ hodierna die ad tẽplũ velut pctõr voluit
deportari. ꝛ puul⁹ qdragĩta dieꝝ i sacerdo
tis manib⁹ pñtari. Cogita ergo o deuota
aia quõ infantul⁹ ips puuloꝝ more ppter
frigus plãgebat. ꝛ dic ei. O iesu dulcis. O
imperator mũdi. O saluator noster. Quid
plangis bone iesu. Quid ploras fili dei. O
peccator ecce ꝙ plãgit impassibilis pecca-
tũ tuũ. cogitabat nãq hodierna die dulcis
iesus ꝙ sicut nunc offerebatur in tẽplo. ita
alia vice offerri debebat in cruce ad colum
naꝫ. ad effusionẽ sanguinis. ad puncturas
spineas. ad mortẽ in medio latronum lan-
cea perforari. clauis trãsfigi ꝛ vitupose oc-
cidi. Flebat igitur ꝛ mater eius pijssima. fle
bat ioseph. ꝛ se a lachrymis continere non
poterãt videntes dei filium lachrymari. S
tamen tristicia ṽginis ꝛ sponsi sui ptinus
in cõsolationẽ versa est qñ in tẽplo existen
tes audierũt Symeonẽ ꝛ annã tanta pco
nia de paruulo iesu pdicantes. atq illum
tanq verũ deum adorãtes. o quanta ꝯsola
tio fuit tũc ipsius gliose ṽginis qñ suo spõ
so celesti cum indicibili humilitate ac reue
rentia obtulit filium suuꝫ bñdictũ. ac audi
uit sponsum suũ gratiose eius oblationem
suscipientẽ. atq ṽbis suis dulciter respon
B dentes. Possumus eñ deuote meditari.
ꝙ ipsa ṽgo bñdicta cũ puenisset ad tẽpluꝫ
gestans reuerẽter in brachijs nobilissimuꝫ
illum gigantellum speciosuꝫ forma p filijs
hominũ. genib⁹ flexis atq manib⁹ iũctis
cum pfundissima cordis deuotiõe oblatio
nem suã fecit di. O bñdicto e gratioso dio
E son lãcilla tua quella Maria. A cui mã-
dasti. lalta ambassaria. Che parturir douea
el tuo fio. Hora te offerisco el gran messia.
Questo gentil putino homo e dio. Riceue
adunche prego p cortesia. El saporito fru-
cto de vẽtro mio. E se lofferta mia ti he ac
cepta. Rimete ormay al homo el gran de-
fecto. Et benedire tipiaza sposo dilecto. El
mundo per lopeccato maledeto. Ad hec au
tem verba purissime ṽginis descendit lux
magna de celis. que illam ac puerum suuꝫ
cooperuit. repletũq est templũ gloria do-
mini. Audiuitq ipa benedicta virgo spon
sum suum celestem in hec verba sibi respõ
dentem. O Maria virgine pura. damisse-
la gratiosa. Sopra ognaltra creatura tu
sei bella e virtuosa. O chara mia e dilecta
sposa. tu hai cosi gentil figura. Tanto cla-
ra e laminosa. che li ragi solari obscura. O
Maria el tuo dono tanto me acceptato e
grato che per tuo amore perdono al mon-
do tristo e scelerato. e qualuncha di puro
core portarati deuotione. Li daro per tuo
amore leterna cõsolatione. Sia adunche
bona nutrice de mio fio delicato. E sarai
impatrice e regina del mio stato. O quale
gaudium. o quanta suauitas. o ꝙ immen-
se dulcedo. o ꝙ ineffabilis iocunditas tũc
animam purissime ṽginis repleuit. cum ex
vna parte audiret benignum sponsum suũ
hec sibi melliflua verba propinantem. Ex
alia ṽo videret multitudinem angelorum
copiosam filium suũ reuerẽter adorantem
Et alia autem teneret in brachijs ipm dul
cissimum filium suum suaues amplexus
eius collo. ac melliflua oscula ori suo dulci
ter imprimentẽ. Flebat sanctus Jo sep ex C
deuotione. audiensꝫ videns hec mirabilia
ꝛ totus cõsolatione replebatur. Post cõ so
lationẽ ṽo Marie ꝛ Joseph subsecuta est
cõsolatio sancti senis Symeonis. Pro cu-
ius melioꝛi declaratione est sciẽdũ ꝙ m̃ ma-
gistruꝫ histoꝛiaꝝ ꝙ Ptolomeus philadel-
phus rex egypti fuit valde studiosus ꝛ li-
broruꝫ cupidus. Unde sue bibliothece pre
fecerat quendam sapienteꝫ nomine Deme
triũ a quo cuꝫ qsiuisset numerũ libroꝝ qui
erant in sua bibliotheca. Respõdit adesse
libroꝝ. xxiiij. milia volumina. ꝛ cito posse ac
crescere vsq ad. l. milia volumina. Addi-
ditq nunciatũ sibi esse iudeos habere le-
gem, diuinã digito ipsius dei viui scriptaꝫ.

De bibliotheca Ptolomei.

pro qua summopere erat insudandū. vt ex hebreo in grecū traducta eloquiū. in arcanis regalib⁹ haberet. Sed nullū eē q̄ posset h̄ agere nisi natiōe hebreū. Nā theopōpus cū historijs quas scribebat hāc voluisset interserere: in amentiā versus est. Et ob eandē causam Theotectus fact⁹ est cecus Quare mi dn̄e rex Ptolomee tibi supplicādū est summo iudeoꝝ pōtifici. vt destinare dignet viros greca ꝛ hebraica lingua pitos. q̄ hāc legē de hebreo i grecū traducāt. Hoc aūt audiēs q̄dā ex ꝯsiliarijs regis aristeus nōie acicalamitati iudeoꝝ cōpatiēs subiūxit dicēs. Bonū est mi rex qđ Demetrius isinuat. sȝ vt facilius obtineas qđ impetrare opꝫ redde pōtifici captiuos quos detines iudeoꝝ. Cui⁹ ꝯsiliū placuit regi. et iudeoꝝ captiuos. cxx. milia liberauit. Jussitqꝫ dari eis. cxx. marchas auri vel argēti. Quo facto Eleazar summus sacerdos ei destinauit ex singulis. xij. tribub⁹ sex viros sapiētissimos vtraqꝫ lingua qui sunt numero. lxxij. vt legē diuinaȝ interptarent. Qui cum ad regē peruenissent facta prius magna disputatiōe ꝛ ꝓbato in ꝯspectu Ptolomei. q̄ tm̄ vnus est deus. date sunt singulis singule camere. ꝛ deputatis custodibus nullus alteri loqui vel scribere poterat. vel quouis modo aliq̄d insinuare. Et diuisa biblia. ꝯtigit Symeoni seni liber Esaie interpretandus. Qui cū venisset ad illuȝ locum Esa. vij. Ecce virgo ꝯcipiet ꝛ pariet filium. Stupefactus ac timēs ne Ptolomeus diceret in diuina scriptura esse mendaciū. q: impossibile videbat̄ q̄ v̄go ꝯciperet ꝛ pareret filium. abrasit ly virgo. ꝛ scripsit alma. hoc em̄ vocabulū aliq̄n idem significat qđ v̄go abscōdita. Aliq̄n alma idē est qđ sancta. ꝛ sic accipitur in. c. alma. đ sen. exc. lib. vj. ꝛ in. c. j. de reli. ꝛ ve. san. eodem li. vbi đr Alma mater ecclesia. ꝛ ita etiā acapit̄ i. c. antiquis. ix. q. iij. vbi đr. alme sedis nostre ꝛc. Et almus idē est qđ sanct⁹. Unde sanctus Benedictus đr almificus. j. c. sunt nō nulli. xvj. q. j. Aliq̄n alma idem est qđ pulchra vel excelsa. ꝛ ita accipitur in. l. j. C. ne gociatores ne militent. lib. xij. vbi đr. in alma vrbe. Nō solum aūt interptat̄ sancta vel pulchra vel excelsa: sed etiā nutriens vt ait Catholicon. De qua interpretatiōe tractat Archi. in. c. gloriosus. de reli. ꝛ ve. san. li. vj. vn̄ etiā illa q̄ non est virgo đr alma. ꝛ ita appellāt poete venerē q̄ virgo non fuit

Histo-
ria trā-
slatiōis
biblie p
lxxij. in-
terpetes.

qđ ostēdit Uirgilius qui in. j. Eney. introducit Didonē que enee inquit. Tu ne illa eneas quem dardanio anchise Alma venꝰ frigij genuit symeontis ad vndā. Cum aūt symeō scripsisset. ecce alma ꝯcipiet reppit postea diuinitus ibi scriptum. Ecce v̄go cōcipiet. Unde scđo abrasit virgo ꝛ scripsit alma. ꝛ iterum postea repperit scriptuȝ. Ecce virgo concipiet. vn̄ rursus ꝛ tertio abrasit virgo ꝛ scripsit alma ꝛ similiter postea repperit scriptum. Ecce virgo concipiet. ꝛ illa dictio virgo erat scripta l̄ris aureis. Quapropter cognoscens symeon hoc esse celeste mysterium. ꝓstratus in terram orauit dn̄m vt ei reuelare dignaretur quid nā hoc significaret ꝛ an mater redēptoris debebat remanere virgo i ꝯceptu partu ꝛ post partum rogauitqꝫ deū vt sibi cōcederet videre ipsam virginē cū filio anteq̄ moreretur. et respōsum accepit q̄ illa virgo pareret messiam filiū dei qui redimeret israel. ꝛ q̄ ipe nō morere donec ipm̄ recipet i vlnis suis ꝛ ꝓpter hoc đr in hodierno euangelio. Responsuȝ acceperat symeon a spū sancto nō visurum se mortē n̄ si videret xp̄m dn̄i. Et venit in spū in templū. vbi dicit glo. q̄ cū ibi beata virgo aduēnisset spūs sanct⁹ reuelauit Symeoni ꝛ dixit. Ecce symeon q̄ completum est desideriū tuuȝ. ecce q̄ iam videbis messiam tibi ꝓmissum vade igitur cito ad templū. ꝛ ibi euȝ reperies. ꝛ in brachijs tuis accipies ꝛ deuote adorabis. Cogita ergo o aīa deuota quāto cum gaudio ꝛ exultatione ac feruore sanctus ille senex Symeon ad tēplū ꝓperauit. ꝛ quāta cuȝ reuerentia saluatorē mūdi adorauit. considera etiā quāta fuerit bn̄dicte v̄ginis clemētia ꝛ benignitas que filiū suuȝ ipsi Symeoni osculandū ꝛ amplexandū liberaliter obtulit. vn̄ sequitur in euāgelio. ꝛ accepit eū in vlnas suas. O symeon quid agis. an forte nescis q̄ iste est qui terrā palmo cōcludit. Nōne ipse est queȝ celi celoꝝ capere nequnt vt đr. ij. Paral. ij. Quō ergo cū capis i brachijs tuis. o bn̄dicte senex tu compleuisti vnuȝ de maximis desiderijs que habebat beat⁹ Augustinus. Tria em̄ cupiebat que habere non potuit. s. videre romā in flore. Paulū predicantē. ꝛ xp̄m in carne. O cum quāta suauitate. cū quanta leticia. cū quāta dulcedine. ꝛ cum quāta teneritudine benedictum iesum in manib⁹ tuis suscepisti. Quam dulciter stringebas inter brachia.

Quō sy-
meōi fa-
cta fit
reuela-
tio.

D
Quāto
deside-
rio sy-
meō ad
tēplū ꝓ
perauit
videre
xp̄m.

Quā suauia figebas oscula. O deuoti xpīani rogemus ꝛ nos pijssimā virginē vt etiā nobis porrigere digneṫ sicut obtulit Symeoni puerū suū bn̄dictū: vt possimus eū amplecti ꝛ osculari. Arbitror aūt ꝙ sanctus ille senex symeō habēs dn̄m iesum in manib⁹ exclamauit ꝛ dixit. O bn̄dicte puer tu es creator meus. tu es deus me⁹. tu es redēptor me⁹. tu es expectat⁹ a cūctis gētibus. tu sanctoꝝ gl'ia. tu angeloꝝ dn̄s. Iste sunt manus que vniuersum orbē fabricauerūt. hi sunt pedes quoꝝ scabellum adoraṫ. Isti sunt oculi bonos ꝛ malos contemplantes. nūc vidente te oculi mei. nūc tractāt te manus mee. Nūc ergo dimitte me exire de hoc seculo vt vadā ad sctōs patres q̄ sunt in limbo ꝛ portē eis hoc bonū nouum. Dimitte me ne videā te in cruce suspēsum ne videā te inter duos latrones crucifixū. O Maria ecce ꝙ tuā ipsius aīam ptransibit gladius. que v̄ba lachrymādo dicebat sanctus Symeō ipi btē virgini. O quot gemitus. quot suspiria. quot lachryme ibi sunt effuse ab isto sctō sene vna cū ipa v̄gine ex recordatiōe passiōis xpi. Sed dimissa hac lugubri meditatiōe reuertamur ad exultatiōnē ipsi⁹ Symeonis. Credo eī ꝙ tanto gestiuit gaudio videns saluatorē mūdi ac eū in vlnis suis baiulans vt verbis exprimi non possit. O bn̄dcte senex quem accepisti in vlnis tuis. Nōne regem regū ꝛ dn̄m dn̄antiū: Quē ad tuū pectus dulciter deduxisti: nōne filiū dei: quē suauiter asperisti. ꝛ iocūdo vultu tibi arridentē ꝛ blādientē contēplat⁹ es: nōne creatorem vniuersi. ꝛ saluatorē mūdi: O felicia brachia. O btī oculi tui. O felices man⁹ tue q̄ meruerunt tanto priuilegio decorari. Decātabat ergo iste bn̄dictus senex ꝛ dicebat. Nūc dimitis seruū tuū dn̄e ꝫm verbū tuū in pace. Quia viderūt oculi mei salutare tuū. Viderunt nō ꝑ somniū. nō ꝑ fantasmata. non in figurā. sed viderūt corporaliter viderūt p̄ntialiter. viderūt certitudinaliter. viderunt facie ad faciē saluatorē seculoꝝ ac plasmatorem meū. O dulcis iesu. iam contentus moriar iam securus ex hac vita recedam. iam gaudens primos parentes cum patriarchis ꝛ ꝓphetis visitabo. ꝛ annunciabo eis ꝙ te palpabilem prebuisti in manib⁹ peccatoꝝ annūciabo eis ꝙ te tetigerunt man⁹ mee. ꝙ te amplexata sunt brachia mea. ꝙ viderūt te oculi mei. O si quis vidisset illū btm senem. postq̄ amplexato ꝛ adorato dn̄o recessit vt ad domū suā pergeret ꝛ ibi ex hac vita migraret. nō potuisset se a lachrymis pre deuotione cōtinere. Existimo enim ꝙ per viam ibat dulciter decantando. Nunc dimittis seruum tuū domine ꝛc. Et cū his dulcibus canticis cum ad domū suam peruenisset genib⁹ flexis in terram manibusq̄ ꝛ oculis in celum eleuatis grās agens deo de tanto mysterio sibi reuelato et ostenso feliciter migrauit ad dominum. cui sit honor ꝛ gloria in secula seculoꝝ. Amen.

Exultatio symeōis dū acciperet puerū.

Incipit pars nona huius sermonarij qđ Mariale appellaṫ. Hec autē pars hortus delitiarum siue paradisus voluptatis proprio nomine nuncupatur. Et in ea tractaṫ de beatissime matris dei assimilatione.

Sermo.I.

Peciose et delicate assimulaui te filia syō Hierem. vi. c. Inquit magister Bartholomeus pisan⁹ in suo mariali. Omnium rationabiliū ꝛ intellectualiū spiritū appetitus. studiū. solicitudo. ꝛ cura. etsi ad summi boni plenitudinē obtinendā velati imꝑfecti ad ꝑfectū. effectus ad cām. inquieti ad quietē. ꝛ q̄ sunt finis ad finē: tendat incitetur ꝛ pergat. prout experiētia cōmunicit pℏie pariter attestantur ꝛ sancti. Ad id vtiq̄ bonū percipiendū obtinendumq̄ sic humana natura inualida cernitur ꝛ ꝓbatur. vt gratia remota nec ad ipm̄ quereduꝫ assurgat. ꝛ intellectus attingere neq̄at naturalib⁹ cūctis fretus. Nostram ergo naturam ad deū participandū vt finē ab ipso autore omniū deo conditā ꝛ creatā. sed ad cōsequendū impotentē effectā tam peccato q̄ viribus cernēs ꝛ attendens altissim⁹ licꝫ lucem inaccessibilē habitet. vt ad ipm̄ hō haberet accessum tam ꝑ futuro q̄ in p̄senti tenebras posuit latibuluꝫ suū. videlꝫ carne se vestiendo humana. vt quē cernere hic in sua deitate non possumus. in nostra saltem mortalitate cōsistentē videremus. sed quo in loco hoc nostrū celebratum est gaudium vt deus nobis ꝑsonaliter vniret heretq̄ deus hō. et summa imis. terrenis celestia. ꝛ diuina mortalib⁹ necterētur. nisi in horto cōcluso. fōte signato. paradisi medio. thalamo veri sponsi. salomonis lectulo. cubiclo asueri. summi dei tēplo celo. lo

co ⁊ oraculo. ventre. scꝫ ⁊ vtero intemerate ꝟginis marie. Hoc in sole altissim⁹ tabernaculū locauit carnēqꝫ ex eius purissimis sanguinib⁹ assūpsit ⁊ vt gigas potēs ex ea ītegra manēte exiuit. ac se ꝑ filijs hoīs speciosus oclīs mortaliū vidēdū obiecit. Maria ꝗ cū mediū fuerit vt lux supna in pñti pāderet hoīb⁹ indubitāter est tenēdū ipās nūc in glīa esse portā. viā. scalā. ⁊ ianuā. vt deitas in patria cernatur beatifice ⁊ fidelīb⁹ referet. hec ille. Si igit btā ꝟgo a nob ꝗrat dicēs illō Esa. xl. c. Cui assilastis me? Non solū eā assilare poterim⁹ pdictis. sed etiā vnusqꝫqꝫ nostrū ei rndere poterit verba thematis nrī. Sup quib⁹ videbim⁹ qndecim assilationes ipsius bñdicte ꝟginis.

B Qō mr̄ dei assilatur paradiso voluptatꝫ ⁊ dr̄ hortus delitiaꝝ Assilatio. j.

Maria padis⁹ ꝑpter qui.

b Benedicta ꝟgīe dr̄ ī figura Gen. ij. Plantauit de⁹ paradisum voluptatis. i. Mariā. a pncipio. i. in partib⁹ orietis. scꝫ grē. In ꝗ posuit hoīeꝫ quē formauerat. q: de⁹ in ei⁹ vtero posuit xpm quē opatione spūssancti formauit. Ille autē locus est valde amen⁹. q: ibi sunt oīa illa que viridariū faciunt amenū. que etiā fuerūt in btā virgine. Et inter alia sunt qnqꝫ. Primū est diuersitas arboꝝ vñ dr̄ Gen. ij. Produxit de⁹ oēe lignū pulchrū visu ⁊ ad vescendū suaue. Ista aūt diuersitas arboꝝ fuit in matre dei que dicit Eccli. xxiiij. Quasi cedr⁹ exaltata sum in libano. ⁊c. Ubi ponunt sex differētie arboꝝ que fuerūt in ea. s. cedr⁹ contēplationis excelse. cypressus odorifere fame. palma glīose victorie. rosa patiētie. oliua mīe. ⁊ platan⁹ fidei pfecte. Platanus enī hꝫ folia ad modū scuti: ⁊ significat fidē. siue q: ad modus scuti hꝫ tres angulos. i. tres articulos pncipales quib⁹ credit in sanctā trinitateꝫ siue q: ad modū scuti defert ⁊ habet in sleua. i. in pñti vita. ⁊ nō in dextera. i. in btitudine. q: ꝰ est fides ibi visio ⁊ spēs. siue q: fides est nobis scutū cōtra diaboli tētamēta; vñ apls ad Ephe. vj. ait. In oībus sumentes scutū fidei vt possitis oīa tela inimici ignea extinguere. Non tm̄ autē in paradiso erat diuersitas arboꝝ. sed maxime fuit ibi a deo positū lignum vite in medio paradisi. Gen. ij. De quo sic dicit Aug. ꝟgo Maria paradisus ē. In cui⁹ medio positum est lignū vite. cuius folijs sanantur infirmi. cuius odor viuificat mortuos. cuius sapor dulcorat amaros. cui⁹ vmbra refrigerat miseros. cuius aspectus letificat angelos. hec ille.

C Scdo in paradiso fuit iocūditas riuuloꝝ. vnō Genes. ij. dr̄. Fluuius egrediebat de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. qui diuidit in quatuor capita. Iste fluuius paradisi est abundantia spūssancti ꝗ fuit copiosissime in Maria. ⁊ diuiditur in quattuor capita. q: vnū mittit ad contēplatiuos: dans eis gratiaꝫ ⁊ deuotionē orādi. Aliū mittit ad actiuos dans eis gratiā perseuerādi. Alium mittit ad platos: dās eis gratiā presidendi. Aliū ꝟo mittit ad subditos dās eis gratiā obediendi.

D Tertio fuit in paradiso aure tenuis grātū refrigerium. vnde Gen. iij. dr̄ de Adā. Cū audisset vocem dñi deambulātis in paradiso ad aurā post meridiem. Istud autē refrigeriū fecit in btā virgine spūssancti gratia. iuxta illud Luc. j. Spūssanctus superueniet in te. ⁊ virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. i. ab omni estu carnalis ꝯcupiscentie te refrigerabit.

E Quarto in paradiso fuit cantus auiū maxime spūaliū scꝫ angeloꝝ. qui laudē dei semp cantant. iuxta illō Job. xxxiiij. Cū me laudarēt astra matutina. ⁊ iubilarēt oēs filij dei. Iste igit aues idest angeli ad honorē bñdicte virginis decantauerunt in suo ortu. iuxta illō Hester viiij. Iudeis noua lux oriri visa est ⁊c. Cantauerunt etiā in suo partu dicētes. Gloria in excelsis deo ⁊c. Luc. ij. Itē in sua assumptione. vñ in figura pdictū fuerat. ij. Reg. vj. Deducebāt arcā dñi. i. beatā virginē cū iubilo ⁊ clangore tube. Et etiā modo cantant in sua glorificatione. ⁊ similiter xpus cum eis laudat matrē suā. iuxta illud Prouerb. vl. Surrexerūt filij ei⁹ ⁊ beatissimaꝫ predicauerunt. vir eius et laudauit eam.

F Quinto in paradiso terrestri fuit dulcedo fructuū. de quib⁹ licitū erat comedere. dicente dño Gen. ij. de oīi ligno paradisi comede. Unus tm̄ fruct⁹ fuit ꝓhibitus. de quo ibidem subdidit de⁹. De ligno aūt sciētie boni ⁊ mali ne comedas. Beata autem ꝟgo Maria meliorē ⁊ dulciorem fructum ꝓtulit. illuꝫ scꝫ de quo ipsi virgini dictum fuit Luc. j. Bñdictus fructus ventris tui. Iste etiā est fruct⁹ ille ꝗ inqt Joh. vj. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descendi. Fructus quidem scientie boni ⁊ mali fuit occasionaliter causatiuus mortis dicente domino Gen. ij. primis parentib⁹. Quecunqꝫ

se habentē ɀ oīs saporis suauitatem. Hec
autē diuina vitis inq̄t Eccl̄i. xxiiij. Ego q̄si
vitis fructificaui suauitatem odoris. ɀ flo-
res mei flores honoris ɀ honestatis. In q̄-
bus verbis ostendit qualis fuerit respectu
filij ɀ respectu sui. Primo em̄ respectu filij
ipsa fuit vitis que ꝓtulit fructū pulchrum
suauissimū ɀ odoriferum. ɀ ideo dixit. Ego
quasi vitis fructificaui. Primo aūt ꝓtulit
fructū pulchrum. quia fuit a deo patre san-
ctificata. ɀ ab oī imundicia preseruata. Si
em̄ terrenus agricola purgans vineā facit
vt fructū pl⁹ afferat. vt dicit̄ Ioħ. xv. Quā-
to magis celestis agricola sanctificando et
preseruando hanc vitem dignissimā ab oī
imperfectiōe ɀ supfluitate: facit eaꝫ super
oēs alias vites q̄ putatione indigent fru-
ctificare. Sanctificauit igitur deus pater
hāc vitem celestē. p̄mo in ei⁹ plantatione:
idest i sua conceptiōe. ɀ ideo ꝓtulit fructū

T

Qualis fuerit maria respe-ctu filij

magnū ꝛ pulchꝛū. Itē eā sctificauit i spūs/
sctī sup eā missione. ꝛ tunc ꝓtulit fructum
pulchꝛiorē ꝛ maiorē: sꝫ cū sctificauit eā splen
doꝛis sui. i. filij in ei⁹ vtero incarnatiōe. tūc
ꝓtulit fructū maximū ꝛ pulcherrimū. Se/
cūdo hec vitis fecit fructū suauissimum: qꝛ
fuit caloꝛe spūsſctī excocta. ꝛ iō dicit in ver
bis pallegatꝭ. fructificaui suauitatē. Tunc
em̄ vitis dulcē fructū ꝓducit qn̄ radius so/
lis ei⁹ vuā exurit. Et iō dꝛ Can̄. j. Botr⁹ cy/
pri dilectus me⁹ mihi in vineis engaddi.
Olim aūt loc⁹ ille vocabaꝛ oculus solis. qꝛ
sic dꝛ. sol recto radio locū illū respicit ꝓpꝛ
qḋ vuas illas valde exurit. ꝛ sic vinea illa
vinū suauissimū ꝓducit. iuxꝰ illud Can̄. ij.
Fruct⁹ ei⁹ dulcꝭ gutturi meo. Btā aūt ꝟgo
uit tota igne spūsſctī calefacta. vt ait Hie
ro. in ser. ad Eusto. ꝛ iō fructū suauissimū
tanꝗ optima vinea ꝓduxit. Vn̄ Can̄. vii.
dixit ei sponsus celestis guttur tuū sic vinū
optimū dignū dilecto meo ad potādum la
bijsꝗ ꝛ detētib⁹ illi⁹ ad rumināndū. Tertio
ista vitꝭ fecit fructū odoꝛiferū. ex eo ꝙ fuit
a dei filio imbalsamata. ꝛ iō subdit i ꝟbis
pallegatis. odoꝛis. Fili⁹ em̄ dei q̄ est veruꝫ
balsamū: nouē mensibus in ei⁹ vtero habi
tauit. ꝛ tādem de ipa in natiuitate exiuit.
Et iō ipa bene tūc dicere potuit ꝟba palle
gata. s. botr⁹ cypri ꝛc. Ille em̄ vinee illo tpe
balsamū producebāt: vn̄ ipsa fuit vinea en
gaddi. q̄ optimū ꝛ pfectissimū balsamū ꝓ
duxit. s. dn̄m nr̄m Jesum xp̄m. iuxta illud
Eccli. xxiiij. Sicut cynamomū ꝛ balsamuꝫ
ꝛc. Et ibidē. Quasi balsamū nō mixtū odoꝛ
me⁹. Sicut igiꝛ vitis aquā putrefactā con
uertit in vinum suauissimū ꝛ odoꝛiferū. sic
btā ꝟgo amorē mūdi qui est tanꝗ aq putri
da ꝯuertit i nobis in amorē dei q̄ est tanꝗ
vinū suauissimū ꝛ odoꝛiferuꝫ replēs aīam
suauitate deuotiōis. ꝛ ipsam inuitans ad
odorē sue imitatiōis. Quo gustato statim
exclamat dicēs illud Can̄. j. Trahe me post
te. in odorē curremus vnguentoꝝ tuoꝝum

H
Qualr
fuit ma
ria res/
spectu
sui.

Scḋo pricipaliꝛ dico ꝙ virgo bn̄dicta
ostēdit. qualis vitis ipsa fuerit respectu sui
cuꝫ vbi. s. ait. Et flores mei flores honoꝛis
ꝛ honestatꝭ. Flores em̄ ei⁹. i. ꝟtutes fuerūt
corā deo ꝛ hoib⁹ valde odoꝛifere. in tātū
ꝙ earū odoꝛ deū delectabat ita vt de ipso
dici possit illud Gen̄. viij. Odorat⁹ est dn̄s
odorē suauitatis. Hoies qꝫ recreabat. vn̄ḋ
Can̄. ij. dꝛ. Uinee florentes dederūt odorē
suū. Demones etiā effugabat. Ad qḋ appli
cari pōt illḋ Can̄. ij. Capite nobis vulpes
puulas q̄ demoliunꝛ vineas. nā vinea no
stra floꝛuit. Itē ipam in extasim rapiebat.
Vn̄ exclamabat Can̄. ij. Fulcite me floꝛib⁹
qꝛ amore langueo. Istos autē flores. i. ip/
sas ꝟtutes habuit cū fructib⁹. i. bonis ope
rib⁹. et ideo inqt vbi. s. flores mei fructus
honoꝛis ꝛ honestatꝭ. Sic ei flores oīno sūt
inutiles nisi fructus sequaꝛ. sic ꝛ i p̄e virtu
tes oīno sunt vacue si opa bona non subse
quanꝛ cū fieri possunt. Et iō inqt. apl's. ij.
ad Coꝛ. vj. Hortamur ne i vacuū grām dei
recipiatꝭ. De fructib⁹ aūt istoꝝ floꝝ btē vir
ginis dꝛ Can̄. vij. Videam⁹ si vinea floꝛuit
si flores fructus parturiūt. Ipsa em̄ nō ha
buit ꝟtutes ociosas. vn̄ de illa dꝛ Prouer.
vlt. Panē ociosa nō comedit. Qꝛ autē oīa
opa sua faciebat ad honorē dei. fuās illud
apl'i. j. ad Coꝝ. x. Siue comeditis siue bi/
bitis. siue aliqḋ aliud facitis: oīa in hono/
rē dei facite. ideo dꝛ ibi. fruct⁹ honoꝛis. q̄a
in omi ope suo gl'iam ꝛ honorē dei intēde
bat. qꝛ etiā opa sua faciebat ad vtilitatē et
edificationē ꝓximi. iō subdiꝛ. ꝛ honestatꝭ.
Eius em̄ opera tā honesta erāt. ꝙ oēs vi/
dentes atrahebāt. Ut em̄ inqt Tullius in
j. rheto. Honestū est qḋ sua vi ad se nos al
licit. ꝛ dignitate trahit. De hac etiam vite
pōt intelligi illud quod dꝛ Gen̄. xl. Uide/
bam corā me, vitem in qua erant tres ꝓpa
gines crescere paulatim i gemmas. ꝛ post
flores maturescere. Ex q̄bus ꝟbis habetur
ꝙ in ista vite fuerūt tres propagines. et in
q̄libꝫ ꝓpagine fuerūt tria scꝫ gēme. flores
ꝛ vue. Per tres propagines intelliguntur
tres in trinitate psone. p alia tria q̄ fuerūt
in ꝓpagine itelligunꝛ tres i xp̄o substātie.
Ista igiꝛ vitꝭ scꝫ ꝟgo bn̄dicta habuit tres
ꝓpagines in se. i. tres psonas diuinas. per
sonā. s. patris qui xp̄i incarnationem in ea
fecit. psonā qꝫ spūssancti q̄ sicr p grām suā
in tali gn̄atione coopatus est. Item psonā
filij dei. qui in eius vtero hūanat⁹ est. In
illa autē ꝓpagine. i. in xp̄o fuit gemma fue
rūt ꝛ flores. ꝛ vua. i. natura diuina. aīa ꝛ ca
ro. Per gemmā em̄ que est p̄ncipiū floꝛum
ꝛ fructum intelligiꝛ eius diuinitas. que est
causa ꝛ p̄ncipiū oīum rerū. vn̄. interrogat⁹
xp̄s a iudeis quis esset: Rn̄dit principium
q̄ ꝛ loquoꝛ vobis Joh. viij. Per flores aūt
intelligitur eius anima que oīm virtutum
odoꝛibus fuit plena. Unde de illa dici po/
test illud quod propheta predixit ps. cū

Tanq̄ flos agri sic eff olebit. Per vuas ῾vo
intelligit ei⁹ caro q̄ fuit plena musto.i.san
guine p̄cioso.⁊ tandē fuit posita in torcu-
lari crucis.⁊ inde emanauit mustū nostre
redēptionis.vnde qn̄ angeli dixerunt xp̄o
illud Esa.lxiij.quare rubrū est indumentū
tuū sicut calcantiū in torculari. Ip̄e r̄ndit
Torcular calcaui solus ⁊c. De ista etiam
vite pōt exponi illud qđ ḋr Judicū.ix.vbi ī
parabola recitat̄.ꝙ ierūt ligna vt vngerēt su
pra se regē.⁊ dixerūt ficui oliue ⁊ viti vt eis
imperarēt.Que cōsentire noluerant. R̄n-
dit em̄ ficus ꝙ nolebat deserere dulcedinē
suā. Oliua ῾vo ꝙ nolebat deserere pingue-
dinem suā.vitis aūt inq̄t.ꝙ nolebat dese
rere suā iocunditatē. Per ista em̄ tria.s.fi
cū.oliuā.⁊ vites.intelligit̄ beata v̄go. Ip̄a
em̄ ḋr ficus p̄pter dulcedinē sue pietatis ⁊
mie. Item oliua p̄pter pinguedinem sp̄ūa
lis gratie Vitis ῾vo p̄pter leticiam iocundi
tatis interne.ligna aūt siluarū fuerunt iu-
dei duri ⁊ inflexibiles ac siluestres q̄ liben-
tius voluissent ꝙ beata virgo fuisset prin-
ceps sue synagoge q̄ꝫ xp̄i eccl̄ie. Et ideo di
xerunt ei. Ueni impera nobis.i.veni ⁊relin
quas xp̄m tuū ⁊ sis dn̄a synagoge nr̄e. Sꝫ
ip̄a dn̄a renuit.q2 si h̄ fecisset amisisset dul-
cedinē sue pietatis.⁊ pinguedinē gr̄e sp̄ūa
lis.⁊ leticiā interne iocunditatis. Propter
quod pater suus dauid p̄ multos annos an
teq̄ꝫ nasceret̄ eā admonuit vt synagogam
omnino dimitteret.⁊ xp̄o regi filio suo sem
per adhereret.dicens ps.xliiij. Audi filia ⁊
vide ⁊ inclina aurē tuā:⁊ obliuiscere pp̄l'm
tuū ⁊ domū patris tui.Et concupiscet rex
decorē tuum.qm̄ ip̄e est dn̄s deus tuus. O
igit̄ v̄go beatissima.quantū nos xp̄iani ti-
bi obligati sumus.q̄ vitis illa fuisti que il-
lud dulcissimū vinū protulit quod letificat
deū ⁊ hoies Judicū.ix. De qua vite nunq̄ꝫ
verificatū illud Esa.xxiiij. Infirmata est
vitis. Nec illud Hiere.viij. Nō est vua in vi
tib⁹. Tu em̄ nunq̄ꝫ infirmata es per pctm̄.
⁊ semper plena vuis fuisti ī virtutum. Bea-
tus igit̄ ille de quo dici poterit illud Gen̄.
xlix.ligans ad vitē asinū suū.i.corpus suū
ad imitādā castitatē btē v̄ginis astringēs.
Beati oēs nos si de vnoq̄ꝫ nr̄m dici poterit
illud.iij.Reg.iiij.⁊ j.Macha.xiiij. Unus
quisq̄ꝫ redi: sub vite sua. O reqes suauissi-
ma sub hac diuina vite requiescere.⁊ de dul-
cissimo illius fructu cape ⁊ comedere. Non
solū aūt hec benedicta virgo ḋr vitis.sꝫ etiā
vinea dei electa quā ip̄e plantauit.vt dicit̄
Esa.v. Unde ip̄e ait Hiere.ij. Ego te plāta
ui vineā electam. Et ideo eius filius se ap-
pellat vitem Jo.xv.dicens. Ego sum vitis
vera.s.in hac vinea nata. Sed heu quia de
multis cōqueri̅t dei fili⁹ dicēs illud Esa.ij.
Uos deuastati estis vineā meā. Et nos di-
cere possum⁹ dn̄o nr̄o iesu xp̄o illud Hiere.
xij. Pastores multi demoliti sunt vineā meā
De q̄libet etiā p̄phanante p̄ceptionē btis̄si
me v̄ginis.⁊ ip̄ius innocētie cultū ac vene
rationē p̄sternēte conq̄rit̄ idē saluator di-
cēs illud Johelis.j. Posuit vineā meam in
desertū. Beatus aūt ille de quo dici poterit
in morte sua illud Prouerbi.vlt. De fructu
manuum suarum plantauit vineam. Pone
igit̄ me o dn̄e deus custodem in hac vinea
tua. Nō em̄ dicā. Uineā meā nō custodiui.
Can̄.j. Sed sepe circūdabo eā.⁊ fodiam in
ea torcular.⁊ ī medio ei⁹ edificabo turrim.
Matth.xxj. Ut eā deuastare nō possint be
stie agri. Tu ergo clemētissime de⁹ q̄ dicis
nobis illđ.iiij.Reg.xix. Plantate vineas ⁊
comedite fructus earum. Qui etiam dixisti
Eze.xxviij. Plantabunt vineas ⁊ habitabūt
confidenter. Et Amos.ix. Plantabunt vi
neas ⁊ bibent vinum earum.⁊ Mich.iiij.
Sedebit vir subt⁹ vineam suā.⁊ Zach.iij.
Uocabit vir amicū suum subter vineā suā.
Et eiusdem libri.c.viij. Uinea dabit fructū
suum.⁊ Malach.iij. Non erit sterilis vi-
nea in agro. Da mihi istam vineā tuā ferti
lissimā vt faciā eā mihi hortum electuꝫ.iij.
Reg.xxj.vt mediante tua gr̄a per laborem
et ministeriū meū crescat hec vinea ī deuo
tione fideliū.ita vt verificet̄ de illa qđ dici
tur Eze.xvij.s.creuit ī vineā latiorē. Tu igi
tur paterfamilias qui plantasti vineam.
Luc.xx.⁊ Ma.xx. Qui existi primo mane
conducere operarios in vineam tuā. Mat.
xx.q̄ dixisti eis. Ite ī vineam meam:⁊ quod
iustum fuerit dabo vobis.vt ī eodem.c.ha
betur. Dic etiam mihi illud Mat.xxj. Fili
vade hodie opari in vineā meā. O suauis
opatio. O dulcis labor. O melliflua cultu
ra huius vinee ex qua colligit̄ vinum illud
quod est exultatio aie ⁊ corporis. Eccli.xxj.
De quo vino verificabit̄ illud Prouer.iij.
⁊ Johel.ij. Uino torculari redundabunt.
⁊ illud Hiere.xiij. Omnis lagūcula imple-
bitur vino.⁊ illud Esa.xxiiij. verificabitur
de nobis.s.cū gaudio bibēt vinū. Ip̄a em̄
v̄go btis̄sima vxor tua q̄ ē sicut vuis abun-

dans in lateribus domus tue. ps. cxxvij. nobis continue pfert vinū suū dulcissimū dicēs. Bibite amici mei et inebriamini charissimi. Canticorum. v.

Qd beata virgo dicitur nardus. Assimilatio. xiij.

y Nardus figurat beatā virginē. in cuius persona canit ecclia illud Cañ. j. Dum esset rex i accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Sup quib⁹ verbis tria sunt videnda pmo qd sit nard⁹. scdo quis sit iste regis accubitus. tertio qs sit iste odor tam gratus.

Circa primū notandum est, qd nardus est herba parua odorifera calida. et virtuosa. vt inqt Isid. xvij. li. etym. Inquātū aūt est parua significat gliose vginis pfundam humilitatē. q licet vtutib⁹ et nobilitate esset maxima. et in mrem dei electa: semp tñ se reputauit paruā et abiectā ex humilitate. et propterea a diuia gratia fuit respecta. iux illud Luc. j. Respexit humilitatem ācille sue etc. Inquantū vo est odorifera significat eius vginitatē. cui⁹ memoria deo et hoib⁹ fecit odorē, iuxta illud Sap. iiij. O q pulchra ē casta generatio cum claritate. Immortalis est em memoria eius. qm apud deum nota est et apud hoies. Inquantū autē est calida significat beatissime vginis feruentē charitatē. qua tāta fuit qd deū de celo ad terrā traxit. Uñ Aug. exclamat di. O charitas q magnas vires habes. deū de celo ad terrā deposuisti. Inquātum vo est vtuosa denotat eius pietatē. Uirtus aūt nardi siue spice eius sm Dialco. et Platearius. et sicut dr in li. de ppri. herbarum: est. qr cerebrum et stomachū atq cor debile confortat. Inflaturam qz stomachi deprimit. et fluxum ventris restringit. Et similiter pietas gloriose virginis confortat in tribulatione. deprimit cor ab elatione. et restringit ventrem a carnali delectatione. Possumus qz dicere qd quia in cerebro est sensus. in stomacho appetitus. et in corde amoris affect⁹. Xps quasi spica nardi sensum nostrū cōfortauit. per fidem. appetitum excitauit per spem. et affectum inflāmauit per charitatē. Docuit em nos cognoscere diuina. appetere superna. et diligere eterna. et docuit nos in deum credere: in ipsoq confidere et eū amare. Item nardus siue spica eius masticata humorem lingue desiccat. et surditatē aurium sedat. et quia incisiua et decisiua ē vsq ad intima penetrat. Unde et lapidē frāgit. vt dr in li. de ppri re. et hec oia competūt beate vgini. que suo exemplo nos docuit linguam cōtinere. aures deo aperire. et gladio doloris aīam penetrare. si quidem em pauca et rōnabilia dixit. Aures angelo diligēter apuit et tpe passiōis filij sui eius aīam doloris gladius pertrāsiuit. In primo docuit nos humorē lingue desiccare. i. lubricitatē loquacitatis refrenare. quia os lubricum operatur ruinas. Prouer. xxvj. In scdo ab aurib⁹ cordis surditatem fugare. ne forte verificet de nobis illud ps. cxiij. Aures habēt et nō audiēt. et illud ps. xxxvij. tanq surdus nō audiebā. In tertio aūt docuit nos gladio verbi dei vel doloris de pctō aīam perforare: ita vt lapis. i. cordis lapidei duricia. iuxta illud Job. xlj. Cor eius indurabitur quasi lapis. frangat et dirumpat. et verificetur illud ps. ciiij. Dirupit petrā et fluxerunt aque scz lachrymarum ex contritiōe. Circa scdm principale est sciendum. qd iste rex xps habuit inter alias quattuor accubit⁹. Prim⁹ quem semper habuit et habebit est in sinu patris. iuxta illud Jo. i. Unigenitus qui ē in sinu patris ipe enarrauit. Scds est vter⁹ matris. de quo ipa inquit Eccli. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Tertius fuit lignū crucis: in quo ipe xpus accubuit et obdormiuit. Unde ei dr: Cañ. j. Indica mihi vbi cubas in meridie. Ad litteram em in meridie acubuit in cruce. Et hoc ei pdictū fuerat i persona Jude Gen. xlix. vbi dr. requiescens accubuisti vt leo. Ipe em fuit leo de tribu iuda Apoc. v. Ad pdicta etiam amplicari pōt illud Nume. xxvij. Accubans dormiuit vt leo. Quartus accubit⁹ est cor hominis. in quo xps p veram fidem habitat et requiescit. iux illud ad Eph. iij. habitare xpm pfidē in cordibus vestris.

Circa tertium principale est videndum quis sit iste odor tam gratus. pro eo qd dicitur. Nardus mea dedit odorem suum. Ad quod respondetur qd dum esset rex. i. xpus in accubitu suo. i. i sinu patris. odorē dedit Marie humilitas. que ipm adeo delectauit qd ad eis vterū descendit. Cum enim se humiliauit di. Ecce ancilla dñi etc. statim christus de sinu patris ad eius vterū venit Dum aūt esset iste rex i secōdo accubitu. i. in vtero vginis. odorem dedit marie virginitas. quia xps in vtero matris virginitate ipsius et puritate pascebatur, iuxta illud

Marginalia: Quid sit nardus. — Uirtus nardi — z Accubitus xpi qttuor. — a Odor nardi gratissimus

Cañ.ij. Qui pascit inter lilia. i. inter pudi- ca ꝛ ꝟginitate fragrantia btē ꝟginis visce ra. Dum ꝟo iste rex esset in tertio accubitu idest in ligno crucis. odorem dedit marie charitas. que tāta fuit ꝙ iuxta crucem filij stabat parata pro humanogenere martyꝛ ū sustinere. Uñ Amb. sup Lu. inquit. Fortas se qꝛ cognouerat ꝑ filij mortē mūdi redem- ptionē futurā putabat aula regalis se sua morte publico iuri aliquid additurā. In quantū autem iste rex est in q̄rto accubi- tu. i. in corde hominis. odorem dat marie pietas que nunꝗ desinit. sed semꝑ deū ad mīam ꝛ pietatem inducit. Unde. Hugo de sctō victore in quodam ꝫmone ait. Maria est stella. xp̄s sol. Et ideo pctōꝛes velut in nocte a maria consolant. iusti ꝟo tanꝗ in die a xp̄o illuminant. Itaqꝫ si pertimescis supplicaturꝰ ad xp̄m accedere. ad mariam respice. genꝰ tuū conspicis nihil illic qđ ti- meas inuenis. Ex quibꝰ omnibꝰ patet ꝙ bene ꝓprietates nardi odorifere fuerūt in btā virgine. Si aūt Magdalena frangens alabastrū nardi spicati preciosi. vt habetur Mar. xiiij. repleuit totā domū ex odore ip- siꝰ vnguenti. vt dꝛ Joh. xij. Quanto magis illa q̄ coram deo fregit alabastrū cipri cum nardo. ꝛ nardi cū croco. fistulaqꝫ ꝛ cynamo mo cū omnibꝰ primis vnguētis. Cant. iiij. dedit et odorē suauissimū. De ipsa igit btā ꝟgie semꝑ dici potuit illđ Tibulli. Illiꝰ pu ro distillāt tempora nardo.

Qđ beata virgo figurat per galbanū Assimilatio. xiiij.

B. Inquit gl'iosa dei gēitrix Eccli. xxiiij. Quasi storax ꝛ galbanus ꝛ vngula ꝛ gutta vaporaui ha bitationē meā. Assimilat autē galbano rōne arboris. liquoris ꝛ virtutis. Primo rōne arboris. Arbor em̄ siue planta ex qua ꝓcedit galbanꝰ dꝛ feru la ꝫm Isiđ. xvij. lib. etymol. ꝛ dꝛ ferula vt idē dicit a feriendo: qꝛ pueri ꝛ puelle solent de ramis hmōi vapulare. l. j §. impuberes ff. ad sille. ꝛ. c. felicis. §. cū autē. de penis. li. vj. Bene ergo virgo bñdicta dicit ferula quia diabolū ferijt. Diabolus em̄ habebat magnā potentiā magnam astutiam ꝛ ma- gnā maliciā. Ipsa ꝟo contriuit eius poten tiam: sicut ꝑdictū fuit Gene. iij. dū ipsi dia bolo dñs ait. Ipsa cōteret caput tuū. Con- fudit quoqꝫ eius astutiā. iuxta illđ Judith xiiij. Una mulier hebrea confusionem fecit

Galba- nꝰ. i. fe- rula.

in domo Nabuchodonosor ꝛc. Itē deiecit eius maliciā. iuxta illud quod in ipsius per sona dicit eiusdē lib. c. ix. Erit memoriale noīs tui cum manus femine deiecerint eū

Scđo assimilat galbano ratiōe liquo ris qui dicit galbanꝰ a galla quod est lac. Est etiam pigmentū ex illo succo ꝛ diuer- sis speciebus confectū. Itē ē gutta magni odoris. Unde Exodi. xxiiij. dicit Moysi a dño. Sume tibi galbanū boni odo is. De qua spē facit mentionem Lucanus lib. ix. di. peregrinaqꝫ galbana sudant. Per istam autem speciem signif catur virgo beatissi- ma. q̄ ad instar lactis fuit alba. idest pura ꝛ munda. iuxta illud Cant. v. c. Oculi eius sicut colūbe super riuos aquarum que lacte sunt lote. Ipsa em̄ fuit columba ꝓpter sim plicitatē ꝛ sincerā intentionē. ꝛ fuit super riuos aquarū ꝓpter gratie plenitudinem ꝛ fuit lota lacte propter maximā puritatē vnde illi dicere possumus illud Cant. iiij. Mel et lac sub lingua tua. Et ipsa dicere potest deo illud Job. x. Sicut lac mulsisti me. Instar quoqꝫ pigmēti fuit diuersis vir tutum aromatibus plena. Unde Cant. iij. de illa dic t. Que est ista que ascēdit ꝑ de- sertum sicut virgula fumi ex aromatibus ꝛc. Itē est ꝛ fuit tota odorifera. ꝛ ideo illi dicit. Odor vnguētoꝝ tuoꝝ super omnia aromata. quia eius odor ad instar cynamo mi confortat cor contra ictus tribulationū ꝛ ad instar balsami preseruat a putredine peccatoꝝ. ꝛ ad instar myrrhe fugat vermes tentationū. iuxta illđ Eccli. xxiiij. Sicut cy namomū ꝛ balsamū aromatizās odorē de di ꝛ q̄si myrrha electa ꝛc. Tertio assimila tur galbano rōne virtutis siue efficacie eiꝰ Ista em̄ species aromatica est tante ꝟtutis ꝙ vulnera sanat serpentes fugat. frigidas passiones curat ꝛ morbū caducū alleuiat. vt dꝛ in lib. de proprie herbarū. Et similr btā virgo sanat vulnera pctoꝝ. Nā fugat pctm̄ superbie ex cōsideratiōe sue humilita- tis. ꝛ pctm̄ luxurie ex cōsideratiōe sue virgi nitatis. ac pctm̄ auaricie ex ꝯsideratiōe sue paupertatis. ꝛ sic de singulis. Et iđ cuilibet pctōri ad eā recurrēti potest dicere ipa vir go pijssima illud Hiere. xxx. A vulneribus tuis saluabo te. Scđo fugat tētationes de monū. Uñ Judith. xvj dꝛ. in figurā. Tradi dit eū dñs in manu femine ꝛ confudit eum Ipa em̄ hꝫ demonē sua ptāte ꝛ eū q̄n vult potest expellere. ꝛ fugare. Tertio inflāmat

C Liquor galbani.

D virtus galbani.

frigidos ad amorem celestiū. Unde dicitur
Prouer. vlt. Non timebit domui sue a fri-
goribus niuis. Oēs eñ domestici ei' vesti-
ti sunt duplicibus. Ipa eñ habet duplicia
vestimēta. s. vestimentū deauratū. ⁊ vesti-
mentū varijs colorib' contextū. iuxta illud
ps. xliiij. Astitit regina a dextris tuis in ve-
stitu deaurato circūdata varietate. Et ista
duplicia vestimēta induit domesticos. i. de
uotos suos dās eis vestimentū deauratum
i. aureā charitatē. ⁊ diuersis colorib' conte
xtū. i. virtutū varietatez. Et ideo illi q̄ sunt
sic induti. nō timent frigus pctōꝝ. q2 semꝑ
calescūt ꝑ amorē celestiū. Quarto alleuiat
in auaris affectū terrenoꝝ. Auaricia eñ est
sicut morbus caducus. sicut eñ laborantes
morbo caduco cadūt in terram. sic auari sꝑ
adherēt terrenis. Beata autez virgo istum
morbū sanat exemplo sue pauptatis. quia
oīa terrena despexit. Unde Bern. in q̄dam
ſmone de illa inq̄t. Quicq̄d honoris in po
pulo. quicq̄d de paterna domo rerū terre-
narū habere potuit. oīa arbitrata ē vt ster-
cora vt christuz lucrifaceret. Quilibet ergo
qui isto morbo caduco infirmus est: debet
rogare virginem gloriosam dicens ei illud
Ecclesiastici. xxiij. Ne sinas me cadere in illa
exprobatione. ⁊ omne malum desiderium
auerte a me.

Qd̄ beata virgo dicitur lilium Assimi
latio. xv.

Licet multis alijs arboribus et
plātis atq3 herbis odoriferis ⁊
rebus aromaticis assimilet' vir
go beatissima: tñ breuitatis cā
ꝑ nūc solū ꝑticulariter declarabo in h̄ ser-
mone quō ipa d̄r lilium. Dimittaz ergo ad
plenū declarare q̄uare ipa appellet' storax
vngula ⁊ gutta Eccli. xxiiij. Item q̄re ipsa
dicat in eodē. c. Ego q̄si terebinth' extendi
ramos meos ⁊ rami mei honoris ⁊ gratie. Maria storax

Sufficiat aūt cōpēdiose dicere de p̄dict̄.
assilationib' q͡ storax ſm Isido. xvij. ety.
est arbor arab e cui' fumus purgat aerem
corruptū. ⁊ fugat omnē vaporē et fumum
pestilentē. Et sīr beata virgo q̄ est sicut vir
gula fumi ex aromatibus Can. iij. purgat
aerē corruptū. i. aīam n̄ram siue spm̄ hn̄tez
corruptiōez pctōꝝ. Unde de illa dicere possu
mus illud Tob. iij. Ipsa est q̄ purgat pctā
Fugat etiā oēm vaporē. ⁊ fumū pestilentez
malarū suggestionū diaboli. Unde de hoc
fumo v̄ginali dicere possumus illud Tob.
vj. Fum' eius effugat oñe gen' demonio-
rū. et de malo vapore peccati ab ea fugato
dici pōt illud Sap. ij. Nebula dissoluet' q̄ Maria
fugata est a radijs solis. Ungula q̄q3 est vngula
spēs aromatica sic dicta ſm Isid. in li. xvij.
etymo. ⁊ Nic. de lyra sup. xxiiij. c. Eccli. q̄r
est vngui sīlis. Et alio noīe d̄r onicha. ⁊ hec
spēs ponit' in ꝯfectiōe thimiamatis. vt h̄r
Exod. xxx. Et figurat beatā virginē de qua
cōfectū est odoriferum thimiama. s. dn̄s n̄r
iesus xp̄us q̄ suo patri oblatus est sicut sa-
crificiū gratissimū sup oīa alia. vñ ipse in-
quit de extensione manuū suarum in cruce
ps. cxl. Eleuatio manuū mearū sacrificium
vespertinū. Ipse etenī solus ꝑfecte impleuit
mādatū quod habet' Exod. xxx. vbi dicitur
Ad vesperū vret thimiama sempiternum.
Dicit' aūt ſm Isid. lib. iiij. etymo. thimia-
ma a thimo flore odorifero. q2 hec cōfectio
preciosissima q̄ appellat' thimiama: redolet
suauiter sicut thim'. Sola igit' beata v̄go
que cōposuit hoc p̄ciosum thimiama ex pu
rissimis sanguib' suis tanq̄ ex spēbus aro
maticis sicut bona vnguētaria. ⁊ illud ob-
tulit deo in p̄ntatione in templo: seruauit
p̄ceptū dei qd̄ habet' Exo. xxx. vbi dicit'. Fa
cies thimiama cōpositū opere vnguētarij
mixtū diligēter ⁊ purū ac sctificatione di-
gnissimū. ⁊ pones ex eo corā testimonij ta-
bernaculo. sanctūq3 sanctoꝝ erit vobis thi
miama. Et talez cōpositionē nō facietis in
vsus vestros. q2 dn̄o sanctū est. De gutta
etiā que est spēs aromatica. ⁊ est lachryma Maria
cuiusdā arboris ⁊ a medicis appellatur ar- gutta
moniacū. vt ait Isid. xvij. etymol. solū h̄ di
co q͡ h3 virtutē dissoluēdi ⁊ relaxādi. vnde
vtitur glo. super illud ps. xliiij. Myrrha et
gutta ⁊ cassia ⁊c. oēs tumores ⁊ inflatiōes
sedat. Et sīr virgo b̄ndicta sua intercessiōe
dissoluit tumores pctōꝝ n̄roꝝ. vñ cuilibet
ad eius p̄ocinium recurrēti dici potest illud
Eccli. iij. Sicut in sereno glacies soluētur
pctā tua. De terebintho quoq3 arbore Maria
magna q̄ in syria nascit' ſm Plinius li. xij. terebin
naturalis histo. cui' folia sunt densa nihil thus
aliud dicaz nisi q͡ ſm Isid. xvij. etymol. et
Diasco. ⁊ autorē libri de ꝓprie. re. ei' folia
fruct' cortices ⁊ semina sunt medicinalia.
Et sīr beata virgo fuit tota medicinalis.
imo ex ea generata est medicina omniū in
firmitatum. s. filius dei. Ad quod applicari
potest illd̄ Eccli. xxxviij. Altissim' creauit
de terra. i. de virgine Maria medicinam

Radix etiam terebinthi i vino decocta sto machū cōfortat. et dolorē capitis iuuat. vt ait Plini. in. xxiiij. lib. pdicti opis. c. vi. Et silr btā vgo q̄ dr radix Esa. xi. et bñ. nam mr est radix filij sui. xxiiij. q. iij. c. tūc saluabit. in fi. et ibi no. Decocta in vino spūsscti sto machū nrm. i. animū cōfortat. et dolorē capitis. i. mētis nostre q̄ dr caput. vt i. c. vnico. §. b' vngūēto. d' sacra vnc. aufert et sedat et iō ipsa cuilibet deuoto suo inquit illud Cant. viij. Dabo tibi poculū ex vino cōdito

F Maria lilium. Liliū aūt dici pōt pter mltas causas. Prima est. q2 liliū abextra est candidū. intus aureū intusq3 et extra odorifex. vt inqt Ysid. xvij. etym. Licz em̄ inueniant lilia alteri9 coloris vt crocei et purpurei. tm̄ liliū album est melius et efficacius. vt ait Diascorides et Platea. vt etiaz dr i li. de pprie. re. de quo lilio nūc loquēs dico. q silr btā virgo fuit extra in carne cādida p vginitatez. iuxta illd Sap. vij. Candor est lucis eterne et c. Scdo int9 in mēte fuit aurea per charitatē. Sicut em̄ aurū nuuq3 pōt corrūpi. sic nec ei9 charitas vnq3 potuit extingui. iux illud Cant. viij. Aque multe non potuerūt extinguere charitatē. Tertio intus et extra fuit odorifera p humilitatē habuit em̄ hūilitatem int9 in corde. et exterius in cōuersatiōe. Et ista hūilitas deo tātū odorifera fuit q ipm ad se traxit. Vñ illi dicere potuit ei9 sponsus celestis illd Cant. j. Trahe me post te et c. et nō tm̄ deū ad sui amorē traxit sed etiam oēs hoies ad se trahit. Et ideo de illa dici potest illd Job. xxj. Oēm hoiem ad se trahit. Et ipsa dicere potest illd Job. xij. Oia traham ad me scz non solū deum et hoies sed etiaz angelos et alias creaturas. Ista aūt sunt tria lilia que beatā vginem maxime circūdederunt scz hūilitas. vginitas. et charitas. De quib9 dicit Ber. in ser. de natiuitate eiusdē. Xpus qui nūc inter lilia pascit vtiq3 copiosi9 apud Mariam pro liliorum mltitudine pascebat. An nō lilia sunt decus vginitatis. in signo hūilitatis cū supereminētia charitatis.

G Scda causa q̄re vgo bndicta dr liliū est. qr liliū habz rectū hastile sursum. sed tñ folia eius sunt pēdentia deorsum. et quātū flos eius alti9 in hastili erigitur: tanto caput submissius inclinatur. Et silr animus btē virginis tāq3 hastile fuit semp rectus ad deum. sibi de bñficijs ab eo receptis regratiādo. et in ipm spiritualr exultādo. Sicut em̄ liliū quicqd habet odoris et candoris totum mittit ad summuz. sic ipsa quicquid habuit sanctitatis et gratie totū semp remisit ad deum. Folia aūt. i. vba habuit inclinata deorsum. de se humilia proferendo. Vñ inquit Luce. j. Magnificat aia mea dñm et c. Ecce hastile rectū. Sed audi folia deorsum pendentia Quia respexit humilitatē ancille sue. Quāto em̄ est magis exaltata: tanto est ad maiorē hūilitatē inclinata. In hui9 aūt figurā dr Exod. xxv. Facies candelabrū ductile de auro mundissimo hastile eius et lilia ex ipso procedentia. Candelabrū em̄ dei facta est Maria. que fuit ductilis per obedientiā. et de auro purissimo p charitatē pfectā Cuius hastile fuit ei9 intentio recta. et lilia fuerūt ei9 verba hūilia que oia pcedebant ex ipsa. Mūdani autē hoies ecōtrario habēt hastile reflexū deorsum p obliquā intētionem. iuxta illud Mat. xxj. Omnia opa sua faciūt vt videantur ab hominibus Folia aūt. i. verba habent elata sursum p iactantiā. supbiā et eleuationē. iuxta illd ps. lxxij. Iniqtatem in excelso locuti sunt. Et iterū. Posuerūt in celū os suuz. scz viris sanctis et celestib9 detrahēdo. et se vsq3 ad celū magnificādo. sed tñ vt subinfert idē ps. lxxij. Lingua eoz trāsiuit i terra scz de terrenis loquēdo, et ea diligendo.

H Tertia cā q̄re btā virgo dr liliū est. quia liliū integrū redolet. sed cōfricatum postea fetet. Corpus aūt beatissime virginis fuit tanq3 liliū. integrum. quia semp permansit illibatum. et ideo semp fuit odoriferū. Fuit em̄ vnctum vnguento odorifero. qd quidem vnguentū fuit confectū de trib9 speciēb9 aromaticis de quib9 dr Eccli. xxiiij. Sicut cynamomū et balsamū aromatizās et c. Fuit em̄ cōfectū de cynamomo hūilitatis. Cynamomū em̄ hz colorē cinereū. et pter hoc dr cynamomū bm glo. super Ecclasticum. et ideo eius hūilitatē repsentat. Fuit etiam confectū d balsamo diuinitatis. Tūc em̄ de9 eius vterū inbalsamauit: qñ diuinitatē suā ibi posuit. Fuit q3 cōfectū de myrrha castitatis. Myrrha em̄ cōseruat corpus a putredine et significat castitatem. q̄ preseruat corp9 a corruptiōe. Isto igit preciosissimo vnguento ei9 corpus inunctū semper remansit integrū atq3 odoriferū. De quib9 vnguētis dr ei Cant. iij. Odor vnguentoz tuoz sup oia aromata. Nostra aūt corpa cum sint corrupta sunt fetida. iuxta illud Esaie. xxiij. De

I cadaueribus ascendet fetor. Quarta cā quare virgo immaculata dicitur lilium est. quia lilium oritur de spinis et tamen spinas non habet. et sic virgo beata nata est et concepta de parentibus per peccatum originale spinosis et in ipsa vllam spinam nunquam habuit. Et ideo de illa inquit eius sponsus celestis Can. ij. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Item sicut lilium inter spinas natum propter hec non amittit suum colorem nec odorem immo quanto plus a spinis pungitur tanto magis eius odor sentitur. Sic beata virgo licet inter spinas. i. iudeos spinosos et malos conuersata sit. et ab eis se pius per tribulationes puncta sit. tamen nunquam amisit candorem sue innocentie. nec odorem sue fame. immo quanto magis pungebatur afflictionibus: tanto maiorem spirabat odorem patientie et sanctitatis. et ideo ipsa fuit quasi lilium in transitu aque Eccli. Quia quanto aqua tribulationis per ipsam transijt: tanto magis illam redolere fecit. Sed hic est considerandum quod quando lilia ponuntur cum lilijs: maiorem reddunt odorem. Quando vero sunt cum spinis: nihilominus seruant suum odorem. Quando autem spine ponuntur cum spinis: tunc dant sibi mutuas punctiones. Quando enim boni sunt insimul. tunc sunt lilia cum lilijs. et tot dant odores quot habent virtutes. vnde Mat. xviij. dicit dominus. Ubi cunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ero in medio eorum. Ipse enim est lilium qui ait Can. ij. Ego flos campi et lilium conuallium. sancti autem viri sunt horti dei. in quo crescunt lilia virtutum. Et ideo Can. vj. inquit beata virgo. Descendit dilectus meus in hortum suum ad areolam aromatis. vt pascatur in hortis et lilia colligat. Quando igitur serui dei sunt insimul congregati. tunc sunt sicut lilia cum lilijs posita in horto diuino. et ipse christus qui est amator liliorum est in medio eorum. et colligit lilia virtutum. Quando autem boni sunt cum malis: tunc lilia sunt cum spinis. et tunc boni debent seruare candorem sue innocentie. et odorem sue fame. Et tale lilium cum spinis erat ps. qui dicebat ps. cxix. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Quando vero mali sunt cum malis. vt superbi cum superbis etc. tunc spine sunt cum spinis. et se mutuo pungunt. iuxta illud Prouer. xiij. Inter superbos semper iurgia sunt. et Naum. j. Sicut spine se inuicem rodunt.

K Quinta causa quare virgo gloriosa dicitur lilium est. quia lilium habet sex folia. et habet sex angelos in radice: iuxta numerum sex foliorum. Sex autem folia fuerunt sex verba que dixit beata virgo. Duo angelo. s. quomodo fiet istud. et Ecce ancilla domini Luc. j. Unum Elizabeth. quando eam salutauit et deum benedixit. Ibidem Duo filio. s. Fili quid fecisti nobis sic Luc. ij. et quando dixit. Uinum non habent Joh. ij. Unum etiam cum ministris nuptiarum cum ait. Quodcunque dixerit vobis facite. Ibidem. Ista vero sex folia siue verba processerunt ex radice charitatis quia omnia fuerunt charitate et pietate plena. Et quamuis sit vna radix charitatis tamen habet sex dilectionis modos: sicut radix lilij quamuis sit vna tamen habet sex angulos. Primus modus fuit quo ipsa dilexit deum: illum super omnia reuerendo. Secundus quo dilexit animam suam ipsam in omni sanctitate custodiendo. Tertius quo dilexit corpus suum: ipsum in virginitate conseruando. Quartus quo dilexit domesticos et propinquos ipsos bonis moribus informando. Quintus quo dilexit amicos in deum. Sextus quo dilexit inimicos propter deum. Dicit enim Greg. in quadam homel. Ille veraciter charitatem habet qui et amicum diligit in deum et inimicum diligit propter deum. Sexta causa quare dicitur lilium est. quia thalami et cenacula regum lilijs adornantur vt iocundius quiescant et vescantur. Et quia vterus beate virginis fuit thalamus et cenaculum christi. ideo totus fuit lilijs adornatus et circundatus. iuxta illud Cant. vij. Uenter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Tota enim fuit lilijs vallata. Nam a superiori fuit vallata lilio eminentis charitatis. ab inferiori lilio profunde humilitatis Ab interiori lilio perpetue puritatis. Ad dextris lilio temperantie in prosperis. A sinistris lilio patientie in aduersis. Ab anteriori lilio prouidentie in futuris. a posteriori lilio iusticie in preteritis. quia pro preteritis beneficiis deo semper gratias referebat. et hoc debitum iusticie requirebat. Et quia fuit lilijs vallata et circundata. ideo de ipsa canit ecclesia. Sicut dies verni circundabant eam flores rosarum et lilia conuallium. Inter ista autem lilia christus pascebatur. Unde ipsa inquit Cant. ij. Dilectus meus mihi et ego illi qui pascitur inter lilia. Nam modo pascebatur lilio superiori. quia delectabatur in eius charitate. Modo pascebatur lilio inferiori. quia delectabatur in eius humilitate. Modo lilio interiori quia delectabatur in eius puritate. Modo lilio exteriori. quia delectabatur in eius virginitate. Modo lilio a dextris. quia delectabatur in eius temperantia. Modo lilio a sinistris. quia delectabatur in eius patientia. et sic de reliquis.

Et qm̄ sic tota fuit florida: ideo omnia que per ipsam deo offerim⁹ sunt ei accepta. vñ Ber. in sermone de natiuitate ipsi⁹ ṽginis inquit. Quicq̄d illō est qō deo paras offer re: gratissimis manibus marie trade. Ni mi ꝝ candidissima quedā lilia sunt. nec cau sabitur ille lilioꝝ amator inter lilia nō in uētū q̄cq̄d illud sit qō inter manus marie inuenerit. hec ille. Septima cā quare dr̄ li lium est. q2 liliū multiplices habet virtutes de quib⁹ tractat Plini. in. xx. lib. naturalis histo. put etiā ponit̄ in li. de ꝓprie. re. In ter alias sūt ṽtutes est. ꝙ tumorē sedat. sa niem purgat. ⁊ morsum serpētis curat. Et sic beata virgo sanat tumorem superbie exēplo sue humilitatis. purgat q̄ꝫ saniē lu xurie exemplo sue ṽginitatis. ⁊ curat mor sum serpētis auaricie exēplo sue pauperta tis. Auarus em̄ est cibus serpētis quia di ligēdo terrena efficitur terra. que est cibus serpētis. cui inquit deus Gen̄. iij. Terrā cō edes cūctis dieb⁹ vite tue. ⁊ iō auar⁹ est da tus serpenti infernali in cibuꝫ. iuxta illud Esa. lxv. Serpenti panis puluis eius. Ro gemus ergo dn̄m nostrū iesum xp̄m vt vir tute hui⁹ p̄ciosissimi filij ṽginalis nō p̄mit tat nos a ſpēte maligno deuorari dicētes cum propheta p̄s. lxxiij. Ne tradas bestijs animas cōfitētes tibi. Sed introducat in paradisum suaꝝ delitiaꝝ. vt ī eo pascamur ⁊ delectemur inter lilia fragrātia virtutum genitricis sue benedicte. per infinita secu la seculorum. Amen.

Virtus liliorū.

De alijs quindecim assimilationib⁹ bea te virginis. Sermo. ij.

DEus ostēdet splē dorem suum in te qui sub ce lo ē. Baruch. v. c. In creatio ne beatissime virginis deus demonstrauit suam potentiam infinitam. Tanto em̄ princeps ecclesiasticus vel secu laris maiorem potentiam se habere osten dit. quanto maiora facta peragit. Et ideo romani in hoc se habere magnam poten tiam ostenderunt. ꝙ vniuersum orbeꝫ suo imperio subiugarunt. Unde regnum eorū ferreum describitur Dan̄. ij. ad innuendum ꝙ sicut ferrum domat reliqua metalla. sic ipsi sibi subdiderunt omnia mundi regna Potentia ergo dei infinita in hoc osten ditur. ꝙ ipsum regnum romanorum cū to to orbe non vi armorum: sed per simpliciuꝫ ⁊ illiteratorum apostolorum predicationē ritui ⁊ fidei christiani subegit. Magis ta men eius potentia in mundi creatione re lucet. Omnes enim mundi principes cum omni sua potentia non possent vel vnā par uulam formicam aut vermiculuꝫ vnū crea re. Unde concludit beat⁹ Tho. j. parte sū me. q. xl. ar. v. ꝙ creare non potest esse pro pria actio nisi solius dei. Et Augu. in. iij. de trini. inquit. ꝙ nec boni nec mali ange li possunt esse creatores alicuius rei. Et ra tio est ista. quia vt dicit magister in. ij. dist. j. Creare est de nihilo aliquid facere. sꝫ cum inter nihil et aliquid sit infinita distantia. vt ait sanctus Bonauentura in. iiij. dist. x. et Francis. de mayro. in quodam sermone de corpore christi. Ad hoc vt quis de nihi lo possit aliq̄d agere. necesse est vt habeat infinitam potentiam. quam non habent omnes simul creature. Et ideo solus deus potuit omnia de nihilo creare. Qui dixit ⁊ facta sunt. mādauit ⁊ creata sunt. p̄s. ante penul. ⁊. c. reuera. de conse. di. ij. ⁊. c. frater nitatis. xxxv. q. x. Et quo patuit eius infini ta potentia. Sed si magnam ostendit po tentiam in creando celum et terram ange losq̄ꝫ cum alijs creaturis. multo maiorem ostendit in creatione gloriose virginis ma rie. quia ipsa est nobilior ⁊ excellentior om nibus creaturis simul. cum ad nobiliorem ⁊ excellentioreꝫ finē et effectū sit a deo ele cta et creata. Et ideo vt inquit sanctus Bo nauen. in. i. di. xliij. et beat⁹ Tho. in. iij. p̄te sum. q. xxv. ar. vlt. Si oēs creature quantū cunq̄ꝫ ascenderent in gradib⁹ nobilitatis essent p̄sentes. oēs deberēt reuerentiā ma tri dei. Ex hoc itaq̄ꝫ ꝙ deus eam elegit et creauit. atq̄ꝫ tam altam et magnam consti tuit. summā ⁊ infinitā potētiā suam demō strauit. Scd̄o ostendit summā sapiētiā suam in eodem opere. Magna etem̄ sapiē tia in bellatore eē dinoscitur. q̄n armis ad uersarij sui eum vincit. Sicut ille disputa tor qui aduersariū suum super easdē ratio nes ⁊ autoritates quas ille ad defensionē suā adduxerat cōuincit. magnā sapientiaꝫ se habere ostendit. Et idem est dicendū de pugnante in bello militari. qui hostē suuꝫ proprijs armis ipsius prosternit. Et ideo in hoc ostendit deus sapientiam suam. ꝙ diabolum hostem suuꝫ qui mediante femi na genus humanū sibi subiecerat. et iā per feminā voluit debellare. que fuit ei⁹ bene

Potentia dei ostēdit̄

in puer sione romanoꝝ

Potentia dei ōndit̄ ī creatōe marie

ratoꝛ omnipotēs decoꝛare fabꝛicauit hanc beatissimā virginē. vt illaꝫ regni ⁊ imperij sui faceret dominā ⁊ impatricē. vt verificaretur ꝓphetia Dauid ps. xliiij. ei dicentis. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Astitit enim beata virgo a dextris dei. quia in potioꝛibus bonis eius vltra omnes sanctos post filiū exaltata resedit. et bene dꝛ esse oꝛnata vestitu de aurato. quia est in celesti patria cum coꝛpoꝛe gloꝛificato. ex cuius splēdoꝛe post filiū suū tota lucescit ciuitas beatoꝝ. Circūdata autē est varietate graꝝ. Tantū ῀ꝯo differt gloꝛia ipsius beatissime ῀ginis a gloꝛia alioꝝ beatoꝝ quantū sol differt a ceteris luminarib⁹ celi. Et quod amodo sicut cetera luminaria illustranꝫ a sole. sic tota celestis curia a glꝛiosa virgine letificaꝫ ⁊ decoꝛatur. vn̄ Ber. in sermone de assumptione eius inquit. Gloꝛiosa virgo dum celos ascēdit. etiā supernoꝝ gaudia ciuiū copiosis augmētis cumulauit. Nā si paruuli nec dum nati Johis aīa liquefacta est vt Maria locuta ē: quen̄ā fuit illa exultatio ciuiū supnoꝝ. cū ⁊ ei⁹ audire vocē ⁊ videre faciē eiusq̄ beata pfrui pn̄tia meruerūt. Augu. q̄ꝫ i sermōe de natiuitate virginis illi ait. Ipsum celū queꝫ penetrasti o virgo beata. nec nō cūcta que in eo sunt cōtenta: noua ⁊ ineffabili gloꝛia decoꝛasti. pꝛioꝛēq̄ ei⁹ gloꝛiā vltraq̄ dici pōt tua p̄sentia magnificasti. noua ⁊ p̄cellēti tuaꝝ virtutū dignitate irradiās. immēsaq̄ gratiaꝝ tuaꝝ luce plus strans. Et iterum Ber. in quodam sermone inquit Marie presentia totus illustraꝫ oꝛbis: adeo vt ipsa etiam celestis patria clarius rutilet virginee lāpadis illustrata fulgoꝛe. Pꝛopter que omnia ipsis bn̄dicte ῀gini optime conuenire possunt verba thematis nostri in quibus ei pꝛedixit ꝓpheta dicens. Deus ostēdet ⁊c. Super quib⁹ alias xv. assimilationes pscrutabimur eideꝫ dn̄e nostre conuenientes.

Qd̄ beata virgo per Niuem figuratur. Assimilatio. j.

℟ Quare sit festū niuis institutū.

Dicēt aliqui curiose inq̄rere quare sctā mater ecclesia oꝛdinauit festū particulare ad honoꝛē beatissime virginis. v. augusti ꝑpꝫ vnū miraculū niuis ab ea factū in tali die. Cū nō p̄tereat momētū tp̄is qd̄ non illustretur multis ⁊ q̄si i finitis miraculis eiusdē intemeꝛate matris dei. Causa autē hui⁹ inquisitionis oꝛiginatur ex quadaꝫ iuristarū sn̄ia dicentiū. ꝙ vbi est eadem ratio ibi debet esse eadeꝫ iuris dispositio. l. a titio. ff. de verbo. ob. l. j. C. de libe. p̄te. vl' exhe. c. translato. de cōsti. ⁊ de similib⁹ idē debet esse iudicium. vt ait pbs. ij. Top coꝝ ⁊ no. in. l. seruis legatis. ff. de leg. iij. ⁊ in. l. non possunt. ff. de legi. ⁊ in. l. si libellū. C. d̄ diuer. re. ⁊ in. l. loci. §. si fundus. ff. si seruiuē. ⁊. ij. q. j. c. multi. i fi. ⁊. ij. q. vj. c. q̄ sentit. ⁊ in aut. quibus mo. na. effi. legi. §. liceat igitur. Quapꝛopter eis videtur ꝙ eadē ratione deberent ab ecclesia festiuari oēs illi dies in quibus ꝓdigia magna ipsius glꝛiose virginis videm⁹ coꝛuscare. Quoꝝ hesitationi volēs satisfacere. licꝫ dicaꝫ in. l. nō omniū. ff. de legi. Nō omniū que a maioꝛibus nostris cōstituta sunt ratio reddi pōt. Tamen bm paruā ingenij mei cognitioneꝫ videtur. ꝙ bn̄dicta dei genitrix voluit miraculuꝫ hoc niuis a nobis sup alia particulariter festiuari ꝑpter multā similitudinē quā ip̄a habet cuꝫ ꝓpꝛietatibus niuis. De quibus habetur in diuersis sacre scripture capitulis. in quibus ipsa beatissima mater dei assimilatur niui. Maxime autem Dan̄. vij. vbi dꝛ. Antiqu⁹ dierū sedit. vestimentū eius album sicut nix. Deus enim qui est antiquus dierum. i. ante oēs dies. q: est etern⁹. sedit in vtero gloꝛiose virginis. ⁊ in eo requieuit nouem mensib⁹. vestimentū auteꝫ ei⁹ fuit albū sicut nix. q: ip̄a virgo purissima que tanq̄ vestimēto circūdedit cuꝫ suo sacratissimo vtero. iuxta illud Iere. xxxj. Nouū faciet dn̄s sup terrā: femina circūdabit virū. que eius diuinitateꝫ texit. ⁊ induit sua carne. fuit candidissima per innocētiā.

Pro cui⁹ veritatis declaratione tria mysteria contemplabimur de niue. Pꝛimum erit de eius aspectu. Scd̄m de ipi⁹ tactu. Tertiū ῀ꝯo de illius effectu. Quoad pꝛimū dico. ꝙ nix est aspectu alba. pulchꝛa ⁊ disgregatiua. Albedo autē. vt dicit Algaꝫel in sua physica. ⁊ ponitur etiā in lib. de ꝓpꝛie re. est coloꝛ ex luce clara ⁊ multa in coꝛpoꝛe perspicuo generat⁹. vnde quanto i materia pspicua est lux claꝛioꝛ. tāto albedo est intēsioꝛ ⁊ nigro impermixtioꝛ. Et cā hui⁹ albedinis in niue est frigiduꝫ. quia q̄n materia substātialiter est humida. ⁊ in illa dominatur frigiditas generatū ex ea est album. Et vt dicit pbs. xix. de animalib⁹. Nix. generatur ex aere vapoꝛoso declināte ad humidi

tione formositatis xpi et matris eius que de seipa inquit Eccli.xxiiij. Ego mater pulchre dilectiōis. vbi glo. ait. Pulchra mater dicta est que pulchritudine ꝯcepit filiū ⁊c. Est ergo vt nix beata ꝓpter pulchritudinē iuxta illud Threnoꝝ.iiij. Cādidiores nazarei ei⁹ niue nitidiores lacte: sapphyro pulchriores. Legitur aūt ꝙ pdicātib⁹ aplis. et aliquos nō valētibus conuertere. mittebāt eos ad btīssimā ꝟginē. q̄ admirātes formositatē bn̄dicte matris dei. ⁊ ei⁹ sapiētissima eloq̄a. cōuertebātur ad fidē. cognoscētes illum esse verum deū qui tanta pulchritudine renitentē fecerat matrē suā. Ipsam enī formosissimam virginē ad nos destinauit deus vt cūctis pplis ostēderet pulchritudinē ei⁹ Vester. s. Tertio nix est aspectu disgregatiua scz visus. ⁊ hoc etiā est rōne albedinis. Albedo enī ē disgregatiua visus. vt dr in lib. de sensu ⁊ sensato. Et iō i li. de proprie. re. sic scriptū est. Nix cādore suo ⁊ pulchritudine ad sui aspectū oculos intuētiū ꝓuocat. sed si nimis diu aspiciat. spēm visibilē disgregat ⁊ immutat. hec ibi. Sic igit si q̄s longo tpe fixis oculis aspiciat niuez: sibi immutat spm̄ visibilē. ⁊ ei generat vertiginē quādā. ita vt postea nō bn̄ discernat nec capiat voluptatē ex alicu⁹ rei pulchre aspectu. Sic btē ꝟginis aspect⁹ erat disgregatiu⁹ visus. ita quātuncūq̄ q̄s eēt libidinosus si in eā aspiciabat: statim ardor cōcupiscētie ⁊ libidinis ab illo diuertebat. vnde ꝙ inquit Alex. de ales. in. iij. parte summe tractatu de sanctificatiōe beate virginis. q. viij. Et sanctus Bonauē. in. iij. sen. disti. iij. Hoc aūt ꝓcedebat multis ex causis. de quibus tractauimus in. ij. pte pncipali huius opis. ser. v. pte. vij. Quidā enī radij q̄si solares ex ei⁹ vultu lucidissimo coruscabāt. ita vt eam fixis oculis nemo posset intueri. vt ibidē diximus. Nec mirū. Si enī deo apparente in nube sup mōtē synai ⁊ loquēte cū Moyse: non poterat ipse Moyses intueri abyssum claritatis eius. sed ponebat velame super faciem suā Exod. xxxiiij. Multo minus poterāt homines intueri claritatez beatissime virginis i qua erat de⁹. nō vt in nube: sed vt i matre. que erat illa stella fulgentissima. de qua ortus est sol eterne claritatis. Et hoc etiaz dicit Nico. de lyra sup Mat. c. s. allegās similitudinē vult⁹ Moysi cuius claritatē nō poterat intueri ppls Israel. q̄n locut⁹ fuerat cum deo. sicut recitat Pau. s. Cor. iij. Multo itaq̄ magis radiabat ꝟginis beatissime facies. que nouē mēsibus deū portauit in vtero. ⁊ ideo erat cōcupiscētie disgregatiua. Possumus q̄q̄ dicere. ꝙ hoc etiā ꝓcedebat ex diuina ꝟtute. Experientia enī teste videmus. ꝙ demonū fallacia ⁊ incitatione sepe viri quidā cōtemnūt: vxores suas pulcherrimas. ⁊ earū pulchritudine nō mouētur ad ꝯcupiscētiā sed potius ex aspectu cōcubinarū turpiuz. Multo igit magis potuit hoc deus in bono operari in virgine. vt ei⁹ pulchritudine nemo ad ꝯcupiscentiā ꝯcitaretur. sed poti⁹ distraheretur. Dicunt ergo quidam deuoti doctores ꝙ inspicientes beatā virginē remanebāt vt attoniti ex ei⁹ claritate. Videmus enī q̄nq̄ aliquē ita occupatū ⁊ abstractū in aspectu alicui⁹ figure. vt nō sentiat etiam si vocetur. Morum etiam honestas ipsius benedicte virginis etiā lasciuoꝝ hominū mētes ad bene viuendam inducebat Mulier enī facie pulchra si bene imorigerata fuerit bonos incitabit ad deuotionez ampliorē. malos aūt plerūq̄ ad ꝯpunctionem. Ad quod facit exemplum quod retulit pater frater Ludouicus de vincentia ordinis nostri. dicēs ꝙ in quadā naui ex vna parte erāt duo fratres minores. ex alia ꝟo erat quedam meretrix cuz multis scholaribus qui per paduaz ibāt a Ferraria paduā In qua quidez naui dicta meretrix cū ipsis scholarib⁹ dissolutiones multas faciebat: Mox aūt vt semel intuita est illos fratres honeste stantes. ⁊ deuote in ipsa naui magno rubore dimisit i͂ima oculos. ⁊ nūꝙ postea ausa est illos leuare. Scholares ꝟo hic inde ipsaz stimulātes. nutibus increpabāt ipsa autē eos reprehēdebat ⁊ hortabat vt attenderent ⁊ imitarent predictoꝝ fratruz honestatē. Postea ꝟo applicata naui ad littus hora vespertina cuz hospitati fuissent apud quendam indeuotum hospitē. ⁊ necdum pransi fratres etiam de cena diffiderent. Meretrix illa ad se vocauit hospitez. ⁊ dixit vt fratres ipos bene tractaret. quia de sua pecunia oīa solueret. quod ille ꝓtinus fecit. Videntes autem fratres tantā abundantiā escaꝝ timuerūt ne hospes spe lucri ista eis tam copiose ministraret. Quibus nō audentibus comedere. q2 nō habebāt vnde soluerēt. dixit hospes predictus Nolite timere. nam illa meretrix omnia se soluturā promisit que in naui vobiscū fuit

Marginal notes (left): E. Nix aspectu3 castum ꝟginis significat. — Maria a cōspiciētib⁹ non potuit cōcupisci.

Marginal note (right): Quō honeste mores malos alliciāt

Tūc fratres deo grās referētes cibum sum
pserūt. Postea vo cōpleto prādio sine cena
pdicta meretrix velut altera Magdalena
lachrymis madefacta venit ad eos dicens
O patres. O angeli dei. O serui Jesu xpi
fideles. bñdicti vos a dño qui me honesta
te vr̄a reuocastis a carnis mee putredine.
vnde post fratrum monita pniam egit. O
sancta honestas. tu es illa d̄ qua dr̄ Eccli. — Amb.
xxvij. Grā sup grām mulier sancta z pudo — descri
rata. gratia. s. honestatis in se. z sup grām — bit ho
in alijs libidinē extinguēdo. sicut fuit ī vir — nestatē
gine bñdicta. Et ideo inqt Ambro. l. ij. lib. — Marie
d virginibus. Sit nobis tanq̄ in exēplari
descripta virginitas vitaq̄ Marie. de q̄ve
lut a speculo refulget spēs castitatis z for
ma vtutis. hic sumat̄ licēt exēpla. vbi tanq̄
in exēplari magisteria sunt expssa pbitat̄.
que quid corrigere. qd fugere. quid tenere
debeatis ostēdunt. primus discendi ardor
nobilitas est matri. Quid nobilius dei ma
tre: quid splēdidius ea quā splēdor elegit:
Quid castius ea que sine ptagione genera
uit. nā de ceteris virtutib9 eius qd loquar.
Uirgo erat nō solum corpore sed etiā men
te. que nullo doli ambitu sincerū adultera
ret affectū. corde humilis. vbo grauis. ani
mo prudēs. loquēdi parcior discēdi studio
sior. nō in incerto diuitiarū sed in pce pau
peris spem reponēs Intēta operi. verecun
da sermōi. arbitrū mētis solita non hoīes
querere sed deū. nullū ledere. oīb9 bñ vel
le maioribus assurgere. equalibus nō inui
dere. fugere iactantiā. rationē sequi. amare
virtutē. Quādo ista vultu lesit parētes. qñ
fastidiuit humilem. quādo derisit debilē.
quādo vitauit inopem. Eos solos cetus vi
ror̄ inuisere solita erat quos misericordia
nō erubesceret neq̄ verecūdia pteriret. Ni
hil toruum erat in oculis eius. nihil in ver
bis procax. nihil in actu inuerecūdum. non
gestus fractior. nō incessus solutior. nō vox
petulātior. vt ipsa corporis species simula
crum fuerit mētis z figura probitatis. Bo
na qppe domus in ipso vestibulo dz agno
sci. Ut primo pretēdat ingressu nihil intus
latere tenebrarū. z mens nostra nullis re
pagulis corporalibus impedita. tanq̄ lu
cerna lux intus posita foris luceat. Quid ḡ
exequar ciborum parsimoniam. officiorum
redundantiā. alterum vltra naturā super
fuisse. alterū vo ipsi nature defuisse. Illic
in illa tempora intermissa hic congemina

tos ieiunio dies. Et si quando volūtas fue
cessisset. cibus plerumq̄ erat obuius qui
mortem arceret. non delitias ministraret.
Dormire nō prius cupiditatis q̄ necessita
tis fuit. z tamē cū quiesceret corp9. vigila
bat animus. qui frequenter in somnis aut
lecta repetit. aut somno interrupta conti
nuat. aut disposita gerit aut gerēda dispo
nit. Prodire domo nescia nisi cū ad ecclesiā
cōueniret. Et hoc ipsum cum parentibus z
Edificauit sicut vnicornis sanctificiũ suuʒ in terra quaʒ fundauit in secula. i. dei filiꝰ ꝑpa rauit sibi reclinatoriũ instar vnicornis in virgine maria. Hoc aũt reclinatorium vt tãto habitatori idoneum esset tota trinitas in eo inscripsit tres mirabiles ꝓprietates. Nã pater inscripsit suã potentiam faciẽs eã potẽtissimã: filiꝰ suã sapiam: faciens illã sapiẽtissimã. spũs aũt scũs suã clementiã: faciẽs eã clemẽtissimã. Primo aũt deꝰ pater scripsit in illa suã potentiam faciens eam tam potentẽ ꝙ valet oĩbꝰ subuenire. ⁊ diabolũ tyrannũ ferocissimũ subiugare ac fugare. De q̃ singularissimo dono ad laudem ipsiꝰ eterni pris in suo cantico cecinit dicẽs Lu. i. Quia fecit mihi magna q̃ potẽs est. Magnũ q̃ppe est oẽm bestiã nociua posse fugare: sʒ diabolum ferocissimũ tyrãnũ posse subiugare: cui in potẽtia nõ est silis in terra Iob. xlj. est maximũ ⁊ tãto maius quãto ipa ꝟtute sua facit vt nõ audeat appropinq̃re. Nec mirũ. qꝛ si cedrꝰ naturaliter tãte est potẽtie ꝙ solũ ꝑ vmbrã fugat serpẽtes ⁊ oĩa venenosa: quãto magis ipsa cedrꝰ dei in celi libano exaltata ꝑ singularẽ suã ꝟtutẽ fugat serpẽteʒ antiquũ diabolũ. ita vt hoĩ ipam deuote ĩuocãti appropinq̃re nõ audeat vel nocere. ⁊ ideo debemꝰ cuʒ Innocentio petere ⁊ dicere. Aue dei mr̃ alma: q̃ ex dignitate q̃ mr̃ dei es: impare potes ãgelis ⁊ demonijs. cõpesce demões ne nobis noceant: ꝑcipe angelis vt nos custodiant. Uirgo aũt ipa figurat ꝑ lapidẽ preciosum q̃ vocat iaspis. quẽ q̃cunq; super se portauerit. vt dr̃ in li. de ꝓprie. re. securꝰ et tutus reddit. Et silr̃ quicũq; secũ habuerit deuotionẽ. ⁊ affectuosam inuocationẽ beatissime ꝟginis: tutus ac securus efficiet ab inimicis q̃buscũq;. Unde legit ꝙ quidam monachꝰ fuit in q̃dam congregatiõe deuotissimꝰ ac familiarissimꝰ virginis gl'iose. q̃ semel instigante inimico tantũ bibit in cellario ꝙ sint sensu oĩno putabat. Et cũ esset sero. ⁊ sic ebrius cellariũ exiẽs ꝟsus eccl'iaʒ tenderet ꝑ claustrũ. appuit ei diabolꝰ ĩ forma cuiusdaʒ tauri mire magnitudinis. demonstrans ꝙ eũ vellet cornibꝰ perforare. Et ecce subito vidit quãdã pulcherrimam puellã venientẽ. cesariẽ sup humeros diffusam habentẽ: ⁊ in sua manu dextera niueã virgam tenentẽ. Que diabolũ increpauit. quia talia facere famulo suo p̃sumpserat ⁊ iussit vt cito discederet. nec ei q̃cq̃ mali facere auderet. Quibꝰ dictis demon disparuit Deinde cũ ceptũ iter monachus ille pageret. ⁊ eccl'ie appropinq̃ret. diabolus q̃si canis nimis terribilis ex improuiso in eũ ꝓsilijt. Et iteꝝ ꝑdicta puella affuit ⁊ demoneʒ repulit. Demon illo intrãte eccl'iam. inimicus terribilior ꝙ prius velut leo immanissimus aduersus eũ rugiẽs quasi eũ deuoraturus apparuit. Sed puella q̃ ꝑmo ⁊ scđo eũ liberauerat: iterũ apparẽs diabolũ acriter virga quã in manu tenebat verberauit dicẽs. Quia mihi obedire noluisti. hec ad pñs hr̃e meruisti. Et stati; diabolꝰ vt fumꝰ euanuit nec vltra appuit. Postea ꝟo pijssima illa puella manu apꝑhendẽs ipm monachũ ad lectũ suũ reduxit lectumq; discooperuit. ac ipm intra locauit. ⁊ caput eiꝰ reclinauit. ac crucis signũ in eius fronte premisit. Et cuʒ mirari cepisset dicẽs. Que es tu bona puella que tãta mihi bñficia p̃stitisti. Respõdit. Ego suʒ maria mr̃ dei. Et statim disparuit. Que oĩa ille monachꝰ postea alijs ꝑ ordinẽ enarrauit: atq; vitam suã in melius emẽdauit. Hic sane ꝑpendi põt quantũ potens est beatissima virgo q̃ nos existẽtes in medio leonũ. in medioq; draconũ ⁊ serpentũ infernaliũ defendit. ne ab eis deuoremur. occidamur. strangulemur. ⁊ mordeamur. ⁊ ne ab ipo hoste nostro diabolo ad infernales penas deportemur.

Si q̃s aũt querat. quare eũ diabolꝰ tempore Tobie. vij. viros Sare strangulauerit ꝑpter pctm̃ eoꝝ. vt habet Tob. vj. nõ etiaʒ nunc trucidet oẽs quos ĩ manus suas tradunt pctã mortalia. Rñdeo. ꝙ hoc ideo ꝓcedit. qꝛ deus dedit hoĩbus hãc virginem potentissimam que hʒ in manu virgam ferream ad arcẽdas bestias infernales ⁊ ipsos demones effugandos. Unde illi inq̃t ps. ij. Reges eos in virga ferrea. ⁊ tãq̃ vas figuli cõfringes eos. Hec aũt ptãs ipsiꝰ gloriose ꝟginis figurata eũ. Exod. vij. in virga aaron que ꝟsa est in colubrũ. et deuorauit virgas incãtatoꝝ. Ptãs em̃ ipsiꝰ ĩ nobis est tanq̃ virga gracilis et vtilis. est valde terribilis demonijs. ⁊ deuorat potẽtiã spirituum tenebrarũ. Hoc etiam figuratuʒ est in Iudith. de qua habet sui libri. xiij. c. ꝙ Holofernẽ pessimũ hostẽ ppl'i. dei occidit. Ipsa em̃ beata virgo a deo ptãtem accepit defẽdendi suos deuotos ab insidijs ⁊ psecutionibus diaboli. Et sicut filij israel glorificabant ipsam Iudith de victoria cotra

Q

De tria scpsit i frã mariam.

Exẽplũ quõ maria suos defẽdit

R Maria nõ sint petõres strãgulari sic viros Sare

holofernem obtēta. Ita ꝛ nos glificare et magnificare debem⁹ mrēm dñi nrī de sua potētia ꝛ magnificētia. vt de nūero illoꝝ inueniamur. de qbus ꝓphetatū est ps. cxliiij. Gliam regni tui dicēt ꝛ potētiā tuā loquentur. Cōueniēs aūt fuit ꝙ de⁹ tātā potentiā glīose ꝟgini ꝯferret triplici rōne. Primo q: elegerat eam vt esset regina celi. Nā si Salomō vt habet. iij. Regū. ij. dixit mrī sue Bersabee. Pete mr̄ mea. neq; enim fas est vt auertā faciē meā a te quāto magis decuit eternū patrē vt nullā sue potentie ꝑtatē oñderet ei quā elegerat vt esset celoꝝ impatrix? Et iō illi dr̄. ps. xliiij. Astitit regina a dextris tuis ꝛc. Scḋo ei tantā potentiā cōtulit. q: p illā grā p pctm̄ ꝑdita inueniri debebat. Uñ Luc. j. ci. dixit angelus. Inuenisti grāꝫ apud deū. ꝑdiderat eñ eaꝫ ipa antiq mr̄ nr̄a Eua. ꝛ. v. milib⁹ ānis ꝛ vltra in ꝑditiōe ꝑdurauerat. sed ꝟgo gloriosa eā adinuenit. Uñ Ber. illi inqt. Inuenisti grām quā querebas. ꝛ quā ante te inuenire nemo potuit. Tertio ei ꝯtulit deus magnā potentiam: q: ipsa eius filio christo magna cōferre debebat. s. eū de suis purissimis sanguinib⁹ in vtero suo formare. ꝛ lacte suo sacratissimo enutrire. ꝛ eum q̄ vestit oīa induere. ipmq; toti⁹ mūdi gubernatorē regere ꝛ gubernare. Et iō ipa i cātico suo cecinit dı. Q̄ fecit mihi magna q̄ potēs est ꝛc. De hac aūt potētī ꝟtute ab ipso deo ipi ꝟgini ꝯferēda inqt āgel⁹ eidē Lu. j. Et ꝟt⁹ altissimi obūbrabit tibi. q̄ scꝫ te faciat potētissimā. ꝛ ꝟtute fortitudīs plenāꝫ.

Tātā aūt potētiā suā exercet btā ꝟgo nos adiuuādo. nobisq; subueniendo in vita. in morte ꝛ post mortem. Cōsidera g̃ o deuote xpiane. ꝙ si haberes amicū q̄ oēm vite tue indigētiā subleuaret: tibi char⁹ eēt. sꝫ si nō solū in vita. sꝫ etiā i morte tibi succurreret charior ꝑfecto existeret. Si autē in vita ꝛ in morte ac post mortē subuenire tibi nūq̄ cessaret. iste ꝓculdubio charissim⁹ esset. et oēs in amicitia tua antecelleret. Sed paulisp inspice. qs i hac vita sit amic⁹ tuus. Si mūdū q̄ris: decipit. Si parētes ꝛ cōsanguineos ipsi te mortuū associabunt tumulo et recedēt. te solū ibi sepultum relinquētes. Beatissima aūt virgo hoib⁹ duo ꝑstat bñficia i vita. vnū iustis. s. grē diuine. aliud ꝑo pctōribus scꝫ diuine mie. ꝛ ideo eā appellat eccl'ia matrē gratie ꝛ matrem mīe q. d. O maria que es gratiarū diuinarū distributrix ꝛ cōseruatrix. cōserua iustos in grā qua nihil est melius. ꝛ quā qui hꝫ. vt Aug. inquit. oīa alia habet. qui eā nō habꝫ: frustra cetera conatur habere. Tu quoq; o maria que es mater iesu xp̄i q̄ est summa misericordia. ora ꝓ pctōribus. Tu eñ es multe misericordie oībus inuocātibus te. ps. lxxxv. Scḋo in morte adiuuat i qua diuersa ꝑlia demones hominib⁹ īferāt quādo verificatur illud apostoli ad Ephe. vj. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem ꝛ sanguinem sed aduersus principes ꝛ potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harū. Ipsa eñ piissima ꝟgo suū adiutoriū nobis ꝑbet. Et ideo eaꝫ rogat eccl'ia dicens Tu nos ab hoste protege. Tertio subuenit post mortē. quādo scꝫ aīa transijt de corpe ne demones illam rapiāt. Et ideo eam orat ecclesia dicēs. ꝛ hora mortis suscipe. Ipsa autē virgo clementissima nec in tali hora deserit suos deuotos. Sed eis morientib⁹ astat amenissimo virginū cetu comitata. ꝛ cantantib⁹ angelis animas ipsorum deuotorum suoꝝ ad paradisū gloriā facit deportari. O igit virgo benignissima succurre mihi in illa hora horribili. Scio eñi ꝙ oīa potes Job. xlij. ca. De te namq; dici potest illud Sapiētie. vij. Cum sit vna scꝫ dei spōsa: omnia potest. Tu misereris oim. quia omnia potes Sapiētie. xj. Et subest tibi cū volueris posse Sap. xij. Tu ergo si vis potes me mundare Luce. v. Et ideo sicut potes adiuua nos. Mar. ix. Tu eñ faciens facies. ꝛ potens poteris. ij. Regum. xxvj. De te namq; dici potest illud Sapie. x. Oium potentior est. ꝛ ideo fac vt de te dicere possim illud. ij. Regum. xxij. Liberauit me ab inimico meo potentissimo. Omnia eñ possibilia sunt tibi. Marci. xiiij. Et tu dicere potes illud Genes. xxxix. ca. Nec quicq̄ est quod nō in mea sit potestate. tu etiam dominaris potestati maris motum autē fluctuū eius tu mitigas. ps. lxxxviij. Et de te possumus dicere illud Eccl'iastici. xvij. Dedit illi de⁹ potestatem eorum que sunt sup terram. ꝛ tu dicere vales illud Ecclesiastici xxiiij. In hierusalem potestas mea. De te quoq; verificatum est illud Danielis. iiij. Potestas tua in terminos vniuerse terre ꝛ iterum. Potestas eius potestas eterna in generatione ꝛ generationē ꝛ illud Josue. ix. Audiuimus famam potētie eius. et illud Eccli. xliij. Mirabilis potentia ipsius

Debuit de⁹ dare marie magnā ptātem

Maria adiuuat in triplici statu.

U De⁹scri psit in maria sapiam

Et ideo o potētissima𝔷 creaturarū potētissima. Ex cita potentiā tuā ꝛ veni vt saluos facias nos. ps.lxxx. Scḋo principaliter dico ꝙ filius dei scripsit in mre sua sapiam suā: faciēdo ipam sapiētissimā. Nec mirū si gloriosa ꝟgo facta est ita sapiens: cū ipa in vtero suo nouē mensib⁹ tenuerit fontē sapiētie ꝛ sciētie dei. ꝛ in gremio suo sepius baiulauerit eū. de q̄ d̄r Prouerb. ix. Sapia edificauit sibi domū. i. dei filius q̄ est sapia patris elegit sibi beatā virginē ad habitādū. ꝛ ideo sapia ipsam repleuit. vnde dicere pōt illud Sap. vij. Omnium artifex docuit me sapiam. Cōueniēter autē sapiētissima fuit. quia sicut prima mulier Eua per suā insipientiā maximam dedit occasionē nostre damnatiōis. ita scḋa mulier in qua immutatū est illud nomen Eua in aue. sua sapientia debebat esse occasio nostre saluationis. Et sicut ille maledictus artifex diabol⁹ infinitos quodammodo habet nocendi modos p maliciā suā. vt dicit Aug. in li. de natura demonū. ꝛ facit. c. sciendū. xxvj. q. iiij. Sic ista virgo bñdicta q̄si infinitos h𝔷 modos nos docēdi ꝛ reuocādi ab erroribus per sapientia𝔷 suā. vt reuocet aīas singulo𝔷 a corruptiōe. Job. xxiij. Ipa quoq𝔷 est illa que p sapientiā suā placat iram dei ne cōtra mundū deseuiat in vltione𝔷. Cum eñ in sacra scriptura sepius inueniat̄ pctā acriter punita a deo fuisse. vt pctm̄ inobediētie Adā p quo eū cū posteritate sua eiecit de paradiso. Gen. iij. Et pctm̄ luxurie tēpore quo misit diluuiū delēs oīa animalia exceptis paucis in arca saluatis Gene. vij. Item peccatū elatiōis in edificatione turris babel tpe gygantiū ꝓpter quod dispsit eos p vniuersū orbem ꝛ misit confusionem linguarū Gen. xj. Itē peccatū contra naturam ꝓpter quod subuertit Sodomā ꝛ Gomorrā ꝛ alias ciuitates hoc vitio infectas igne ꝛ sulphure. Gene. xix. Peccatū quoq𝔷 murmurationis dathan et abyron quos a terra viuos deglutiri fecit. Numeri. xvj. Et pctm̄ vane glorie Dauid in numeratione ppl̄i ꝓpter quod. lxx. milia viro𝔷 peste mori fecit. ij. Regū. xxiiij. Et peccatū irreuerentie seu irrisionis ꝓpter quod ignis de celo descendit ꝛ consumpsit duos quinquagenarios cum socijs eorū missos a rege iuda ad heliam. iiij. Regū. j. Item peccatū blasphemia Sennacherib. ꝓpter quod. clxxxv milia virorum pugnatorum ab angelo dei interfecta sunt. iiij. Regū. xix. Quid est ꝙ hodiernis tēporib⁹ in quib⁹ tot committūtur iobediētie ꝯtra deū. tot fiūt fornicationes. tot sodomie tot regnāt elatiōes ꝛ superbie ac vane gl̄ie tot murmuratiōes. ac irreuerētie dei ꝛ scto𝔷 eius. totq𝔷 blasphemie de⁹ nō flagellat mūdū. nō eū totaliter subuertit: cū nunq̄ tanta fuerint in ipso flagitia sicut in istis miseris dieb⁹? ꝑfecto hoc ideo ꝓcedit q: hec nostra sapientissima aduocata ei⁹ irā sua mittigat prudentia. Et iō Cassian⁹ hec considerans ait. Tu patrona hūani generis. tu cunctis afflictis medica singularis. Quis tuo non eget munere cū sit peccare cōe? Figurata aūt fuit btā ꝟgis sapia in Hester regina sapiētissima q̄ aiuerī regis iram mitigauit. ꝛ ppl̄m israel ne deleret liberauit Hester. vij. Uñ de ipsa verificatū fuit illud Eccl̄i. xxxix. Collaudabunt oēs sapiētiam ei⁹. ꝛ vsq𝔷 in seculū non delebit̄. ꝛ nomen ei⁹ req̄retur a generatione in generationē. Oēs igit̄ ad istam sapientissimā aduocatā debēt recurrere cū deum cognoscunt ꝓpter sua peccata cōtra eos iratū esse. Unde Bern. ait. O pctōr si ad cōspectū patris accedere times neliquescas q̄si cera a facie ignis. vade ad mediatricem matrem mīe. ꝛ ostēde ei vulnus ꝛ vlcera. ꝛ ipsa ꝓ te ostēdet filio pect⁹ ꝛ vbera ꝛ fili⁹ patri lat⁹ ꝛ vulnera. Pater nō negabit filio. Fili⁹ nō negabit matri. ꝛ mater non negabit tibi. hec ille. Nemo igit̄ desperet cum causam suā tali patrona tutari valeat. Nul l⁹ in errore permaneat cū ad istā sapientissimā magistram semp recurrere ꝛ ab ea instrui possit. Illi eñ in mundū veniēti dixit deus illud. iij. Regum. iij. Dedi tibi cor sapiēs ꝛ intelligēs intantū vt nullus ante te similis fuerit. nec post te surrecturus sit. De ipa quoq𝔷 exponi potest illud Prouer. xiiij. Sapiēs mulier edificat domū sua𝔷. i. eccl̄ia𝔷 catholicā. ꝛ illud. iij. Reg. iiij. Erat sapiētior cūctis hoīb⁹. ꝛ illud. ij. Paral. xj. Sapiētior ꝛ potentior fuit sup oēs. ꝛ illud Judith. xj. Mirabant̄ oēs sapiam eius. et Hester. xiij. Sapiētie et fide ceteros p̄cellebat et illud ps. cxlvj. Sapiētia eius non est numerus. Ipsa quoq𝔷 dicere potest illud Eccl̄s. j. Precessi sapiētia oēs qui fuerunt ante me. ꝛ transiui ad cōtemplanda𝔷 sapiētiā. ꝛ sapientia perseuerauit mecum. ꝛ illō Sap. vij. Optaui et venit in me spūs sapiētie ꝛc. ꝛ Eccl̄iastici. lj. In sapiētia vixit

X De spiritu sancto scripsit in maria clementiam.

anima mea. Tertio principaliter dico q spiritussanctus scripsit in gloriosa virgine clementiam suam. et fecit eam clementissimam. Dignum enim fuit vt ipse spiritussanctus illam roboraret clementia: que thronus altissimi et clementissimi principis esse debebat. iuxta illud Prouer. xx. Roborabitur clementia thronus eius. Nam thronus diuine misericordie est ipsa virgo maria mater clementie et misericordie. Figurata autem fuit clementia eius. ii. Regum xvij. in illa muliere que Jonatham et Achimaam fugientes a facie Absalonis querentium eos occidere. abscondit ex clementia in puteo et pandendo velum suum super os putei. vbi latuerunt quousque serui ipsius absalonis eos querentes recesserunt. Ex qua figura datur intelligi q peccatores qui deum peccatis offendunt: mater misericordie occultat velo clementie in profunditate humilitatis sue. si ad eam confugerint quousque ira et vindicta dei cessauerit. Clementia vero ipsius virginis excellit omnes alias que in creaturis reperiri possunt. vnde sicut Virgilius collaudat Dianam super alias deas paganorum. et Dydonem super alias mulieres dicens. l. i. Eneydos. Regina ad templum forma pulcherrima Dydo Incedit magna iuuenum stipante caterua Qualis in eurote ripis: aut per iuga cynthi Exercet diana choros: quam mille secute Hinc atque hinc glomerantur oreades: illa pharetram. Fert humero: gradiensque deas super eminet omnes Talis erat dydo: talem se leta ferebat Per medios instans operi: regnisque futuris. Similiter nos super omnes creaturas laudare debemus gloriosam virginem de clementia et benignitate que super omnes sanctos instat operationi nostre salutis. et regnum nobis eternum in futura vita procurat et preparat ex sua misericordia. Et omnibus vniuersaliter clementissima est promptissima ad subueniendum. vnde Ber. in quodam sermone eam alloquens inquit. Ille solus o virgo beata laudes tuas sileat qui te fideliter inuocatam senserit in suis necessitatibus defuisse. Et quid mirum si inuocata adest que etiam non vocata presto est. De illa ergo dicere possumus illud Prouer. xvi. Clementia eius quasi imber serotinus. Et. xxxi. eiusdem li. ca. lex clementie in lingua eius. Ipsius enim benignitas est illa de qua dicitur Prouer. xi. Clementia preparat vitam. Licet enim sit alta regina. quia est celi terreque domina tamen erga nos subditos suos non vtitur imperio sed clementia. Unde dicere potest illud Hester. xiij. Cum vniuersum orbem mee ditioni subiugassem; volui nequaquam potentie abuti magnitudine. sed clementia: et lenitate gubernare subiectos. vt absque vllo terrore vitam transigentes: optata cunctis mortalibus pace fruerentur. O igitur clementissima domina que nunquam petitiones deuote tibi supplicantium repellis. oro vt audias nos pro tua clementia Act. xxiiij.

V. Possumus quoque exponere illud quod dicitur Job viij. scilicet digito scribebat in terra. dicendo q ad actum scribendi quattuor requiruntur. scilicet scriptor. instrumentum siue res scribenda atramentum et chartha siue alia materia. et tunc talis scriptura potest tradi ad legendum cuilibet legere scienti. Spiritualiter autem hec omnia concurrerunt in liberatione mulieris adultere. de qua habetur in predicto euangelio. per quam figuratur humana natura in peccato lapsa. quia ibi fuit digitus dei. scilicet spiritussanctus scriptor. atramentum fuit rubeus sanguis christi. Charta autem in qua scripta est: fuit beata virgo Maria que fuit liber in quo prius prophete designauerunt modum incarnationis et natiuitatis filij dei ex ea. et passionis eius. et omne mysterium humane redemptionis fiende per verbum dei. Fuit enim beatissima virgo tanquam mundissima charta. mentaliter christi sanguine aspersa. secundum illud Luce. ij. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. In ista autem charta siue terra purissima fuerunt scripta septem dona spiritussancti. Et ibi possumus legere quanta passa sit. et quanta nobis contulerit. Figura autem huius habetur Leuit. xiiij. vbi Moyses aspersit propitiatorium quod erat in tabernaculo sanguine vituli digito suo. vt per hoc accedentes ad tabernaculum inuenirent remissionem peccatorum. et eis propitiaretur deus. Spiritualiter enim per altare: ad quod solus summus sacerdos accedebat: significatur immaculata virgo ad quam solus summus sacerdos filius dei descendit. vt ibi conficeret hostiam quam pro nobis immolaret. Ipsa vero beatissima virgo septies aspersa est sanguine vituli. quia septies percussa est gladio passionis redemptionis nostre. Primo a Symeone. Secundo quando tota nocte audiuit ipsum flagellari. Tertio quando mane ad domum Pilati vidit eum spinis coronari. Quarto quando audiuit eum ad mortem condemnari: et super humeros eius crucem imponi. Quinto quando audiuit eum cruci affigi. Sexto quando vidit ipsum in cruce expirare. Septimo quando vidit latus eius lancea transfigi et aperiri. Compatiebatur enim ei tanquam vna caro cum dilectio filio suo. et passiones omnes que fiebant ipsi filio: erant tot vulnera in corde matris:

Maria charta in qua scripta est passio christi.

vt inquit Hiero. in quodā sermone. Fuit ergo purissima virgo altare in cuius corde occisus est vitulus sacrificij. et illi⁹ sanguine septies aspsa est aīa ei⁹. Item ipa facta est liber federis. in quo scripsit spūsanctus septē dona sua ceteris abūdanti⁹. Cupientes ergo ad vitā eternā puenire studeāt in libro isto die ac nocte. et in eo se faciant ascribi p deuotionē. Hic em̄ est ille liber. d quo dicit deo ps. cxxxviij. In libro tuo oēs scribētur. Hic est liber vite et testamentum altissimi et agnitio veritat̄ Eccli. xxiiij. In h libro oēs etiā idiote legere pnt. de quo dr Esa. xix. Dabit liber nesciēti lras. Ue aūt illis indeuotis de qb⁹ dicit propha ps. lxviij. Deleant de libro viuētiū: et cū iust̄ nō scribāt. Quib⁹ etiam ait de⁹ Esa. l. Quis est hic liber repudij matris vestre: q dimisistis eā? Spero tn̄ q de aliquibus verificabitur illud Esaie. xxix. In modico et in breui audient surdi vba libri de tenebris et caligine et oculi cecoꝝ videbūt. et adent mites in dño leticiā. et pauperes hoīes in sctō Israel exultabūt ec. Hic etiā est liber mandatorūm dei Baruch. v. In die aūt finali verificabitur illō Dan. vij. Iudiciū sedit: et libri apti sunt. Tunc em̄ vnusqsq iudicabit nunqd in h libro studuerit. et inspiciet si in eo scriptus sit. Saluabit nanq ois qui scriptus inuenit in libro vite Dan. xij. O vtinam et ego de illis inueniar. de quib⁹ dr Luc. iij. Quorā noīa scripta sunt in libro vite. Fac o btā virgo vt de me verificet illō Apoca. x. Accepi librum de manu angeli. et cum deuorassem illum: factus est in ore meo tanq mel dulce. Scio em̄ o bndicta dei mater. q non intrabit in ciuitatē supernā nisi q scriptus est in libro vite agni. Apoc. xxi. De indeuoto aūt tuo ait fili⁹ tuus eiusdem libri c. iij. Delebo nomen ei⁹ de libro vite. Qui aūt nō est script⁹ in libro vite mittet in stagnū ignis Apoca. xxi.

Qō beata virgo dicitur speculum dei. Assimilatio. ix.

Z Maria speculū propt quatuor.

Benedicta virgo Maria dr speculū quadruplici de causa. Primo ppt speculi cōpositionē. Speculū em̄ cōponit ex vitro et plūbo. Per vitrū aūt qđ est lucidū significat eius virginitas q fuit lucida corā deo. iuxta illud Sap. iiij. O q pulchra est casta generatio cū claritate. Per plumbū vo qđ est ductile: et habet colorē cinereū significatur eius hūilitas. quia veri humiles de facili ad oīe bonū ducūtur. et reputāt se cinerē. iuxta illud Geñ. xviij. Loquar ad dñm meū cū sim puluis et cinis. Et sicut plumbū p se et vitrū p se nō facit speculum nisi insimul iungant. sic nec Marie humilitas sine virginitate. nec eius virginitas sine hūilitate fecisset eā speculū dei. in quo eius imago refulsit. s. xps. De ista coniunctiõe virginitatis et hūilitatis inqt Hugo de sctō victore. O virginitas et humilitas quō in vnum conuenistis? Quid fecistis? Sic sublimastis hūilem. sic fecūdastis virginē: vt virgo dei pariat dei filiū. et humilis habeat spōsum deū. Sicut aūt speculū recipit in se figuram ei⁹ qui fecit illū. ita btā virgo in suo vtero recepit eū q creauit ipam. Un in eius psona dr Eccli. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. sicut q fabricator speculi quantūcūq magn⁹ sit tn̄ totā imaginē suā in eo conspicit. Ita licz de⁹ q beatā virginem fecit sit immensus. tn̄ totū se in ea recepit. Un Esa. xij. dr. Exulta et lauda habitatio syō. i. virgo bndicta que es speculum dei. Syon em̄ speculatio siue speculū interpretatur. q magnus in medio tui sctūs isrl. Ps. quoq. lxxxvi. dr. Nunqd syon dicet hō: et hō nat⁹ est in ea: et ipe fundauit eam altissim⁹. Sicut aūt speculū nisi esset tersum et clarū nequaq qs imaginem suā in eo conspiceret: sic de⁹ imaginē suam idest filiū suū in virgine non posuisset nisi purissima fuisset. Et iō dicit d ea Sap. vij. Cādor est lucis eterne: et speculū sine macula. Ori igitur suo imponat silentiū qui clarissimū dei speculū predicat fuisse originali vitio maculatū. Scdō dr speculū propter radij solaris penetrationē. Sicut em̄ radi⁹ solaris intrat et exit speculū sine ipsi⁹ speculi corruptione. sic et xps q est ver⁹ sol istud speculū intrauit in conceptu. et exiuit in partu sine virginitatis ei⁹ violatione. De quo inqt Aug. in sermone d natiuitate dñi. Solis radius speculū penetrat et soliditatē ei⁹ insensibili subtilitate ptrāsit. et talis videt intrinsecus qualis est extrinsec⁹. Ita q nec cū ingredit. nec cū egredit illō dissipat. q in igressu et egressu ei⁹ speculū integrū pseuerat. Speculū ergo nō rūpit radi⁹ solis. et integritatem virginis ingressus aut egressus vitiare potuit diuinitat̄? quis dicat nō. Tertio dr speculū ppter rerū pntiū representationē. Oīa em̄ que ibi sunt re-

Sic radius vitrum sic xps mariā non corrumpit.

lucet in speculo. Et similiter in beata virgine tamquam in speculo dei omnes debent inspicere. et postea maculas suas diluere et tergere. Nam superbi cognoscent ibi suas maculas respiciendo ad eius humilitatem. Auari respiciendo ad illius paupertatem. Luxuriosi respiciendo ad ipsius virginitatem. Ait enim Hiero. in ser. de assumptione. Christus virginem matrem elegit vt ipsa omnibus esset exemplum castitatis. Omnes igitur peccatores in hoc speculo inspicientes videbunt quod et quantum ex parte sint infecti. Et econtra virtuosi intueri poterunt virtutes et bonos mores ipsius quos debent imitari. Sicut enim sancta romana ecclesia est speculum et exemplum omnibus fidelibus. c. enimuero xix. di. ita mater christi debet esse speculum et exemplum omnibus christianis. et ideo inquit beatus Amb. in ii. li. de virginitate. Sit vobis tamquam in imagine descripta virginitas vitaque marie a qua velut e speculo refulget species castitatis et forma virtutis. Et hoc figuratum fuit Exo. xxxviij. vbi dicitur quod moyses fecit labium eneum cum basi sua de speculis mulierum. Sacerdotes enim in illis speculis maculas faciei sue respiciebant et eas lauabant. vt sic mundi accederent ad sacrificandum. sic enim et nos maculas mentis nostre in hoc speculo virginali debemus inspicere et eas lauare vt sic possimus mundo corde et corpore deo seruire. Sicut autem speculum imagines omnium tam paruorum quam magnorum in se recipit. et de quolibet re quam sit pulchra vel deformis veritatem indicat. Sic et virgo gloriosa omnes ad se venientes recipit intra viscera sue pietatis. et ad istar speculi omnibus sui status qualitatem ostendit.

Quarto dicitur speculum propter ipsius speculi fulgorem. Ipsa etenim tota fuit fulgida. Unde Hiero. inquit. Sane credo quod virgo maria tota fuit fides in credendo. tota oculus in cognoscendo. tota charitas in diligendo. tota virtus in operando. tota candor in concipiendo. tota splendor in pariendo. et tota decus in ascendendo.

Quod beata virgo dicitur arcus celestis siue iris. Assimilatio. x.

Arcus celestis significat virginem gloriosam propter generationem. dispositionem et colorationem. Primo propter generationem. Nam arcus predictus. vt dicitur in li. de prop. re. generatur in nubibus in nube lucida concaua et aquosa ex reflexione radij solaris in eam. Beata autem virgo fuit nubes inquantum fuit a terrenis eleuata per celestium contemplationem. et fuit lucida per fulgidam conuersationem et concaua per humilitatem. et aquosa per compassionem et pietatem. quia habet cor melleum et ductile ad compatiendum. Radius igitur solaris. i. gratia dei refulsit in maria: quod fuit nubes lucida. concaua et aquosa. et sic arcus celestis fuit effecta. Secundo dicitur arcus celestis propter dispositionem. Arcus enim ille ita est dispositus quod est sine chorda et sine sagitta. et versus nos tenet cornua. Quidam autem sunt sicut arcus cum chorda et sagitta. qui extenduntur a nimia indignatione. et iaciunt sagittas. i. comminationes eorum nimia crudelitate: et tenent cornua versus se. s. indulgentiam et beneficentiam. quia inimicis suis nolunt indulgere. nec amicis beneficia exhibere. Sed benedicta virgo est sine chorda indignationis. quia est tota mitissima. et est sine sagitta comminationis. quia est tota dulcissima. vnde Ber. super missus est ait. Quid humana fragilitas trepidat accedere ad mariam. nihil austerum in ea est. nihil terribile tota suauis est. Habet autem duo cornua. s. gratiam et misericordiam. et ista tenet versus nos quia iustis dat gratiam. et peccatoribus indulgentiam et misericordiam et ideo appellatur mater gratie et misericordie. Dum ergo iste arcus sine chorda et sagitta inclinat ad nos cornua. significat quod beata virgo non vult nos ferire. sed nobis misereri et parcere. et quod propter suam immensam pietatem semper filium suum inducit ad parcendum et non feriendum. dicens illud Johel. ij. Parce domine parce populo tuo etc. Tertio dicitur arcus celestis propter colorationem. Ut enim dicit Beda. et habetur etiam in li. de prop. rerum. arcus ille ex quattuor elementis contrahit colores. nam ex igne contrahit colorem rubeum ex aqua celuleum. ex aere hyacinthinum. et ex terra gramineum seu viridem. Et similiter isti quattuor colores fuerunt in beata virgine. Habuit enim colorem rubeum. quia tota fuit igne diuini amoris inflammata. et istum colorem traxit ab illo igne. de quo dicitur Heb. xij. Deus noster ignis consumens est. Secundo habuit colorem ceruleum. quia tota fuit per compassionem liquida effecta. iuxta illud ps. xxi. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei. Et istum colorem traxit ab aquis. i. ab omnibus tribulationibus et miserijs. vel ab aquis diuinarum gratiarum de quibus dicitur Esa. lv. Omnes sitientes venite ad aquas. Tertio habuit colorem hyacinthinum quia semper fuit in celestibus conuersata. iuxta illud ad Ephe. iii. Nostra autem conuersatio in celis est. Et istum colorem traxit ab aere. i. a mentis sue puritate. quia in mente eius semper

Maria sicut arcus habet quattuor colores.

fuit serenitas puritatis. Quarto habuit co
lorē viridē. q2 tota fuit in cōuersatione vi
ridis ⁊ amena ⁊ istuꝫ colorē traxit a terra
idest a sua aīa. ex qua virtutes generabanꝫ
p quas gratiosa deo ⁊ hoībus reddebatur
Eius aūt viroꝛ virtutū oīm alioꝝ sanctoꝝ
virtutes supabat. vn̄ Eccli. xl. dr. Gratiaꝫ ⁊
speciem desiderabit oculus. ⁊ super hec vi
rides sationes. i. virtutes virentes ex terra
virginea pcedentes. Qualiter autem ipsa
fuit deo ⁊ hominibus gratiosa. dicit Gilber
tus epūs. Virtutes marie depromebant in
cogitatiōe ⁊ affectione cordis ineffabilem
armoniā quā ipsa creatrix ⁊ inhabitatrix
ei⁹ dei sapiētia delectabaꝫ audire. Corusca
bat q2 foris. ⁊ in superficie sermonis. ⁊ in
tus. Vn̄ possent hoīes glorificare deū. ⁊ ex
empla salutis accipere. hec ille. Possum⁹
q2 dicere ꝙ per colorē igneū siue rubeū si
gnificaꝫ feruoꝛ charitatis. p hyacinthinuꝫ
nitoꝛ sanctitatis p ceruleū teneritudo pie
tatis. p viridē vo viroꝛ vginitatis ei⁹. Ista
igitur virgo figurata est p illū arcuꝫ de q̄
dr Gen̄. ix. Dixit de⁹. Hoc est signū federis
qđ do inter me ⁊ vos in generationes sem
piternas. Arcum meū ponā in nubibus. et
erit signū federis inter me ⁊ inter terram.
Cūq3 obduxero nubib⁹ celū. appebit arcus
meus. in nubib⁹ ⁊ recordaboꝛ federis mei
qđ pepigi vobiscū. ⁊ nō erūt vltra aque di
luuij super terrā ad delendā oēm carnē. vi
debo em̄ arcū meū in nubib⁹. ⁊ recordaboꝛ
federis sempiterni. De ipa ergo bn̄dicta vir
gine dicere possumus illud Eccli. l. Quasi
arcus refulgēs inter nebulas glie. ⁊c. Et il
lud Eze. i. Quasi arcus cū fuerit in nube i
die pluuie. Et illđ Abachuc. iij. exponi pōt
de ipa virgine. vbi deo inqt ppheta. Susci
tās suscitabis arcū tuū iuramēta tribubus
q̄ locut⁹ es. Itē illud Apoca. iiij. Sedes po
sita est in celo. ⁊ supra sedē sedēs. i. fili⁹ dei
⁊ yris erat in circuitu sedis ⁊c.

Qđ beata virgo dr collum. Assi. ratio. xv.

B C Ollū i scriptura appellatur vir
go bn̄dicta. Vn̄ Can̄. i. dr. Collū
c tuū sicut monilia Primo aūt vi
debim⁹ q̄re dicaꝫ collū. Scđo
q̄re dicaꝫ sicut monilia. Pri
maria mo ergo est sciendum ꝙ ipsa assimilaꝫ col
dr collū lo per respectum ad deum. ⁊ ad seipsam et
triplici ad nos. Primo per respectum ad deum dr
ratione collum triplici ratione. Primo ratione cō
iunctionis. Sicut em̄ collum coniungit ca
put corpori. sic ⁊ ipsa xpm qui est caput no
struꝫ ecclesie que est corpus suuꝫ vnit. Qđ
em̄ xps sit caput eccl̄ie pꝫ p aplm ad Col.
i. Hec aūt coniūctio ⁊ vnio in eius vtero fa
cta fuit. qn̄ dō ea xpus carnē assumpsit ⁊ sibi
vniuit. qn̄. s. verbuꝫ caro factum est ⁊ habi
tauit in nobis Io. i. Scđo dr collū ratio
ne mediatiōis. Sicut em̄ collū est mediū
inter caput ⁊ corpus: sic ⁊ ipa est mediatrix
inter deū ⁊ nos. Vn̄ dr medius templi. ps.
xlvij. In tēplo quidē sunt tres diuisiones.
Prima est sacrariū. Ultima est corp⁹ ipm.
Media vo est chorus. Sicut ergo chorus
est medius inter sacrariū ⁊ corp⁹. sic ⁊ ipsa
est mediatrix inter deum ⁊ humanum ge
nus. Tertio dicitur collū ratiōe rectitudi
nis. Sicut em̄ collum est rectum. sic ⁊ ipsa
in omnib⁹ que agebat rectā itētionē habe
bat. Unde Can̄. vij. dr. Collū tuū sicut tur
ris eburnea Dicaꝫ em̄ turris pter rectitu
dinē. ⁊ eburnea pter puritatem. Scđo
dr collum p respectū ad seipsaꝫ. ⁊ hoc ppt
tria. Primo pter eminētiā ⁊ dignitatem.
Sicut em̄ post caput colluꝫ eminet omnib⁹
mēbris. sic ⁊ ipsa post xpm eminet omnib⁹
sanctis. Et iō assimilaꝫ cedro. Eccli. xxiiij.
Quasi cedrus exaltatā sum in libano. Si
cut em̄ cedrus excedit oēs arbores i altitu
dine. sic ⁊ ipsa excedit oēs sctōs in dignita
te. Scđo pter eloquētie gratiositatē. Si
cut em̄ in collo formanꝫ verba. sic ⁊ ipa i cō
spectu dei p nobis loquiꝫ bona. Que ver
ba ita de⁹ libenter audit vt dicat ei Can̄. ij.
Sonet vox tua in aurib⁹ meis. vox em̄ tua
dulcis. Tertio pter cōpassionē ⁊ pietatē.
Sicut em̄ collū de facili flectitur. sic ⁊ ipsa
ad cōpassionē de facili cōmoueꝫ. Flectiꝫ
aūt collum modo a dextris. mō a sinistris.
modo ad ante. ⁊ mō ad tergū. Et siliter ipa
modo flectitur ad illos qui sunt in dextris
idest i psperitate dādo eis tēperantiā. mo
do ad eos qui sunt a sinistris. i. i aduersita
te dando eis patiētiaꝫ. Modo ad illos q̄
sunt ante. ⁊ modo ad eos qui sunt a tergo.
Boni quidē habēt faciē suā ante deū. Ma
li aūt habent tergum. iuxta illud Iere. ij.
Verterūt ad me tergū. ⁊ nō faciē. Flectitur
ergo ad illos qui sunt ante deū cōseruādo
eos i gratia. ⁊ ad illos qui sibi vertunt ter
gum reducendo eos ad penitentiā. Ter
tio dicaꝫ collū p respectū ⁊ ad nos. Et hoc
pter tria nobis necessaria. Primo pter
sustentationem. sicut em̄ collum sustentat

caput. sic ꝛ ipa nos oēs supportat. Et ppꝯ hoc etiā dr colūna. de qua scriptū est Eccli. xxiiij. Thronus meꝰ in colūna nubis. Thronus em̄ dei fuit btā virgo. que etiā est colūna inquātum nos sustentat. ꝛ est nubes in quātū nos a terrenis eleuat. Scdo dr collū ppter subministrationē. Sicut em̄ a capite mediāte collo descēdūt in corpora oīa nutrimēta: sic a xpo per virginē in nos veniunt oīa bona. Ipsa aūt nō est auara. sed manus semper aperit ꝛ nobis grās spūales tribuit. vn̄ Prouer. vl. dr. Manū suam aperuit inopi. ꝛ palmas suas extendit ad pauperē. Tertio ppter respirationē. Sicut em̄ a collo interior aer emittit. sic p ipam nr̄a deuotio deo pn̄tatur. Et sicut exterior aer per collū ad corpꝰ trahit. sic p ipam nobis omīs grā inspiratur. Vn̄ Eccli. iiij. dr. Sapiētia filijs suis vitā inspirat.

E Maria monile. Scdo videndū est quare dicat. sicut monilia. Circa qd est sciendū. q monile est ornamentum pectorale qd cōficit ex auro ꝛ argēto ac lapidibus p̄ciosis. ꝛ ex his tribus confectum est istd monile dei. Ista autē sunt illa tria. de qbus dr. i. ad Th. v. Integer spūs vester aīa ꝛ caro seruet sine querela. Ipsa em̄ habuit corpus aureū. i. incorruptū. aīam argenteā. i. lucidam ꝛ purā ꝛ spūm coram deo preciosū. Dicit aūt monile a mūere. qꝛ spōsi talia ornamēta spōsis suis olim dare consueuerāt vt se ornarēt. vel dr a muniēdo: qꝛ pectꝰ sponse munit: ne aliquis manꝰ impudicas apponat. Vel dr ab vniendo. qꝛ duo ora capitij iungit. ꝛ qsi vnū de ipsis facit. Et id dr monile a monos qd est vnū. vel sic dr a monēdo. qꝛ admonebat vidētes abstinere ab illa tanq̄ a coniugata. Olim em̄ solūmodo nupta deferebat monilia. ꝛ sic patꝫ q monile qttuor habebat facere. s. pectꝰ ornare. pectꝰ munire. diuisa cōiungere. ꝛ oēs admonere. Et sic ista quattuor facit nobis istud monile dei. Nam nos ornat suis exemplis. Vn̄ Eccli. xxv. dr. Sicut sol oriens mū do in altissimis dei. sic mulieris bone species in ornamentū domꝰ sue. Scdo munit pectꝰ nostrū suis p̄sidijs. ne demones illd intrare possint. Et ideo dr Can̄. vi. Terribilis vt castrorū acies ordinata. Tertio diuisos ꝛ separatos a deo coniūgit. pctā em̄ a deo diuidūt. Vn̄ Esaie. lix. dr. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos ꝛ deū. Sed istos sic diuisos ipa deo vnit cū veniam eis acqrit. Quarto aīas nr̄as signat. per. quod demone s admonent ne ipas contingāt: cum sint sponse dei. iuxta illd Osee. ij. Desponsabo te mihi in fide. Istud aūt signaculū ab oībus recipi debere admonet: di. Can̄. viij. Pone me vt signaculū supra cor tuum.

Qd btā vgo dr colūba. Assimilatio. iiij.

D Maria sicut colūba cōmendabilis. Columba significat beatā virginē ppter plura in qbꝰ ipa colūba cōmēdabilis est. Primo em̄ cōmēdabilis est quoad nidum qꝛ non nidificat in terra. nec in arbore: sed in foramine petre. ꝛ sic btā virgo nō nidificauit: nec cor suū posuit in terrena cupiditate. nec in sublimi elatione: sꝫ in filij sui vulneribꝰ ꝛ passione. Vn̄ ei dicit Can̄. ij. Surge ppera amica mea columba mea: ꝛ veni in foraminibꝰ petre. Ista igitur colūba habitabat in petre foraminibꝰ. qꝛ p recordationē cōtinuā semper erat in xpi vulneribꝰ. Vn̄ dicenti filio illud Thren̄. iij. Recordare paupertatis ꝛ trāsgressiōis mee. idest transgredientis et excessiue passionis mee. ꝛ absinthij ac fellis. Ipa r̄ndit illd qd in eodē. c. habet. Memoria memor ero. et tabescet in me aīma mea. Vel potest dici q xps in hac vita habuit plures nidos. s. presepiū patibullum ꝛ sepulcrū. Et i istis nidis hec diuīa colūba frequētissime habitabat qꝛ loca habitatiōis xpi cū deuotione maxima visitabat. vn̄ dicit sctūs Odilio. Si volumus scire qd dei genitrix post filij resurrectionē agebat. sine dubio loca dn̄ice natiuitatis passiōis. sepultur ꝛ resurrectiōis frequenter visitabat. in eis lachrymas fundebat. ꝛ oris sui sctīssimi oscula imprimebat. Hiero. quoqꝫ in ser. de assumptiōe ait. Fortassis pre nimio amore in loco quo filius eius sepultꝰ est eam habitasse credimꝰ. quo pijs pasceretur interius amor obtutibus. ꝛc. Scdo cōmendabilis est colūba quoad cibū. qꝛ non cōedit cadauera sꝫ electa grana. Et sic btā virgo nō afficiebatur circa terrena ac mūdana. sed circa celestia ꝛ eterna. Pascebat em̄ illo grano frumēti. de quo dr Ioh. xij. Nisi granū frumenti cadens in terra mortuū fuerit ꝛc. Granū nāqꝫ frumēti hꝫ reficere ꝛ satiare. ꝛ quātū ad h significat xpi diuinitatē. ꝛ in h sensu exponi pōt illd ps. cxlvij. Et adipe frumenti satiat te. Itē hꝫ exteriꝰ ruborem. ꝛ quantū ad h significat eius carnē sanguie rubricatā. iuxta illud Esa. lxiij. Quare rubrū est indumētū tuū. ꝛc. hꝫ qꝫ interiorē cādorem. ꝛ

quātū ad ꝗ significat:ei⁹ aīam cādore mun
dicie fulgidā. Sap̄.vij. Cādor est lucis eter
ne. Et ꝓpter ista tria dic̄.b.v̄go Can̄.v. Di
lect⁹ me⁹ candid⁹ quantū ad aīam fulgidā
ꝛ rubicūd⁹.quantū ad carnē cruentatam.
elect⁹ ex milib⁹.quātū ad diuinitatē sapie
mā. Ista igit̄ colūba hoc grano delicatissi-
mo vescebat̄.q: circa xp̄i diuinitatē pleniſ-
sime delectabat̄. Tertio cōmendabilis
est colūba quātū ad gemitū.q: nō h̄z cātuz
vanitatis:ſ; gemitū cōpassiōis. Ipa etem̄
v̄go cū alijs sctis mulierib⁹ in xp̄i passione
gemit⁹ emittebat. Un̄ dicere poterat illis.
Quasi colūbe meditantes gemem⁹ Esa.lx.
De gemitu aūt eius inqt deuot⁹ Anselm⁹.
O dn̄a mea misericordissima:quos fontes
lachrymaꝝ dicam erupisse de pudicissimis
oculis tuis:cū attēderes vnicū filiū tuum
innocētē coraz te flagellari.ligari mactari.
ꝛ carnez de carne tua ab impijs crudeliter
dissecari. Quibus singultibus existimabo
purissimū pect⁹ tuū vexatum esse cū audi-
res. Mulier:ecce fili⁹ tu⁹. Quarto com
mendabilis est colūba quātū ad volatū.q:
nō volat solitaria:sed gregatim ꝛ associata
Btā autez virgo est illa mulier amicta sole
de qua dr̄ Apoc̄.xij. ꝙ date sunt ei due ale
ad volādū in desertū. Iste em̄ due ale sunt
amor ꝛ spes quib⁹ volabat ad celū: dicens
cū ps̄.liiij. Quis mihi dabit pēnas sicut co
lūbe:ꝛ volabo ꝛ requiescā. Nō aūt sola vo-
labat:sed alios ad volandū secū trahebat.
scz apl̄os. Un̄.ſ.Odilo ait. Deinde ad no-
rū sibi refugiū.scz apl̄icū cōsortiū:circūitu
dn̄icoꝝ locoꝝ peracto cum gaudio remea-
bat. Hiero.quoqz in ſmone de assumptio-
ne inqt. Post ascensionē xp̄i Marie cōuer-
satio ad exēplū humane vite cū apl̄is vsqz
ad dispersionem fuit.qd̄ Lucas in actibus
aploꝝ cōmēorat.di.c.j. Hi oēs erāt perseue
rantes vnanimit̄ in orōne cū maria matre
Jesu. Quinto cōmendabilis est colūba
quoad simplicē contuitū.habz em̄ colūba
magnā simplicitatē.iux̄ illud Mat.x. Esto
te simplices sicut colūbe. Btē aūt v̄gini in
quit ei⁹ celestis sponsus Cant̄.j. Oculi tui
colūbaꝝ.i.simplicit̄ aspiciētes.vn̄ Hiero.
in sermo.ad Eusto.de illa inqt. Erat candi
da multis meritoꝝ virtutib⁹.ac dealbata
niue candidior spūsscti muneribus.ꝛ in oī
bus colūbe spem repn̄tans.q: quicqd in ea
gestū est totū puritas ꝛ simplicitas.totum
v̄itas ꝛ grā fuit.totū mia ꝛ iusticia que de
celo ꝓspexit. Hūit igit̄.b.v̄go simplicitatē
in intētiōe.q: semp dei gl̄iam q̄siuit.in affe
ctione.q: deū sine admixtiōe mūdani amo
ris semp dilexit.in operatiōe.q: oīa q̄ facie-
bat ad honorē dei ꝛ proximi vtilitatē facie
bat. Talis aūt simplicitas multum est deo
grata.vn̄ illi dr̄.j.Paral̄.xxix. Scio dn̄e q:
simplicitatez diligis. Et iō Sap̄.j.inquit.
Salomō. In simplicitate cordis q̄rite illū

Sexto cōmendabilis est colūba quantū
ad residētiā.q: residet iuxta fluēta aquarū
iuxta illud Can̄.v. Oculi tui sicut columbe
super riuulos aquarum.q̄ lacte sunt lote.ꝛ
residēt iuxta fluēta plenissima. De btā aūt
virgine Hiero.exponens illud Can̄. Uidi
speciosam sicut colūbā ascēdentē desup ri-
uos aquaꝝ:ait. Quasi colūba speciosa fuit
qm̄ illi⁹ colūbe spēm ac simplicitatē demō
strauit q̄ sup xp̄m venit.desup riuos aqua
rū.q: sup aquā refectionis educauerat eaz
de⁹.ex qua mlti riui deducti totā terrā irri
gāt. Dicit̄ aūt ꝙ colūba iō sup riuos aqua
rū morat̄.vt inde vmbrā accipitris aspici-
at.vel vt sitim suā extinguat.vel vt ꝯ estuz
se refrigeret. Et silr btā virgo semp morat̄
iuxta plenitudinem spūsscti vt insidias dia
bolicas a suis fidelib⁹ p̄caueri faciat.ꝛ iō
figurata fuit ꝑ reginā Hester:q̄ fraudulen-
tiā aman recognouit.ꝛ ppl̄m suū saluauit
Scdo sitim amoris mūdani ꝑ diuinū amo
rez penit⁹ in se extinxit.q: sicut dicit Aug.
Qui biberit de fluuio paradisi cuius vna
gutta maior est oceano.restat vt in eo sitis
mundi penit⁹ extinguat̄. Tertio ꝯtra estuz
oīm tribulationū se refrigerauit.iuxta illō
Hiere.vj.inuenietis refrigeriū aīabus ve-
stris. Fert̄ ꝙ in partibus vltramarinis
volētes reges ꝛ p̄ncipes aliq̄ magna signi- E colūba
ficare:hn̄t apud se columbā cui⁹ pulli sunt lr̄as de
in regiōe illa ad quā noua trāsmittere cu- ferens.
piūt. Et ligantes lr̄as ad pedes colūbe.di
mittunt illā q̄ neqq̄ q̄escit quſqz ad regio-
nē illā puenerit in q̄ ꝓpos filios eē nouit
ꝛ tūc gētes regiōis illi⁹ cognoscūt illā esse
colūbā regiā.et accipientes lr̄as de pedib⁹
ei⁹ cognoscūt noua q̄ mittit eis dn̄s suus.ꝛ
Spūalr. Eramus oēs i regiōe vmbre mor
tis propter culpā.ꝛ nullū bonū nouū scire
poteram⁹ de placatione eterni regis erga
nos. Sed veniens hec diuina colūba cādi
dissima.ſ.gl̄iosa virgo maria a superno re
ge missa.portauit nobis priuilegiū nostre
reparationis ꝛ salutis. Et figura huius ha

betur Geñ.viij.vbi dr.ꝙ columba reuersa. est ad arcã portãs ramũ oliue virẽtis.ꝛ tũc cognouit Noe ꝛ ꝗ inclusi erãt i arca cessasse aq̃s diluuij sup terrã. Spũalr aũt significat ꝙ genus hũanũ erat in arca originalis pcti inclusũ ꝛ detentũ. Cooperuerant em̃ aque hui⁹ culpe mẽtes ꝛ colles.i. sctõs ꝛ iustos adeo vt nullus posset extra hũc carcerẽ apparere ac exire. Sed veniẽs hec columba eis portauit oliuã virentẽ pacis ꝛ reconciliatiõis.qr ipa effudit ꝛ dedit saluatorẽ p quẽ carcer noster cõfract⁹ est. ꝛ dñs noster nobis recõciliat⁹.vñ de carcere isto educti ad celi palatiũ pducimur. Uñ Ber. ipsi bñdicte colũbe nostre inqt. Inuenisti o btã ṽgo grãm quã nemo añ te inuenire potuit.inferni.s. captiuationẽ. pctõꝝ liberationẽ.oẽm mũdi restaurationẽ.celi reparationẽ.angeloꝝ ꝛ hoim consolationem.

¶ Proprietates elephantis.

Qꝺ btã ṽgo dr elephas. Assilatio.xiij.

B Eata ṽgo figurat̃ p elephantẽ de q̃ inqt Isiõ.xij.Ety.ꝙ dr ab elephio grece qꝺ est mõs latine ꝛ hr est ppr̃ maximã sui corpis quãtitatẽ.qꝺ quidẽ aial. vt dr in libro.de ppie.re.ꝛ ponit Isiõ.vbi.s.in rebus bellicis aptũ est. In his em̃ aialib⁹ medi ꝛ psi ligneis turrib⁹ ꝛ castellis collocatis:tanq̃ de muro dimicãt. ꝛ iacula mittunt.de quoꝝ pugna habet̃.i. Mach.vi. Subinfert q̃ ibidẽ Isiõ.ꝙ cognitiõe ꝛ memoria p̃ ceteris brutis aialib⁹ vigẽt.gregatim incedũt.ꝛ motu q̃ valent se salutãt: vt dicit Solin⁹ in li.de mirabilib⁹ mũdi. nec ampli⁹ q̃ semel gignũt ꝛ vnũ tm̃ filiũ. Itẽ dicit Plini⁹li.v.natu. histo. ꝙ si elephas hoĩem errantẽ sibi obuiũ viderit in solitudine.primo ne ipm terreat aliquãtulũ de via se subtrahit.ꝛ tũc gradũ figit. ꝛ paulatim ipm pcedẽs viã ei ostẽdit.ꝛ si draco.illi occurrerit viriliter se ei opponit et hoĩes defendit. Et li.viij.etiã dicit.ꝙ elephas inter oĩa aialia est maxĩe ṽtutis.ita ꝙ vix in hoĩbus tãta pbitas inuenit̃. Nã certis tpibus silr pueniũt ad flumẽ.ꝛ ibi se abluũt et balneãt.ꝛ postea sibiinuicẽ inclinãt ꝛ ad locũ suũ redeũt. Et iuuenes suos eundo ꝛ reuertẽdo ante se ire faciũt.quos diligẽti cura custodiũt ꝛ instruũt ad simile faciendum Itẽ qñ filij eoꝝ egrotãt.quasdã herbas salubres eis cõgregãt ꝛ anteq̃ eis vtãtur.supino capite eas ad celũ leuãt.ꝛ quadã religione a numie supno sibi auxiliũ postulãt Que oĩa possent.b.ṽgini applicari. Sꝫ cã breuitatis solũ explicabim⁹ ꝛ declarabim⁹ Marie v.elephãtis pprietates. Quarũ pma est.ꝙ sicut etiam inter oĩa agrestia aĩalia est magis obediẽs elephas vt dicit Arist.li.de aĩalib⁹. De quo etiã Go obediẽs linus vbi.s.ait. Elephas suũ liberatorem fuit. diligit.ꝛ eidẽ obediẽs mãsuescit. Ista aũt obediẽtia fuit in btã ṽgine que nõ tm̃ obediunt deo suo supiori ꝛ pseruatori ac liberatori ab originali pctõ.ꝛ ab oĩbus alijs vitijs.sed etiã sue inferiori.s. Elisabeth.apud quã tribus mẽsib⁹ stetit.ꝛ sibi in partu seruiuit. Obediuit etiam suo equali.s. Joseph q̃ inquãtũ spõsus su⁹ sibi erat equalis. Nã secuta est eũ pregnans in Bethleẽ. Secuta quoq̃ est illũ in egyptũ eũtẽ ꝛ inde reuertentẽ. Scõa pprietas elephãtũ ẽ illa quã ponit Plini⁹ li.viij.vbi ait. Boni sunt sensus. Et idẽ dicit Aristo.viij.de animalibus Seqnit̃ Plinius. Et sunt animalia ita docilia.ꝙ regẽ cognoscere ꝛ quasi adorare instruunt̃ ꝛ nituntur quasi reuerentie gratia genua sua flectere. Itẽ ad nutum magistri sui elephas aquam de fluuio vel de situla haurit ꝛ circũstãtes aspgit:ꝛ hoc ego vidi oculis pprijs in ciuitate Mediolanẽsi fieri ab vno elephãte. Et silr beata virgo sup oẽs puras creaturas sensu viguit ꝛ intellectu supera uit.qr dei pfunda mysteria ceteris amplius cognouit. Uñ Bern. sup missus est ait. Quis excepta fortassis illa que hoc sola experiri meruit.itellectu capere possit qualiter ille splendor inaccessibilis ṽgineis visceribus se infudit. Nã qꝺ sola p se trinitas in sola ꝛ cũ sola ṽgie voluit opari soli datũ est nosse cui soli datuꝫ est experiri Ipsa q̃ꝫ sup oẽs regem celestẽ adorauit. et aquã de situla ei⁹.i.grãm rã abũdãt̃ hausit ꝙ oẽs nos aspsit. Uñ de illa exponi põt illud qꝺ fuit Esa.lij.pdictum.s. aspget gentes multas. Tertia pprietas elephãtis est quã ponit Aristo. viij.de animalibus.s. ꝙ est maxime domesticabilis.nam de facili domesticatur.ꝛ cũ homini b⁹ pacifice cõmoratur. Et silr.b.ṽgo fuit domestica per pformitatẽ moꝝ. Nõ em̃ fuit singularis sꝫ cõis. Nã voluit cõuenire cũ virginib⁹.ꝛ iõ ṽginitatẽ vouit. Et cũ piugat̃.ꝛ iõ mrĩmoniũ ptraxit. Itẽ cũ viduis.ꝛ iõ post mortẽ Joseph vidualẽ vitã duxit. Itẽ fuit psona cõis.qr deo.angelis ꝛ hoĩbus placere studuit.vñ Bern.in quodã ser.ait. Btã virgo Maria dicitur grã plena. qr deo angelis

τ hominib⁹ fuit grata. Deo ꝑ humilitatē angelis ꝑ virginitatē. τ hoīb⁹ ꝑ fecūditatē

Quarta ꝓprietas elephātes est illa de q̄ inquit phs. xiiij. de aīalib⁹. τ ponit̄ in li. de ꝓprie. re. vbi dr̄. Sūt elephātis naturalit̄ benigni. q2 felle carēt. Accidentaliter tamē elephas efficit̄ seuerus qñ ad plurium concitat̄. aut qñ nimis ꝓuocat̄. Et sil̄r. b. virgo nō h3 fel alicui⁹ indignatiōis vel iracūdie. sed tota est dulcis. suauis τ benigna. Uñ ei canit eccl'ia. Speciosa facta es τ suauis τc. τ Ber. sup Missus est ait. Quid humana fragilitas accedere trepidas ad mariā. nihil in ea austerū. nihil terribile inuenies. tota em̄ est suauis. Efficit̄ tñ seuera demonib⁹ qñ contra eos ꝓ nobis ꝑliat̄. Et iō dr̄ Cañ. vj. Terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Quinta ꝓꝑetas elephātis est ꝙ pugnat cū dracone. est em̄ ei⁹ inimic⁹. Uñ dic̄ Plini⁹ li. viij. Inter elephātē τ dracone est ꝑpetua dimicatio. Et sil̄r inter beatā virginē τ diabolum est ꝑpetua inimicitia. sicut dn̄s ipsi diabolo ꝑdixit. Gen. iij. di. Inimicitias ponā inter te τ mulierē. τ semē tuū τ semē illi⁹. Notādū est aūt ꝙ elephas duob⁹ modis draconē vincit. Primo caput eius conterendo. τ tunc draco terribiliter plangit. iuxta illud Michee. j. Faciā planctū velut draconū. Scdo aquā in ei⁹ faciē ꝓijciēdo. Nā in flumine se ꝓijcit qñ draco sibi appropinquat. τ aquā cū rostro i ei⁹ faciē ꝓijcit. τ sic eum excecat τ a se repellit Et eodē mō. b. v̄go diabolū supauit. Primo em̄ ꝑ suā humilitatē caput diaboli. i. eius sup̄biā cōtriuit. sicut ipsi diabolo ꝑdixerat deus Gen. iij. dicēs. Ipsa cōteret caput tuū vnde Abachuc. iij. illi dr̄. Percussisti caput de domo impij. Sicut em̄ diabol⁹ Euā vicerat ꝑ supbiā. sic a maria victus est ꝑ humilitatē verā. vñ Ber. inq̄t. Eua per superbiā dei creaturā se esse nō cōsiderās deo parificari voluit. Maria v̄o humiliter factori suo se subdēs ācillā se nominauit. Hōc illa est abiecta. ista v̄o electa. Scdo diabolum vicit ipm quodāmodo excecando. τ in faciē ei⁹ aquā ꝓijciēdo. Diabolus em̄ obserbat si aliqñ aliqua virga conciperet. vt sic mysteriū dn̄ice incarnationis scire posset. Sed v̄go ipm excecauit. τ in faciē ei⁹ aquā ꝓiecit qñ virum accepit. q2 tūc istud mysteriū sibi occultauit. vñ Ber. ait. Iō v̄go desponsat̄. q2 per hoc a secretis celestib⁹. hostis excluditur. Et Ambro. inquit. Iō deus

Sicut elephas draconem sic maria diabolum.

celauit natiuitatis sue sacramentum. q2 si princeps huius seculi cognouisset. nūq̄ ꝓ salute nostra xp̄m crucifigi ꝓcurasset. Beate igitur virgini que omnes demones superauit τ debellauit. dici potest illud Esa. li. Uulnerasti dracones. Et illō Apoca. xx. Apprehendit draconē serpentē antiquū.

Qō beata virgo figuratur per gallinam. Assimilatio. xiiij. G

Nubes tripliciter pōt cōsiderari scz quātū ad eius gñationē q̄litatē τ vtutē. Fit aūt generatio nubis. vt dr in lib. d propri. re. aliqñ ex vaporib⁹ maris. aliqñ ex vaporib⁹ terrenis. τ aliqñ ex vaporib⁹ corruptis. Et fm hec nubes dr btā vgo. τ etiā hoīes terreni τ corrupti. Ipa aūt btā vgo dr nubes inquātū ex maris vaporib⁹ gñat Talis enim nubes generatur qñ virtute caloris solaris marini vapores attrahuntur. et in nubem condensantur. τ eadē virtute omnis amaritudo illoꝝ vapoꝝ in dulcedinē cōmutatur. Et similiter in beata virgine tanq̄ in diuina nubecula omnis amaritudo maris. i. hūani generis. s. peccati originalis in dulcedinē ꝯuersa est iusticie originalis vtute radij solaris. i. filialis pseruatiōis. Un. iij. Reg. xviij. dr. Ecce nubecula parua ascendebat de mari. τ tamē ipa erat dulcis τ melliflua. Possumus etiaꝫ dicere φ in ista virginea nube fuerūt multi amari vapores. idest multe amare tribulatiões vnde τ maria amaꝝ amare interptat. Que tñ tribulationes virtute solis. idest diuini amoris in dulcedinē sibi ꝯuertebant. Unus vapor marinus fuit tribulatio quā ab Herode passa fuit. que ipsam vsq3 in egyptum fugaret. Sed tñ istud exhilarater τ patienter sustinuit. Alius vapor marinus fuit tribulacio quaꝫ habuit in passione filij. τ iste dolor temperabatur ex eo φ p filij mortem expectabat humani generis salutē. Dolor etiā partus τ dolor mortis sunt quidaꝫ vapores marini. q̄ tñ in ipsa totaliter in dulcedinē sunt cōuersi. quia sine dolore pepit. τ sine dolore de hoc mūdo trāsiuit. E Secūdo nubes significat homines terrenos. qñ scz ex vaporib⁹ terrenis generat. Uapores em̄ terrestres sunt affectiones hoīm mundanoꝝ τ terrenis implicatorum. q̄ per se ad celestia ascēdere nō pñt. Sz beata vgo virtute sui caloris. i. amoris. ab amore terrenorum corda eoꝝ eleuat. τ inter viscera sue pietatis quodāmodo ea in nubes ꝯdēsat. τ ad amorē celestiū sursuꝫ leuat. Tertio generat nubes ex humorib⁹ corruptis. τ tunc aeris corruptio τ pestilētia subsequit. Iste aūt nubes ex corruptis humorib⁹ generate sunt immūdi pctōres. de quib⁹ dr Johel. i. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Et ideo alios inficiūt. iuxta illō. i. ad Coꝝ. xv. Corrūpunt bonos mores colloquia mala. Et. i. Coꝝ. v. Modicū fermētum totā massam corrūpit. F Scdo nubes consideratur quātū ad qualitatē. Est em̄ cōcaua. Itē est a terra eleuata. τ motu continuo agitata. Nubiū q̄litas. Pmo quidē est ꝯcaua. τ ad modū spōgie cauernosa. vt dr in lib. de pprie. re. Et ideo impressiuꝫ celestiū de facili est receptiua. Et sir btā virgo fuit cōcaua p humilitatē. Et ideo valde idonea fuit ad recipiēdū celestiū graꝝ infusionē. quia recepit non in pte sicut alij sancti. sed totā ei⁹ plenitudinē. vt ait Hieroni. sermōe ad Eusto. Et quia pre ceteris sanctis habuit grām. etiam pre ceteris recepit gloriam. iuxta illud Exo. xvi. Gloria dñi apparuit in nube. Ipsa etiā vocatur luna. de qua dicitur Eccli. xliij. Uas castroꝝ in firmamēto celi resplendēs gloriose. Luna em̄ dr vas castroꝝ. quia nō solū a sole. sz etiā a stellis τ planetis dr recipe aliquā imutationem. Et sir. b. virgo a sole

idest a deo recipit oīm gratiaꝝ infusiones.
ꝛ a stellis.i.ab angelis ꝛ sctīs recipit cōti-
B nue glīaꝫ ꝛ honorē. Scd̄o nubes est a ter
ra eleuata.ꝛ lꝫ de terra generet̄.tn̄ in terra
nō morat̄.Et quāto nubes fuerit magis ele
uata.tāto videt̄ esse minor. Quāto autē est
terre vicinior tāto videt̄ esse maior. Et silr
btā virgo.licꝫ fuerit in mūdo nata.tn̄ con-
uersabat̄ in celo.ꝛ erat a terreno amore ele
uata.ꝛ quāto plus ad celū eleuabatur tan
to magis de se hūilia sentiabat.vn̄ ē eleua-
ta vsqꝫ ad maternitatē dei.ꝛ vsqꝫ ad regnū
celi ꝛ dominatū mūdi. tn̄ se vilissimā repu
tabat dī.Respexit hūilitatē ācille sue. Ho-
mines aūt mūdani quāto plus vicinantur
terre.tāto magis elōgant̄ a celo.ꝛ de se tā-
to maiora sentiūt.ꝛ ampli9 p supbiā intu-
mescūt. Tertio nubes est motu cōtinuo
agitata.que agitatio siue motio procedit a
sue nature leuitate.ꝛ ab aeris subtilitate.
ac a vētoꝝ ipulsione. Nos aūt nō sum9 agi
les.sꝫ pigri ꝛ desides ad bn̄ opandū. ꝛ ha-
bem9 impedimētū a corpe qd̄ hꝫ corruptio
nes.ꝛ ab aīa q̄ hꝫ terrenā affectionē. De qui-
bus dr̄ Sap.ix. Corpus qd̄ corrūpit̄ aggra
uat aīam et deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantē. Habem9 etiā im
pedimētū a spū nostro.q̄ qn̄ nō hꝫ deū est
sibi pondus grauissimū.vn̄ Aug.in lib.cō-
fessionū inquit deo.Cū tui plenus nō sū
oneri mihi sum. Beata aūt vgo maria ad
bene operādum fuit velocissima. ꝛ habuit
corpus leue.ex eo ꝙ fuit incorruptissima.
Et habuit animā subtilē.quia fuit tota pu
rissima.ꝛ ab omni peccato penitus aliena.
Habuit etiā spm̄ deo plenū.q̄ eā mouebat
ad omne bonum.quia fuit spūsancto ple-
nissima.ꝛ ideo vocat̄ nubes leuis Esa.xix.
vbi dr̄.Ascēdet dn̄s super nubē leuē.i.bea
tam virginē.ꝛ ingredief egyptū.i.mūdum
Beata em̄ vgo leuis fuit.quia nullā pecca
ti grauedinē habuit.Leuis fuit.quia vgi-
nitatis integritatē seruauit.Leuis fuit.qr
nulli nisi deo placere studuit.leuis fuit.qr
sine corruptiōe.de spūsancto ꝯcepit. Ter-
D tio nubes cōsideratur quantū ad effectum
Nubiū effect9. siue operationē ꝛ virtutē.Nubes em̄ terrā
fecūdat.estum mitigat.ꝛ arcū celestē gene
rat.vt dr̄ in lib.de ppe.re.Et similiter btā
vgo ymbre suaꝝ gratiaꝝ totā ecclesiā irri-
gat ꝛ fecūdat.Est em̄ fons paradisi qui vni
uersam terrā irrigat. ꝛ in quattuor capita
diuiditur.quia quibusdā dat vtutē prudē
tie.vt sibi ꝓuideāt a piculis futuris. Qui-
busdā virtutē iusticie.vt deo satisfaciāt de
offensis pteritis. Quibusdā virtutē fortitu
dinis.vt sint constantes in aduersis. Qui-
busdā vo virtutē tpantie.vt sint abstinen-
tes in ꝓsperis. Scd̄o nubes estū mitigat
nam interponēdo se inter nos ꝛ solem.vm
brā generat ꝛ refrigeriū prestat. Et similit̄
beata virgo inter solē ꝛ nos se interponit.
dū dei iusticiam ad misericordiā flectit.et
sic nobis refrigeriū magnū facit. Sūt etiā
multi qui patiūtur estus tribulationem ꝛ
carnaliū ꝯcupiscētiarū. Sꝫ ipsa hos estu
rore sue gratie refrigerat.dū eis patiētiā
tribuit.ꝛ ꝯcupiscētiā carnalē extinguit. iu
xta illud Eccli.xviij. Nōne ardorē refrige-
rabit ros. Ipsa ergo vgo est ill[illegible] [illegible]bes om
niū maloꝝ nostroꝝ mitigatiua.de qu[illegible] ps.
ciiij.ait.Expandit nubē in protectionē illo
rū. Tertio nubes arcū celestē in se parit.
Qui quidē arcus hꝫ colorē igneū.viridē et
celestē.Quia igit̄ beata vgo erat ꝯcaua.i.
humilis.et rorida.i.gratia plena. ideo in
se genuit arcū celestē.i.christū.q̄ est signū
federis inter nos ꝛ deū.per quē de9 ꝓmisit
dare gratiā ꝛ gloriā. Qui quidē habet colo
rem igneū quoad diuinitatem. iuxta illud
Heb.xij. Deus noster ignis cōsumens est.
Itē colorē viridem quoad carne. que rore
puritatis semp refloruit.ꝛ etiā mortua fe-
tere nō potuit.sed semp virore enituit. Un̄
ipse dn̄s inquit p ps.xxvij. Refloruit caro
mea ꝛc. Habuit etiā colorē celestem quoad
animā.que semp in celestib9 habitabat.iu-
xta illud Joh.iij. Nemo ascēdit in celū nisi
qui ꝛ descēdit filius hominis q̄ est in celo.
Merito igitur bn̄dicta vgo dr̄ nubes.ma-
xime quia sicut nubes est solaris radij in-
corporatiua.ꝛ tamē radi9 q̄ in ipa nubem
corporat̄ ipam penetrās ꝛ exiēs nō scindit
nec ipa nubes diuidit̄. Sic ipa dn̄a nostra
filiū in se recepit ꝛ carne vestiuit. ꝛ sine sui
corruptione peperit. Un̄ de ipsa loquēs ce
lestis pater inquit Ezech.xxxij. Solem nu
be tegā. Itē sicut nubes laborātiū ē recrea
tiua.sic ꝛ ipsa est oīs laboris nostri cōsola-
tiua. Unde Eccli.xxxv.dr̄. Speciosa mise-
ricordia dn̄i in tpe tribulationis.quasi nu
bes pluuie in tpe siccitatis. Itē ipsa est si
cut nubes resoluta in pluuiā.que est semi-
num fecundatiua.germinatiua.nutritiua.
impinguatiua.augmētatiua.ꝛ multiplica-
tiua iuxta illud Job.xxxvij. Frumentū de

siderat nubes. Un̄ de ea dici pōt illud Esa. xviij. Nubes roris in die messis. Nam ipsa infundendo diuine gratie rorem facit nos multiplicare bonoꝝ operū messem. Ipa q̄ꝫ figurata fuit per illā lucem. de qua dicitur Mat. xvij. Nubes lucida obumbrauit eos Ex qua figura fuit btē virginis claritas in nocētie demōstrata. Naturaliter eñ nubes nō est lucida. immo ꝓpter suā densitatē ꝛ obscuritatē ꝑuat nos radijs solis. Ideoqꝫ ꝙ sit lucida habꝫ supra naturā. Quis ergo omnis alia pura creatura humana ab adā descēdens fuerit nubes obscura per peccatum originale offuscata. tn̄ hec diuina nubecula. parua. s. ꝑ humilitatē. in q̄ rex eternus transfiguratꝰ est. ꝛ de terribili iudice in patrē pijssimū mutatꝰ est. tota fuit lucida ꝑ supnaturalē ꝟtutē ab oīꝫ tenebra ꝑseruata. Et figurata fuit per nubē illā. que vt habetur Exo. xiij. ducebat filios israel per desertū. Un̄ perduxit eos ad petrā oreb vbi data est aqua populo. que nubes in die ꝓtegebat a sole. nocte ꝟo illuminabat ostendēs illis viā ꝑ quam ābularēt. Ipsa eñ virgo gratiosa nos ꝓtegit ab incēdijs tētationū. ꝛ illuminat in nocte tenebrosa ignorantie. ꝛ ostēdit noƀ viā celestis patrie. ꝛ nos ducit ad fluenta diuine gratie. Hec est illa nubes de qua exponi posset illud. j. Coꝝ. x. Patres nostri oēs sub nube fuerūt. trāssūptiue i. c. nequaqꝫ. de ꝯse. dist. iiij. Sed q̄d mirū si mr̄ dei nubes appellat᷑. cū etiā p̄dicatores oēs sancti tali noīe nūcupēt᷑: vt ptꝫ i. c. reuertimini. xvj. q. j. Un̄ esa. lx. c. de illis d᷑. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Tales aūt nubes placent deo. v. di. in fi. et vj. di. in prin. Et ideo ipa glīosa virgo oīm ꝑdicatoꝝ magistra fuit. ꝛ est deo super oēs gratissima. Ista est illa nubes de qua dici pōt illud Nume. x. eleuata est nubes de tabernaculo federis. O igitur dn̄e deꝰ pone nubē vestimentū meū. Iob. xxxviij. Fac vt sim ō illis. de q̄bꝰ dicit᷑ ps. lxxxv. Deduxit illos in nube diei. Et vt in me ꝟificetur illud ps. ciij. Qui ponis nubē ascēsum tuū. Et vt thronꝰ meꝰ sit i colūna nubis. Ecci. xxiiij. Ut cum mediāte hac clara nubecula ascēdero in celū. dicatur de me illud Eccl̄i. xlv. Induxit illum in nube. Fac ergo vt de anima mea verificet᷑ illud Ezech. x. Domꝰ replete est nube. i. virginis deuotione.

Qd̄ beata virgo dicitur mons synai. Assimilatio. vj.

Mons synai. vt d᷑ i lib. de ꝓꝑe. re. ē in arabia. vt etiā ait apl̄s ad Gal. iiij. Et est in prouincia Madian. De quo Iosephꝰ i li. ij. antiq̄tatū inq̄t. Syna mōs est excelsus ꝛ ad pascua egregius: optimas herbas ferens. Erantqꝫ opinio ibi habitare deū. Et iō primitꝰ ibi nemo pascebat oues. q: pastores illuc minime ambulare ꝑsumebāt. Huic mōti appropinquās Moyses ꝓdigiū vidit. s. igneū rubū nō cōburētē: ꝛ eiꝰ viriditatē ꝛ florē nullatenꝰ depascētē. ꝛ eiꝰ ramos fructiferos in ullo incēdio deuastantē. Quis flāma velox ꝛ vehemēs nimis eēt Un̄ de illo igne dn̄s ad moysen locutꝰ est. Idē quoqꝫ Iosephus. iij. lib. ait. Ascendit Moyses in syna. q̄ mōs est excellētissimus in illis regionibꝰ. Et q: sermo erat deū circa eū habitare. ꝛ erat terribilis. ideo circa radices huiꝰ mōtis hebrei sua tabernacl̄a locauerūt. ꝛ ibi deū videre in igne ꝛ in nube ꝛ ipm ꝑsonaliter loquētē audire meruerūt. Dicitur itaqꝫ mōs synai mons diuine habitationis angelice frequētatiōis. mōs luminis ꝛ inflāmatiōis. mons pluuie ꝛ roris. mons pascue ꝛ refectionis. mōs sapiētie ꝛ eruditiōis. quia de illo mōte dominꝰ Moisen ꝛ ppl̄m instruebat. ꝛ ei legē conferebat. Mons misericordie ꝛ ꝓmissiōis. q: inde bona inaudita populo promittebat. Mons iusticie ꝛ cōminationis. quia timorem inspicientibus inferebat. Mons amicitie ꝛ cōfederationis. quia mediante lege populū ibidem sibi sempiterno federe deꝰ vniebat. Mons mūdicie ꝛ puritatis. mōs leticie ꝛ iocūditatis. quia nulli ad montē accedere poterāt nisi q̄ mente ꝛ corpe mōdi erāt. Ibi etiam illi qui mūdi erāt coram dn̄o cum leticia comedebant ꝛ bibebāt. Dicitur etiam mons clemētie ꝛ pietatis siue ꝓpitiationis. ꝛ mōs sacrificij ꝛ orōnis. nā ibi dn̄o immolabāt. ac precibus Moysi et supplicatiōibus deū sibi placatū ꝛ ꝓpitiū audiebāt. hec ibi. Que omnia possent benedicte ꝟgini optime applicari. sꝫ breuitatis gratia solum referā octo similitudines quas ipsa dn̄a nostra hꝫ cū isto mōte sancto. Primo est. q: sicut mons ille fuit mōs synai misericordie ꝛ ꝓmissiōis. quia in eo appa renꝰ dn̄s moysi in rubo. ꝛ cōpatiens afflictioni ppl̄i sui ꝓmisit liberare eū a seruitute Pharaonis egyptioꝝ per manus ipsius Moysi. vt hr̄ Exo. iij. Sic. b. ꝟgo tāq̄ mie

Nota de monte synai

Octo similitudines montis ad mariam

regina fuit pmissa z figurata in illo codez rubo. sicut ecclesia cātat di. Rubū quem viderat moyses incōbustū cōseruatā agnouimus tuā laudabilē v̄ginitatē: dei genitrix intercede p nobis. Itē pmissio facta moysi de liberatiōe pdcta. q̄ figurabat liberationē generis humani de seruitute diaboli. z oēs alie pmissiōes facte i veteri testamēto p dicta liberatiōe in ipa v̄gine cōplete sunt. Nā in eā descēdit fili⁹ dei. z carnē humanā assumpsit p nr̄a liberatiōe. Et iō de illa dici pōt illud Exo. xix. Descendit dominus sup montē synai. Scdo. q: fuit mōs angelice frequētationis. Ibi em̄ frequēter angelus ex psona dn̄i apparuit. z locut⁹ ē moysi. vn̄ dr̄ Act. vij. ꝙ appruit illi in deserto mōtis synai angel⁹ i igne flāme rubi zc. Et in eodem. c. dr̄ de Moyse. Hic est q̄ fuit in ecclesia i solitudine cū angelo q̄ loqbat ei in mōte syna z cū patrib⁹ nr̄is. q̄ accepit v̄ba vite dare nobis. Et silr. b. v̄go fuit ab angelo visitata z salutata. z de verbo vite edocta. sicut pz Luc. j. Tertio q: syna fuit mōs luminis z inflāmatiōis. nā i eo apparuit dn̄s in flāma rubi. Exo. iij. Itē eiusdez lib. c. xix. dr̄. ꝙ tot⁹ mōs synai fumigabat. eo ꝙ ascēdisset dn̄s sup eū in igne. z ascendebat fum⁹ ex eo q̄si de fornace. Et h̄ factū est in btā v̄gine. qn̄ spūsctūs q̄ est ignis. s. amor diuin⁹ in eā supuenit. z ipam estuati desiderio fumare fecit. z mentē ei⁹ totā illuminauit ac inflammauit. Luc. j. vbi ei dixit angel⁹. Spūsctūs supueniet i te zc. Quarto. quia fuit mōs pluuie z roris. Et sic fuit btā virgo in filij dei ɔceptiōe. Vn̄ ppheta pdixerat ps. lxxi. Descēdet sicut pluuia in vellus: z sicut stilicidia stillantia super terram. Hāc autem pluuiam z irrorationē meruit beata v̄go suscipe. q: humillima erat. nāz a supbis z elatis fugit. Vn̄. Reg. j. dr̄. Montes gelboe nec ros nec pluuia veniat super vos. Quinto. q: syna fuit mons diuine habitatiōis. Et silr btā v̄go fuit habitaculum dei. Vn̄ ps. lxvij. ait de ea sub noie mōtis. Mons dei mons pinguis: mōs in quo bn̄placitū est deo habitare i eo. Etem̄ dn̄s habitabit in finē. s. seculoꝝ. i. i vltima etate mūdi. Et iterū idē ps. lxvij. ait. Dn̄s in eis in synai i sancto. Sexto q: fuit mōs sapiētie z eruditiōis. vn̄ Leui. xxvj. dr̄. Hec sunt precepta atq̄ iudicia z leges quas dedit dn̄s inter se z inter filios Israel i monte synai p manū Moysi. Et silr btā virgo illū mūdo edidit q̄ est verbū z sapiētia patris. qui est dux z legifer noster. p quem reges regnāt. z legum cōditores iusta discernūt. Septimo q: est mōs iusticie z cōminatiōi. z silr btīssima virgo sicut sibi deuotis z reuerētib⁹ est salutis refugiū. ita ɔtēptorib⁹ z blasphematorib⁹ erit ad mortē z pditiōis iudiciū. vn̄ Exo. xix. dr̄ de mōte synai. Cauete ne ascendatis in montē. nec tangatis fines illius. Oīs em̄ qui tetigerit montem morte morietur. Octauo q: syna erat mons pascue z refectionis. vn̄ dr̄ Exo. iij. ꝙ deus apparuit Moysi cuz minasset gregē ad interiora deserti ad mōtē dei Oreb. q: s. ibi erāt bona pascua. Oreb em̄ ē pars montis synai. vt dr̄ in li. de ppu. re. Et silr btā virgo in assumptione sua puenit ad pascua eterne felicitatis. ad que etiā gregem fideliū ad se recurrentiū suo exēplo z adiutorio iugiter introducit.

Qd̄ beata virgo dicitur thronus. Assimilatio. vij. **R**

Thron⁹ dupliciter accipit. s. p tertio ordine supreme hierarchie q̄ dr̄ ordo thronoꝝ. et p solio regali. Et oib⁹ istis modis btā virgo thron⁹ dei pōt appellari. Pmo em̄ dici pōt thron⁹ ex eo ꝙ hȝ pprietates illoꝝ angeloꝝ q̄ throni nūcupant. que quidē sunt sex ẜm Dionysium in lib. de angelica hierarchia. Pria est maxima celsitudo: q̄ btē virgini cōuenit q̄ ait Eccli. xxiiij. Ego in altissimis habito: z thron⁹ meus in colūna nubis. Ipa em̄ habitat in altissimis. q: sup oēs sctōs ē exaltata z sublimata. z ad dexterā filij collocata. Vn̄ dr̄ i figurā. iij. Reg. ij. ꝙ posit⁹ est thronus matris regis ad dexterā eius. Scda pprietas est regis circūdatio. que etiā ipsi cōuenit. de qua dr̄ Hiere. xxxj. Nouum faciet dn̄s sup terrā. femina circundabit virū. In quib⁹ v̄bis triplex nouitas denotatur. Prima est. q: circūdat. i. sine corruptione generat. Illud em̄ est circūdatuz qd̄ est ex omni parte clausum. Scda est. q: circūdat virū. vn̄ Ber. ait. Si dixisset infantē vel paruulū: nec nouū videret nec mirū. Sed vir erat iesus. necdū etiā nat⁹ sapientia nō etate. nō quātitate corporis sȝ animi vigore. Habuit em̄ plenitudinē sapientie z virtutis ab instanti sue cōceptiōis. Tertia est quia dr̄ sup terrā. eccl'ia quidē generat quotidie filios in celo sine corruptiōe z cū gratie plenitudine. Vn̄ obitus sctōꝝ nata

Sex p petates thronorum.

le dicitur. quia tūc nascūtur. ⁊ istud nō est nouum. Sed ꝙ ista talis generatio fiat su per terrā istud est omnium nouoꝝ nouissi mū. Tertia ꝓprietas thronoꝝ est stabilis collocatio. Et ista siłr beate virgini conue nit. que stabilis fuit filio in vita. in morte ⁊ post mortē. Nam in vita fuit sibi stabilis p amorē. q: nūꝗ ab ei⁹ amore discessit. In morte fuit ei stabilis p associationē. q: iu xta crucem eius semp stetit. Et post mortē fuit stabilis p fidē. q: nūꝗ eā amisit. Qui dam em̄ discipuli ab eo discesserūt p fidem ⁊ societatē. sed non per amorē. vt apostoli. Alij discesserūt a fide. sed nō ab amore nec a societate. sicut sancte mulieres que iuxta crucem christi steterunt. Beata autē virgo semper immobilis stetit ⁊ in fide ⁊ in amo re ⁊ in societate. Quarta proprietas thro noꝝ est regis susceptio. Et ista etiam cōue nit btā virgini. que excellentiori modo p̄e ceteris christum suscepit. Omnes em̄ tam boni ꝙ mali christū suscipiūt p essentiā ⁊ presentiā. Boni vo ipsum suscipiūt per in habitationē gratie. Virgo autem btā ipm suscepit per gratie plenitudinem in mente ⁊ p presentiā corporalē in ventre. Quin ta ꝓprietas thronoꝝ est regis delatio. Et ista similiter conuenit beate virgini q̄ chri stum de celo detulit. Et ideo vocatur fercu lum a deferēdo. iuxta illud Cañ. iij. Fercu lum fecit sibi rex Salomon ⁊c. Vocat etiā nubes Esa. xix. vbi dicitur. Ascendet dñs nus super nubem leuem. ⁊c. Ipsa enim no bis christum tanꝙ pluuiam salutarem con pluit. iuxta illud Esa. xlv. Nubes pluāt iu stum ⁊c. Vocatur etiam nauis. quia depor tauit nobis panem angeloꝝ. Vnde Pro uer. vltimo dicitur. Facta est quasi nauis institoris delonge portans panem suum.

Serta ꝓprietas thronoꝝ est familiaris apparitio. Et ista similiter beate marie cō uenit. Familiarius enim ⁊ apertius myste rium incarnatiōis sibi christus manifesta uit ꝙ ceteris sanctis vel angelis. Nā Sa lomon dixit se illud ignorare Prouerbioꝝ xxx. dicēs. Tria sunt mihi difficilia. ⁊ quar tum penitus ignoro. s. viā iuuenis in ado lescētia sua. i. viam christi in incarnatione sua de virgine intacta ꝫm expositionē Ni colai de lyra. Johannes etiam baptista di cit se nō esse dignū soluere corrigiam cal ciamēti xpi. Joh. i. Idest non esse sufficien tē exponere profunditatem tanti mysterij;

Maria stabilis fide.

M Maria apti⁹ ol b̄ incar natiōē nouit.

Gabriel quoꝗ angelus de modo requisit⁹ ipsum nō exposuit. sed ad spm̄ sanctū virgi nē remisit dicens. Spūssanctus supueniet in te ⁊c. ac si diceret ꝫm Bern. sup Missus est. Quid a me queris qd̄ ipsa mox experie ris. Scies scies ⁊ feliciter scies. sed illo do ctore quo actore. Ego missus sū nunciare virginalē cōceptū nō creare. Virgo autem bñdicta illud mysteriū nō tm̄ sciuit p infu sam sapiētiā. sed maxime per experientiā. Vnde Ber. vbi. s. ait. Qualiter splēdor ille inaccessibilis virginis se īfuderit visceribus soli datum est scire cui soli datum est expe riri. Scd̄o dico ꝙ ipsa fuit thronus. i. se des ⁊ solium summi regis qui sedit in vte ro suo. Et nūc est thronus dei in mundo. et etiā erit i iudicio. Xp̄s em̄ fecit eā thronū suū dū esset in vētre ei⁹. In cui⁹ figurā dr̄ iij. Regū. x. ⁊ ij. Paral. ix. Fecit rex Salo mon thronū de ebore grandē. ⁊ vestiuit eū auro fuluo nimis. Iste em̄ thronus fuit de ebore p v̄ginitatē. ⁊ de auro p feruētē cha ritatē. ⁊ grādis p maximā humilitatē. nam quāto fuit humilior tanto coram deo facta est sublimior. Christus ergo requeuit in eius virginitate. quia diligit mūdiciā. ⁊ in ei⁹ charitate. q: amat fraternā concordiā. ⁊ in ipsius humilitate. quia diligit mentē tran quillam. Scd̄o ipsa est thronus dei pecca toribus qui sunt in mūdo. Et ideo dicit ad Hebre. iiij. Adeamus cū fiducia ad thronū gratie vt miam consequamur. ⁊ gratiā in ueniamus in tempore opportuno. Quidā enim peccāt ex timore male humiliante. si cut petrus qui timore mortis christū nega uit. Et isti accedētes ad eā. magnā hñt hre fiduciā. ⁊ iō dr̄ Adeam⁹ cū fiducia ad thro nū grē. Alij vo peccāt ex amore male inflā mante. sicut Dauid q̄ malo amore inflāma tus in adulteriū cecidit. Et sicut Matthe⁹ mala cupiditate allect⁹ illicita lucra exer cuit. Et tales ad istum thronū accedentes inueniūt miam. ⁊ iō subdit. vt miam cōse quamur. Alij vo peccāt ex ignorātia excecā te. sicut apl's qui ait. i. ad Ti. i. Ignorans feci in incredulitate. Et tales ad istū thro num accedentes inueniūt gratiā. Et ideo additur Et gratiā inueniamus in tēpore opportuno. Tertio ipsa erit thron⁹ christi in iudicio. ⁊ hoc quantū ad illos q̄ erunt a dextris. Nam illos qui erūt a sinistris xp̄s iudicabit. Vnde Apocal. iiij. dicit. De thro no procedunt fulgura ⁊ voces et tonitrua dicuo

O Maria soliū sū mi regis

N Maria thron⁹ xpi i iu

Ipse eñ xps oẽs ad iudiciũ citabit dicẽs. Surgite mortui venite ad iudiciũ. Et talis citatio dr tonitruũ. Item citatos examinabit dicẽs. Esuriui ꝛ nõ dedistis mihi mãducare ꝛc. Et iste sunt voces q̃ de throno ꝑcedũt. Ultimo ꝯ citatos ꝛ examinatos sniaꝫ fulmĩabit dicẽs. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ ꝛc. Et ista ṽba dicunt fulgura de throno ꝑcedentia. Illi ṽo q̃ erunt a dextris. ad ṽginẽ gl'iosam tãq̃ ad thronuꝫ grẽ ꝛ mĩe cõfugiẽt. Unde ps. lxxxviij. inq̃t deus. Thron⁹ ei⁹ sicut sol ĩ cõspectu meo. ꝛ sicut testis in celo fidelis. Ipsa eñ in iudicio existẽs erit corã deo sicut sol. q꞉ p̃ ceteris habebit maiorẽ splẽdorẽ sapiẽt maiorem calorẽ grẽ ꝛ glie. Et erit sicut testis fidelis. q꞉ corã filio suo de nobis bonuꝫ testimoniũ ꝑhibebit. Uñ ĩ quodã officio canit ipsi virgini. Recordare virgo mr̃ dñ stete ris in cõspectu dei sicut sol refulgẽdo. vt loquaris pro nobis bonã testimoniũ. ꝛ auertas indignationẽ suã a nobis. Alexander aũt de ales sup ꝑdicto ps. lxxxviij. inquit. Notãdũ ꝙ multa fuerũt in throno Salomonis q̃ mystice in throno xp̃i. i. in btã virgine possumus assignare. q̃ in his ṽsib⁹ cõprehẽdi pñt. Ligna. sedile. man⁹. ebur. aurum brachia. scamnuꝫ. Argentum. leo. rex. purpura. pina. gradus. In btã eñ virgine fuerũt ligna fortitudinis ꝛ ꝑseuerãtie. Uñ Cañ. iij. dr. Ferculum fecit sibi rex Salomõ de lignis libani. idest de cedris q̃ sunt fortiores ꝛ imputribiles. Sunt ꝛ alia ligna libani que ei cõpetũt. Uñ ipa dicit Eccl. xxiiij. Quasi cedrus exaltata sum in libano. ꝛ sicut cypressus ꝛc. Itẽ sedile ꝛ manus. iij. Reg. x. Due manus tenẽtes sedile. Sedile est charitas btẽ virginis ꝫm ꝙ Cañ. iij. dr. media charitate cõstrauit. Man⁹ due opa priuilegiata humilitatis ꝛ pietatis. Ebur castitas. iij. Regũ. x. Fecit thronũ de ebore grãdem. Fuit eñ de ebore ꝑ mũdiciam. et grãdis in ꝯtinentia. q꞉ in ea extinctus fuit fomes. Aux. i. sapiẽtie. iij. Reg. x. Uestiuit eum auro fuluo nimis. ꝛ. ij. Paral. ix. auro mundissimo. Brachia longa ad defensionẽ nostram. ꝛ ad danduꝫ adiutoriũ longe positis. idest peccatoribus. ij. Paral. ix. Brachiola duo altrinsecus. Forte xps puer brachiolis illis amplexatus est illã. Scãnũ. ij. Paral. ix Et scabellũ aureum. quasi dicat. Diuitias ꝛ sapiẽtiã terrenã pedib⁹ cõculcauit. Apocal. xij. Mulier amicta sole ꝛ luna sub pedibus eius. Itẽ pedes. i. affect⁹ eius vtebantur auro rõnis. Argẽtuꝫ. i. eloquentia. quia ipsa est aduocata nostra. Cant. iij. Columnas eius fecit argenteas. Leo. Sicut aũt dr. iij. Regũ. x. ꝛ. ij. Paral. ix. quattuordecim leones erãt. Quia ergo leo ẽ terribile animal. quattuordecim leones sunt septẽ virtutes beate ṽginis. ꝛ septẽ dona. quoꝝ odor terret serpentẽ veterẽ. idest diabolum. Unde de ipa dr Cañ. vj. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Rex. quia solus rex sedet in throno. ꝛ solus christus in beata virgine. Ezechie. xliiij. Princeps ipse sedebit in ea. Purpura. idest martyrium. Cañ. iij. ascensum purpureũ. Martyr autẽ fuit beata ṽgo. et si nõ corpore tamẽ mẽte ꝫm illud Luce. ij. Et tuã ipsius animã pertransibit gladius. Pina. iij. Regũ. x. Summitas throni rotũda erat. Cañ. iij. Reclinatorium aureum. idest perfectio firma sine angulis ꝛ scrupulis. Gradus sex quib⁹ ascẽditur ad eam ꝫm qđ dr. iij. Regũ. x. ꝛ. ij. Paral. ix. Et sunt sex partes veneratiõis. s. reuerẽtia. deuotio in corde. salutatio ꝛ gratificatio in ore. obsequiũ ꝛ prestatio in ope. Et in quolibet gradu sedet leo. idest timor domini. Eccli. xxvij. Timor dñi super oĩa se superposuit. De hoc ergo throno christi sicut deus pater. Et thronus eius sicut sol in cõspectu meo. Sol splendet et calet siue ardet. in quo notatur gemina stola quam vtraq̃ pie creditur habere beata ṽgo ĩ cõspectu dei vt splendeat et fulgeat sicut sol ꝫm stolaꝫ corporis. ꝛ amore ferueat ꝫm stolaꝫ anime. Et sicut luna perfecta in eternũ. Dicit autem Innocẽtius papa ꝙ sicut rationabiliter asserunt qui de naturis reruꝫ edisserunt. luna frigiditatẽ causat ꝛ humiditatem. Frigiditas designat virginitatẽ. ꝛ humiditas humilitatẽ. Ignis eñ de quo venit siccitas naturaliter sublimia petit. Aqua ṽo aqua procedit humiditas quasi grauis naturaliter petit humilia. Frigiditas igitur ꝛ humilitas lune virginitas et humilitas est marie. que frigida fuit cõtra estũ luxurie. ꝛ humida cõtra fastũ supbie. Quia ṽo sp ꝑseuerauit in ṽginitate ꝛ hũilitate ꝛ in glia etiã appareret ei⁹ ṽginitas ꝛ hũilitas. ideo bñ dr ꝙ est in ꝯspectu dei sicut luna ꝑfecta ĩ eternũ. q̃. s. nunq̃ patit detrimẽtũ. Et testis in celo fidelis. Ipa eñ orat ibi ꝑ peccõrib⁹. ꝛ testat ꝙ fili⁹ dei ꝑ eã fact⁹ est hõ. Uñ dicit Ber. Mater. ostendit

Multa fuerunt in throno salomonis.

P

filio pectus et vbera. Propter quod dicitur Hiere. xiiij. Solij glorie tue recordare. ne irritū facias fed⁹ tuū nobiscū. Btā igit̄ v̄go est thron⁹. sol. luna et testis. Quia thron⁹ est iudicē otinet: q: sol pducit terrenascentia quia luna noctis tenebras discutit. quia testis. causas absoluit. Si pctōres et times iudicē hec tenet eū. Si penitens cupis de terrenis curis exire. hec sol. calorē pducit. Si nox aduersitatū vel ignorantie te pmit luna est. Si causis vexaris a spiritib⁹ imūdis vel desiderijs importunis: vel in morte impeteris. testis tibi erit si eā inuocasti ad videndū opa tua et vitā. Unde in generali ɔfessione dr̄. Cōfiteor deo et btē marie et c. quasi dicat vnusquisqꝫ. Uolo ꝙ ipsa sciat pniam meā et sit testis ɔfessionis mee ipsa et oēs sancti. Unde Osee. xj. in fine dr̄. Judas aūt testis descēdit cū deo et cū sanctis fidelib⁹. Nec tm̄ est testis sed testis fidelis. Studeas ergo habere bonā causam. q: p te nō mentiet̄. Prouer. xiiij. Testis fidelis nō mētiet̄. hec Alex. vbi. s. Unusqsqꝫ ergo deuot⁹ btē virginis pōt dicere illud Job. xvj. In celo testis me⁹. Quā gl'iosam virginē oro vt p me testificari dignet̄ i tpe quo danda erit snīa vite mee vt ei⁹ testimonio mēdacis aduersarij falsitatibus superatis ab omnib⁹ impugnationib⁹ absoluar. et cū ipā patrona mea ascēdere merear ad degustanda paradisi gaudia. per infinita secula secuLoꝝ. Amen.

De eiusdem sacratissime virginis assimilatione. Sermo quart⁹.

Iberasti me domine ꝑm multitudinē misericordie tue. Eccli. lj. Signū magne liberatis et nobilitatis est alicui⁹ ciuitatis vel terre si ipā alijs oib⁹ tributū soluētib⁹ nō sit trebutaria. Ex quo appet libertas et nobilitas bn̄dicte v̄ginis marie. Nam cum oīs creatura pure humana fuerit peccato subdita. et ɔsequēter demoni tributaria. ipsa tm̄ immaculata v̄go ab hoc tributo fuit exēpta. q: a cuiuscūqꝫ peccati macula fuit aliena. Cui⁹ aūt figura habet̄ Gen. xlvij. Nā i illa magna egestate et charistia graui tota terra egypti fuit tributaria Pharaōi excepta terra sacerdotali que libera fuit ex pꝛiuilegio regis. Qua figura denotat̄ ꝙ tēpe quo fuit tāta egestas grē. Et quando erat penuria illius frumēti de quo fact⁹ est panis celestis. s. xp̄us tota hūana natura fuit per pctm̄ tributaria pctō. Solaqꝫ mater sacerdotis magni xp̄i fuit ab eo immunis ex diuino pꝛiuilegio illā pseruāte. De ipā autē dira suitute hūana dr̄ Thren. j. Quō sedet sola ciuitas plena pplo: Facta est quasi vidua dn̄a gētiū pnceps puinciarū facta est sub tributo. Uocat̄ nanqꝫ humana natura dn̄a aliarū creaturarū inferioꝝ. iuxta illō. Ouid. in. j. Metam. Sancti⁹ his animal mētisqꝫ capacius alte Deerat adhuc. et qd̄ dn̄ari in cetera posset. De liberatione vero hui⁹ terre dixit pppheta ps. lxxxvj. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Hec igitur fuit terra sacerdotalis de q̄ nat⁹ est summ⁹ sacerdos q̄ et hostia p nobis est immolatus. Unde Leo papa in sermone de natiuitate eiusdē v̄gis ait. Obsecro dilectissimi frēs mei hanc nostre salutis historiam intēdite diligēter corda vigilēt. oculi nō dormiant creator nāqꝫ oim de btissima v̄gine carnē sumēs sine pctō nat⁹ est et in mūdo conuersatus. Ecce sacerdos magn⁹ nulla in se habēs pctā. Et idcirco dign⁹ et potens fuit vt sacrificiū offerēs aliena mūdaret pctā. Cū igit̄ in reb⁹ humanis inueniri non poterat preciū nr̄e redēptionis. redēptor noster semetipm̄ obtulit hostiā in odorē suauitatis Sicqꝫ ipe fact⁹ est sacerdos. sacrificium. redemptor et precium. hec ille. Bene igit̄ decuit reginā illā secūdam que talem pduxit fructū liberā fieri ab oi tributo pcti. Uñ augu. in lib. de natura et gratia ait. Excepta beata v̄gine. de qua ppter honorē dn̄i nullam proꝛsus cum de pctis agit̄ habere volo questionē si oēs sancti et sancte dei cum viuerēt interrogati fuissent vtrū sine peccato fuissent. oēs vna voce dixissent. Si dixerimus q: pctm̄ nō habem⁹ ipsi nos seducimus et veritas in nobis nō est. Et ideo de hac immunitate et singulari sua liberatiōe a peccato ipā benedicta virgo gratias agit deo in verbis ppositis. De qua innocētissima v̄gine adhuc octo alias assimilationes perscrutabimur.

Qd̄ btā virgo dr̄ vellus. Assimilatio. j.

Alexander de ales exponēs illō ps. lxxj. Descendet sicut pluuia in vellus et sicut stillicidia stillantia sup terram. ait. Uellus est virginitas marie. terra hūilitas ipi⁹ pluuia est deitas vel grā. stillici

dia abūdantia grāꝝ ꝛ donoꝝ. Dic̄ ꝙ ppha. Descendet sicut pluuia in vellus. i. deus in vterū virginis. Vellus enī maria fuit rore grē ꝛ diuinitate plena. area. i. iudea sicca ꝑmanente. Unde Hiero. ait. Vellus cum sit de corpe nescit corpis passiōes. ꝛ similiter beata virgo īmunis fuit ab oī immūdicia. Et nota ꝙ ꝓprietates velleris q̄ btē ꝟgini cōueniunt in his versib' cōtinenf. Succida vestis ouis nō sentit. nō sonat icta. Hirta pilo molli bibulo. tingitq; parato. Pectunt. nēt terūt. ꝙ frigora pellat ꝛ ornet. Succida est beata ꝟgo. i. succo pietat plena. Judicū. vj. Expresso vellere conchā rore cōpleuit. Nos sumus cōche. Itez vestis ouis est maria. i. ꝓtectio simpliciū ꝛ innocentiū. Prouer. vl. Oēs domestici eius vestiti sunt duplicibus. i. stolla gemina. Item nō sentit beata ꝟgo motus carnales. Non sonat icta. Luc. ij. Et tuā ipsi' aīam ptransibit gladius. Et de charitate dr. j. ad Cor. xiij. nō irritaf. Itē hirta. i. hirsuta. i. simul se tenēs. Actuū. j. Hi erant oēs orantes in cenaculo cū mulierib' ꝛ maria matre iesu. Et ad lrām hirsuta fuit qr nō erat cōpta. j. Pet. iij. Quarum non sit exterius capillatura. aut circūdatio auri ꝛc. Pilo molli. i. cogitatiōe pia. Unde bene ꝯuenit ei illud Hiere. xxix. Ego cogito cogitatiōes pacis. Item bibulo. supple verbi dei. Luce. ij. ca. Maria ꝯseruabat omnia verba hec conferens in corde suo Itez tingitq; parato. qr fuit verecunda. Eccli. xxvj. Gratia sup gratiā mulier sancta ꝛ pudorata. Luce. j. Turbata est in sermone eius. Itez pectunt beatam virginem bone ancille. i. dilatāt laudibus ꝛ honoribus. sicut lana carpinata amplius dilatatur. Eccli. xxiiij. In medio populi sui glorificabitur. Item nent subtiles predicatores de beata virgine. Exo. xxxv. Mulieres docte dederūt que vouerant. i. predicatores docuerūt que cogitauerunt. Item terunt pluras orōnes. Tob. ij. Ibat Anna ad opus textrinū quotidie. Itez pellit frigora infidelitatis. Unde cātat eccl'ia Gaude maria virgo cūctas hereses sola interemisti in vniuerso mūdo. Item ꝛ ornat Actuū. ix. Ostendebāt tunicas ꝛ vestes q̄s faciebat illis dorcas. Dorcas interpretaf caprea vel damula. ꝛ significat. b. virginem quā cōparat spōsus celestis capree dicens Cañ. iiij. Duo vbera tua sicut duo hynnuli capree ꝛc. hec oīa Alexander vbi. s.

Velleris ꝓprietates.

Possumus autem dicere ꝙ beata virgo dicif vellus propter q̄nq; causas. Primo enī dicif vellus. quia vellus est de carne excisuz. sed sine carnis corruptione. Et sicr ipa virgo benedicta excisa fuit de carnali iudea. et tamē nō fuit pctō corrupta. Un̄ Bern. ait. Quid Gedeonis significat. vellus. quod vtiq; de carne: sed carnis vulnere decisum in area positū est nisi carnē assumptā de carne virginis. ꝛ sine detrimēto virginis? Ecce maria velleri comparaf. que deū in concepit vt eum toto hauriret corpe. nec eiusdē corporis scissuraz pateref. sed esset mollis ad obsequiū solida ad sanctimoniā. Quāuis igif vell' sit de corpe tn̄ nescit corpis passiones. quia maria lz fuerit in carne. tamen vitia carnis nesciuit. nec vnq; corruptionē sensu. sed semp impolluta ꝛ illibata ꝑmansit. Scđo dr vell' quia fuit rore spūssancti ꝑfusa. Qđ fuit figuratū Judicū. vj. vbi dr ꝙ vellus Gedeonis impletuz est rore area sicca remanēte. qđ gedeon expssit ꝛ cōchas impleuit. Vellus q̄dē bibulū est ꝛ multum roris recipit. ꝛ expressum leuiter effundit. Cor enī beate virginis erat bibulū. i. valde sitibundū ad rorē spūssancti suscipiendū. Et ideo recipe meruit plenitudinē grāꝝ. Unde petrus raueñ. inq̄t. Iste celestis ymber elapsu placido se ī ꝟgineū vellus, effudit. totaq; diuinitat vnda bibulare nostre carnis in vellere se locauit. vnde patibulo crucis expressa terris oībus pluuiam salutis effunderet. ac vitalibus partita stillicidijs fidei germina irrigaret. Quia igitur istud vellus virgineum sic est plenū. ideo nō potest tam leui desiderio tangi vel exprimi q̄n statim impleat conchā. i. animas ad ipam recurrentē. Hoc aūt vellus repletum fuit rore originalis iusticie. area. i. iudaica gēte in siccitate peccati remanēte. Tertio dicif vellus: quia fuit celesti pluuia madida. Unde Bernar. exponens illud ps. lxxj. Descēdet sicut pluuia in vellus ꝛc. ait. Pluuia volūtaria quā segregauit deus hereditati sue placide pri' ꝛ sine strepitu opatōis humane suo sacratissimo elapsu virgineuz se demisit in vterum. Postmodū aūt vbiq; terrarū diffusa est ꝑ opera predicatorum. nō iam sicut pluuia in vellus. sed sicut stillicidia stillantia sup terrā cū quodā strepitu verboꝝ ac sonitu miraculorum. Hiero. quoq; inquit. Plane celestis ymbre virgineū vellus infudit, ꝛ tota diuinitatis vnda

S Maria vell' ꝓpter q̄n

in carne se otulit. Deinde p crucis patibulū expēssum oibus terris pluuiā salutis. effudit. et auidis mentib⁹ stillicidia grē pstitit.

E Quarto dr vell⁹. qr ad instar velleris fuit tincta et maxime, colore rubeo. Et sic ei⁹ caro facta est purpura celestis imperatoris. Unde alchuinus in lib. de trini. ait. Beata maria lana mundissima fuit et virginitate clarissima. que sola digna esset i se filij dei recipere dignitatem. sicut lana conchilij sanguinem. vt ex ea fieret purpura imperiali maiestate tm̄modo digna quāq̄ nullus dignus esset induere nisi augusta pditus dignitate. Quīto dr vell⁹. qr ad vestimenti xp̄i preparationem et fabricationem fuit valde idonea. De lana quidē ouis sine ipsius ouis lesione assumit' et indumentū

V preparat'. Triplex autē vestimentū fecit

Maria filio suo beata virgo. Primū fuit materiale. scz tunica incōsutilis quam ipa benedicta vgo miro opere infanti filio suo fecit.

Fecit tri plex ve stimētū

christo.

que puero crescente crescebat. Scdm vestimentum fuit corporale. Nam spūssanct⁹ de eius carne assumpsit. et corpus xp̄i sine virginitatis violatione preparauit et fecit. qd etiā dici pōt vestis incōsutilis. Aliorū eni corpa ex duab⁹ partibus. s. et semine pris et matris pstauunt. Corpus aūt xp̄i fuit incōsutile. quia factū est sancti spūs opatōe. Tertiū est vestimentū spūale. qd nobis facit quādo fide et ceteris virtutibus nos induit. et ad diuinum amorem nos calefacit. iuxillud Job. xxxi. De velleribus ouiū meaꝝ calefactus est. Oues aūt xp̄i sunt virgines eius. Earū vo vellera sunt ipsarum merita et exempla. Precipua aūt ouis dei est vgo bndicta q̄ suis meritis nos induit et calefacit. Unde Prouer. vltimo dr. Non timebit domui sue a frigorib⁹ niuis. Omes eni domestici eius vestiti sunt duplicib⁹. Duplicia autē vestimenta sunt fides et opera. vel dilectio dei et pximi. vel vita actiua et ptemplatiua. Que duplicia indumēta deuotis suis impetrat et ideo ab eis omne frigus expellit et fugat.

X Qd beata virgo dr lux. Assimilatio. ij.

Inquit saluator Johannis. xij. Dum lucem habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis. Sup quibus verbis ad maiorē declarationem et confirmationem dictoꝝ in scda parte pncipali huius operis. sermone. iij. in exor. dico q beata virgo dicit' lux. quia lux tenebras repellit. iuxta illud Johis. i. Et lux in tenebris lucet. De ipa autē virgine inquit Damasce. Aufer lucem. et omnia in tenebris: et oia incognita remanebunt. Sic beata maria dum verum lumen mūdo effudit. cecitatis et infidelitatis tenebras effugauit. vnde maria interpretatur illuminatrix. Ipsa eni est illa lux aurore. que oriēte sole mane absq̄ nubibus rutilat. vt dicitur. ij. Regū. xxiij. Ipsa nanq̄ peccatores purgat a tenebris peccatorum lumine grē sue. Et ideo dicit' lux aurore. Quia vo frigidas mētes calefacit: ideo assimilatur luci solis orientis. Et quia estum concupiscentie refrigerat. et a nubibus carnalium passionum animas serenat. ideo assimilat' luci matutine que est cū refrigerio. et luci serene que est absq̄ nubibus. De ipsa etiā exponi potest illud Hester. viij. Judeis noua lux oriri visa est. gaudium. honor et tripudium et c. Est eni gaudiosa insipientib⁹. quibus spūales consolationes impendit. honorabilis proficiētibus quos ab oibus impugnationibus ptegit. Sed tripudiosa est perfectis quos ad celestia gaudia introducit. Sicut etiam lux insidias pandit. nā latebras illustrat et patefacit in quibs insidie abscondun ur Sic ipa insidias diaboli deuotis suis patefacit ne decipiātur. Et ideo diabolus istam lucem multum timet et fugit. iuxta illud Johis. iij. non venit ad lucem vt non arguantur opera ei⁹. Sicut etiam lux securitatem parit. vnde hoies q̄ de nocte pauescunt in die securi vadunt. et hoc ideo procedit: quia nō timent offendiculum. iuxta illud Johis. xi. Qui ambulat in die nō offendit. quia lucem huius mūdi videt. Non autē timēt qui in luce vadunt. aut pedis offendiculū. aut hostis latentis incursū. vel fantasmatis terrētis aspectū. Et similiter illi qui beatam virginē sequūtur et et adherent per deuotionē. illuminātur et protegūtur ab ea. vt neq̄ cadāt peccādo nec a demonib⁹ decipiant'. nec a fantasmatibus terreantur. Et ideo oibus christianis dico illud ad Romañ. xiij. Induamur arma lucis sic vt in die honeste ambulemus. Arma eni lucis sunt exempla beate virginis. que quicunq̄ indutus fuerit. scz illa sequēdo. tutus erit ab omnibus predictis. Sicut etiā lux celestium corporum virtutes ad nos vehit. Unde fm Auicennam lux ipsa est vehiculum virtutum celestium

q2.s.celestia luminaria mediāte luce agūt et mouēt ista inferiora. Ita mediāte. b. virgine deuenit ad nos xps q est dei virt9. vt dr.i.ad Cor.i. Mediāte g ista diuina luce celestis grā nobis infundit. et deueniūt ad nos diuine miserationes. Et iō dicam9 deo illud Eccli.xxxvi. Miserere nri de9 omniū et respice nos et ostēde nob lucē miseratio-num tuarum. Sicut etiā lux diuersas res nasci fac. Vñ dicit Diony.iiij.c. de diuinis no. q lux oībus corpibus grām ɔfert. Sic btā vgo genuit illā qui multos nasci fecit dei filios p grām. et adduxit eos in gliam: qs nō dedignat vocare fratres.ad Heb.i. Oēs aūt qui xpi fratres sunt pñt dici filij spūales hui9 lucis sicut innuūt vba in pn-cipio hui9 ptis posita. Absit ergo vt velim9 hanc clarissimā lucē tenebris pctōx obscu ratā pdicare:ne de nobis dicat. Oīs q ma le agit odit lucē et qrit tenebras.s.in ea sue nire.xviij.q.ij.c.pniciosuz. Ne sim9 de illis de qb9 dr in.c.hinc etem.xlix.di. Albuginē habet in oculo qui veritatis lucē videre nō sinit.qui arrogantia sue sapīe excecat. Pu pilla nāqz oculi nigra videt. Albuginē vo tolerās nihil videt. Qui enī sibi cādorez sa piētie tribuit a luce supne cognitiōis se ex cludit.et eo claritatem veri luminis neqq penetrat.quo se apud se per arrogantiam exaltat.sicut de qbusdam dr in epistola ad Roman. dicētes se eē sapiētes stulti facti sunt.hec ibi. Nos vo hāc lucē serenissimaz quantū possum9 extollam9.vginē.s.fulgen tissimā cui competūt oēs ppetates lucis. quas ponit Aug.sup Gen.ad lrām di. Lux est substātia summe simplex summe multi-plex in efficatia.summe mobilis et absolu-te penetratiōis.et minime resistētie et sum me.disparia et ɔtraria generās et cōcilians summe ɔuertibilis. Oīs natural motiōis pncipiū et origo.summe pfectibilis. sūme iocūda.summe cōicabilis. Unde luce i cor poribus nihil est vtilius.nihil cōius.nihil pulchri9.nihil veloci9.nihil subtili9.nihil impassibili9.nihilqz virtuosius inuenitur. hec ille. Et loquit de luce creata. Btā enim vgo fuit summe simplex:simplicitate colū-bina.seruās illud Mat.x. Estote simplices sicut columbe. Item summe multiplex in efficacia.naz multiplices filios spirituales quotidie generat deo. Unde illi predictum fuit illud Job.v. Multiplex erit semen tuū Et hoc est illud semē de q dixit de9 serpēti

Propetates lucis ma riecōueniunt.

antiquo. Gen.iij. Inimicitias ponā inter te et mulierē. et semen tuū ac semen illius. Semē ergo diaboli sunt oēs beate vginis aduersarij. Semen aūt mris dei sunt oēs eius fideles et deuoti. Multipliciter quoqz instruit deuotos suos. Unde illi dici potest illud Job.viij. Spūs multiplex smo oris tui. Item est summe mobilis.vñ p hac ei9 ppetate ac p pcedēti possumus allegare illud Sap.vij.vbi dr. Est enim in illa spūs intelligentie sctūs.multiplex subtilis. mo-destus.disertus.mobilis incoinqnat9.cer-tus.suauis.amans.bonus.acutus.q nihil vetat bñfacit.et human9.benign9. stabilis. securus.oēz habēs virtutē.oīa pspiciēs.et qui capiat oēs.spūs intelligibilis et mūd9. Oībus enī mobilib9mobilior est.et attigit. vbiqz ppter suā mūditiā. Hec ibi. Ex qbus etiā patz alia ei9 ppetas.s.q est summe pe netrationis. Ipsa qz est summe et mīme re sistētie. Sūme diabolo quē ɔtinue impu-gnat.et cui p nostra salute resistit. minime aūt nobis.q2 nobis ad eā recurrētibus nō resistit.sed ɔtinuo nos sub sua protectione recipit. Ipsa etiā disparia et ɔtria gñauit et cōciliauit. Homo enī erat ɔtrari9 deo ppt pctm. et maxima ē disparitas iter creatorez et creaturā.adeo q nō pōt tāta dissilitudo notari qn sit etiā icōparabilr maior.c.dā-namus.de sum.tri.et fide ca. Btā igit vgo deū generās et hoiem.cōiunxit disparia in vnitate psone.et humanā naturā diuine cō ciliauit. Alie etiaz ppietates lucis sup po site aptissime patent cuilibet deuote specu lanti q scz fuerunt in ipa bñdicta virgine: De quib9 etiā aliquas tāgit salomō Sap. vij.vbi post predicta verba statim subdit. Vapor est enī vtutis dei. Et ideo nihil in-quinatū in illā incurrit. Cādor est enī lucis eterne et speculū sine macula maiestatj dei et imago bonitatis illius. Et cū sit vna oīa pōt.et pmanēs in se oīa innouat.et in aīas sanctas se trāsfert. et amicos dei et pphas constituit.hec est speciosior sole.et sup oēm stellarum dispositionē luci comparata in-uenit prior.

Qō beata virgo dr lampas accensa. Assimilatio.iij.

Finito cōpletorio in ecclīa extin guunt omnia lumīaria excepta lampade q die ac nocte ardet co ram altari maiori.q2 ibi corpus dñi est. Et quando sacrista vel alius frater

lumine indiget. vadit ad lāpadē ⁊ īuenit. Sp̄āsr. īpe passionis xp̄i oīs fidei lumē quodāmodo fuit extinctū. q: oēs discipuli eo relicto fugerūt. Mat. xxvj. Sed vna lāpas tm̄modo accēsa remāsit. s. beata virgo maria in q̄ lumē fidei luxit et exarsit ignis charitat. ⁊ hec stetit iux̄ altare. i. iux̄ crucē in q̄ pēdebat corpus dn̄icū. s̄m illud Joh. xix. Stabat iuxta crucem iesu mater ei⁹. In cuius signū trib⁹ noctib⁹ vltimis maioris hebdomade cū tenebre fiūt oīa luminaria extinguunt vno excepto qd̄ latet sub altari s̄m cōsuetudinē aliquarum eccliarū. sed post modicū cūctis ostendit. Hec em̄ oīa significāt illud quod. s. diximus. Per extinctionem em̄ alioꝝ luminarium denotat extinctio fidei oīm apostoloꝝ ceterorumq fideliū. Per candelā vo q̄ nō extinguit. sed aliquātisp celat. significatur beata vgo. q̄ sola mēte latebat in cruce cū xp̄o suspēsa: lꝫ in corpe semimortua iaceret iux̄ crucem. Non est igit aliquo tp̄e extinctū lumē ei⁹. sicut p̄dictū fuerat Prouer. vlt. vbi dr̄. Nō extinguet in nocte lucerna ei⁹. Figura aūt huius habet Exod. xxvij. vbi p̄cepit de⁹ q in tēplo semp lucerna arderet q̄ nunq̄ extingui debebat. Hec em̄ lucerna fuit beata virgo. que semp p̄māsit accēsa corā diuino altari. ⁊ nunq̄ fuit extīcta. sꝫ fouuit lumen diuine gr̄e p̄bendū viatorib⁹ vnde possint videre viam salutis. Nec est aliq̄s tā cecus cui lumē istud non possit visum restituere. Et ideo eius deuoti dicūt illi cū ps. xxxv. In lumine tuo videbimus lumē. O igitur dn̄e deus qui accēdisti hanc lucernā. ⁊ nō abscōdisti eā sub modio. sed posuisti sup eā delabrū: vt luceat oib⁹ q̄ i domo sunt sicut nobis facere ꝯsuluisti Mat. v. ⁊ Mar. iiij. Non me p̄mittas esse de illis q̄ caligantib⁹ oculis nō vidēt hanc lucernā fulgētissimā sicut Hely. de quo dr̄. j. Reg. iij. Non poterat videre lucernā dn̄i. Ip̄a nāq vgo a p̄ncipio sue formatōis a te illuminata nunq̄ fuit lumine p̄uata. Unde de illa dicebat p̄pheta ps. xvij. Qm̄ tu illuminas lucernam meā dn̄e: de⁹ me⁹ illumina tenebras meas quasi dicat. Sicut tu illumiasti matrē tuā quā creasti lucernā meā ⁊ oīm fideliū. ita fac vt mediante hac lucidissima lucerna illuminent tenebre pctōꝝ meoꝝ. Hec est em̄ lucerna splēdēs sup cādelabrū sctm̄. Eccli. xxvj. Ad cui⁹ lumē q̄cūq b̄n direxerit gressus suos: poterit cū ad supnā patriā peruenerit dicere illud Job. xxix. Splēdebat lucerna eius super caput meū: ⁊ ad lumē ei⁹ ambulabam in tenebris.

Qd̄ btā vgo dr̄ vas dei. Assimilatio. iiij

v Vas dei appellat. b. vgo multipliciter. Primo vas purū ⁊ nouū. iuxta illud qd̄ in figurā dr̄. iiij. Regū. ij. Afferte mihi vas nouū ⁊ mittite i illd̄ sal. Istud em̄ vas nouū fuit vterus ip̄ius vginis. q: vt ait magr̄ Jaco. de voragine in lib. b. virginis. ideo dr̄ nou⁹. q: ab oī vetustate culpe pen. i⁹ fuit mūdus. In istud aūt vas sal sapiētie missum fuit. qn̄ xp̄s q̄ est dei sapiētia in vteꝝ ei⁹ intrauit. Non solū aūt illud vas fuit nouū ⁊ purū. sed etiā fuit purissimū. iux̄ illud Prouer. xxv. Aufer rubiginem de argēto: ⁊ egrediet vas purissimū. Deus em̄ s̄m aliq̄s abstulit rubiginē ac infectōēs oēm a semine quo debeat ip̄sa vgo ꝯcipi. ⁊ sic egressus est vas purissimū corpis sui. vel saltē ante infusionē aīe vginis sanctificauit altissimus tabernaculū suū. i. corpus virgineū. ps. xlv. Et sic p cōceptionē egressum est in esse vas purissimum. i. ip̄a virgo que fuit vas diuinū oī puritate repletissimum. Possum⁹ etiā dicere q ip̄a virgo in sua imaculata cōceptione fuit purum vas qd̄ ab originali pctō fuit p̄seruatū. In conceptione autē verbi dei fuit vas purius qd̄ a peccabilitate fuit liberatū. Fuit enim tūc ip̄a virgo in gr̄a ꝯfirmata: ita vt nō posset peccare nec mortalr̄ nec venialr̄. s̄m theologos in. iij. di. iij. In assūptione autem eius gl̄iosa. qn̄ in corpe ⁊ aīa fuit gl̄ificata. vas illud factū ē purissimū. q: imortalitate ac i passibilitate: atq eterna fuit puritate decoratū. Scd̄o fuit vas ꝓfundū p ꝓfundā humilitatē. ⁊ ideo meruit dei gr̄a profunde adimpleri. Cor nāq nr̄m est vas quod tūc ꝓfunde foditur qn̄ profunde humiliatur. Sed sunt quidā quoꝝ cor tm̄ cauat ⁊ foditur in supficie. q: humilitatē habēt in ore ⁊ exteriori ꝯuersatione. Supbiā vo habēt in corde. iux̄ illud Eccli. xix. Est qui neqter se humiliat: ⁊ interiora eius plena sunt dolo. Alij vo sunt qui habēt cor fossum ⁊ cauū vsq ad mediū. sicut sunt fui dei. q̄ sic humiliant exterius in signo cōuersatiōis. sic etiā humiliant interius i medio cordis de quibus dr̄ Michee. vj. Humiliatio tua in medio tui. Nullus aūt vnq̄ fuit qui habuerit cor concauū vsq ad profundū. i. qui

Maria vas purum.

ita se humiliauerit sicut xps et beata virgo. Ille enim profunde se humiliat qui tantum descendit quantum descendere pot. Christus autem hoc egit quando descendit usque ad susceptionem nature nostre. et usque ad tolerationem pene et mortis vituperose. Unde inquit apostolus ad Phil. ij. Qui exinaniuit semetipsum formam serui accipiens etc. Similiter et beata virgo non potuit profundius descendere: nec magis se humiliare. quam quando ipsa que erat celi terreque domina et dei mater electa: se ancillam et pedissequam appellauit. Et quia profundius se humiliauit quam aliqua creatura: ideo tantam gratiam recepit quantam aliqua pura creatura recipere potuit. Tertio vas dicitur solidum. quia nunquam frangi potuit. Unde de illa dici pot illud Eccli. l. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Cetere autem mulieres franguntur in concipiendo per virginitatis violationem siue deflorationem. In pariendo autem franguntur per dolorem et afflictionem. Franguntur etiam in vita per multorum peccatorum perpetrationem: quia quodlibet peccatum frangit cor humanum. Unde Eccl. xxj. dicitur. Cor fatui quasi vas confractum: omnem sapientiam non tenebit. Franguntur etiam in obitu per incinerationem seu corruptionem. Ipsa autem benedicta virgo fuit vas solidum. quia in suo conceptu habuit integritatem: in partu iocunditatem. in vita virtutis stabilitatem in obitu vero induit immortalitatem. Quarto fuit vas admirandum. iuxta illud Eccli. xliij. Vas admirabile opus excelsi. Si enim esset aliquod vas quod maius seipso contineret. ita quod super capacitatem totius nature create contentum esset in infinitum maius continente. et tamen ab ipso contineretur. istud esset vas mirabile et stupendum. Sed si vas existens clausum reciperet in se aliquid et effunderet sine aliqua sui apertione: istud vas diceretur mirabilius et stupendius. Si vero esset aliquod vas quod vinum et aquam simul sine aliquo medio contineret. et tamen nulla commixtio fieret. profecto istud vas esset mirabilissimum et stupendissimum. Tale autem vas fuit b. virgo. quia illud quod in suo vtero continebat maius in infinitum se erat. Istud ergo vas virgineum quod continuit deum quem celi et celi celorum capere nequeunt. ij. Paral. vj. fuit mirabile et stupendum. et ideo canit ecclesia. et fuerunt verba diui Augu. di. Sancta et immaculata virginitas. quibus te laudibus efferam nescio. quia quem celi ca. non po. tuo gre. contu. Ipsa etiam existens clausa dei filium in vtero suo recepit per conceptionem. Et similiter intactis claustris virginitatis illum effudit per pluritionem. Et ideo vocatur Cant. iiij. Hortus conclusus et fons signatus. In isto etiam vase fuit vterinum habuit vinum diuinitatis et aquam humanitatis et tamen nulla facta est commixtio seu confusio naturarum. Unde canit ecclesia. Deus homo factus est. id quod fuit permansit. et quod non erat assumpsit non commixtionem passus neque diuisionem.

Vas solidum.

Maria vas mirabile.

Quinto fuit vas aromaticum. In eius enim vtero et ore fuerunt species omnium aromatum. id est virtutum. De quibus ipsa inquit Eccli. xxiiij. In me omnis gratia vie et veritatis. in me omnis spes vite et virtutis. Nam ipsa est species aromatica que viuificat mortuos. et ideo ait. In me omnis spes vite. Ipsa etiam est species illa que illuminat cecos. et ideo subdit. et veritatis. Item est illa species que sanat infirmos et desperatos et ideo addit. In me omnis spes vite. Item est illa species que roborat et confirmat debiles et languidos et ideo subiungit. et virtutis. In isto etiam vase continentur vnguenta contra omnes infirmitates. Nam in ea est vnguentum quod deprimit tumores superbie scilicet consideratio sue humilitatis. Item illud quod extinguit hydropisim auaritie scilicet consideratio sue paupertatis. Et illud quod expurgat immundiciam luxurie scilicet consideratio sue honestatis. et virginitatis et sic de singulis.

Quod beata virgo dicitur rota dei. Assimilatio. v.

i Dicit Ezechiel propheta sui li. c. j. Apparuit rota vna super terram iuxta quattuor animalia. habens quattuor b facies. Hec autem rota significat beatam virginem. Ipsa enim fuit demonibus terribilis. Sicut enim leones terrentur quando audiunt strepitum rotarum. ita ipsi demones fugiunt cum audiunt inuocari et nominari hanc rotam diuinam. Unde de eo inquit ps. lxxvj. Vox tonitrui tui in rota. Ista autem rota super terram fuit a terrenis eleuata cogitatione. affectione et conuersatione. Item fuit iuxta quattuor animalia que secundum expositores significant euangelistas iuxta quos ipsa fuit cum eis conuersando: atque eos instruendo. Habet quoque quattuor facies. id est quattuor virtutes cardinales. scilicet iusticiam. prudentiam. fortitudinem. et temperantiam. Vel quattuor facies. id est quattuor aspectus. quorum vnum vertit ad deum pro nobis intercedendo. Aliud ad paradisum. id est ad beatos. eos letificando. letificantur enim sancti qui sunt in celo non solum aspectu regis sed etiam regine. qua mediante saluati sunt. Tertium vero vertit ad mundum

miserēdo ⁊ ꝓtegendo. Quartū autē vertit ad diabolum exterēdo ⁊ expellendo. Unde dicit demonibus esse terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Cañ.vj.

Qđ beata virgo dicitur sedes dei: Assimilatio.vj.

B Inquit aquila volans Johānes euange. Apoc.iiij. Uidi ⁊ ecce sedes posita erat in celo. ⁊ supra sedem sedēs ⁊c. Hec aūt sedes figurat beatā virginē que dicit sedes rōne artificij.q: ad modū sedis fuit artificiata. Nā sedes est a terra eleuata. ⁊ inferi⁹ clausa. ⁊ supius aperta. Ipa aūt benedicta virgo fuit eleuata a mūdo. clausa petō. ⁊ apta deo. Et i deo ꝓpheta inqt deo ps. xliiij. Sedes tua deus in seculum seculi ⁊c. Ista aūt sedes posita est in celo .s. empyreo. ad hūc viuēs posita erat affectione ⁊ cōtēplatione. Nunc aūt est ibi glorificata habitatione. Unde idē ꝓpheta ait ps.x. Dñs in celo sedes eius ⁊c. Uel posita est.i.p fidem firmiter stabilita.in celo.i.in ecclesia militante. Supra hanc autem sedem virgineā erat sedens scē christus dei filius. qui licē super ipam esset dignitate. tamen in ea sedit ⁊ quieuit incarnationis humilitate. iuxͣ illud Ezech.xliiij. Princeps ipe sedebit in ea. De hac autē sessione predictum fuerat Esa.xvj. vbi dicit. Preparabit in misericordia solium ⁊ sedebit super illud in veritate. Et ps.ix. inquit dauid. Sedisti sup thronum qui iudicas iusticiam. Sedere enim pro tribunali in sentētijs ꝓferēdis multū operat. Et ideo debent sedendo sentētiare iudices. vt per glo. in .c. bone. de postu. prela. quia sentētia aliter nō valeret. argu. ff. quis ordo in bo. pos. ser. l. ij. §. ⁊ bonorum. ⁊ facit. C. de offi. ciui. iudi. l. j. in auť. de iudi. §. sedebūt. ⁊. C. de sen. ex. peri. reci. l. fi. Super istam igit regalē sedem oīa iudicia sua deus faciet. Unde ps. xxviij. dr. Sedebit dñs rex in eternum. Et ps. xlvj. Deus sedet super sedem sanctā suam. De qua sede etiā iquit Esaias ꝓpheta. c. vj. sui li. dicēs. Uidi dñm sedentē super solium excelsum. ⁊ eleuatum ⁊c. Ista autem sedes excelsa ⁊ eleuata ab omni stercore peccati fuit deo ante secula ordinata. Unde ipsi deo inquit ꝓpheta ps. xcij. Parata sedes tua extunc a seculo tu es. Et rōnē huius assignat ps. xciij. dicens. Nūquid adheret tibi sedes iniquitatis: quasi dicat. Absit. De hac etiam

Sentētia sedendo feratur

sede idem propheta ait ps. cij. Dñs in celo parauit sedem suā. ⁊ regnū ipius omnib⁹ dominabitur. Qui ergo vult a deo obtinere aliquam grām: debet eum rogare ⁊ dicere illō Sapiētie.ix. Mitte illā de celis sanctis tuis: ⁊ de sede magnitudinis tue. Sicut autē deus cui dicitur Baruch. iij. Qui sedes in sempiternū semper sedit in virgine per grām. ⁊ nunq̄ permisit diabolū in illa sedere per culpā. Ita etiam ipsa benedicta virgo sub vmbra gratie eius semper sedit. Unde inquit Canticoꝝ. ij. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi. Ipsa etiam ꝓpe filium suum sedet in celo. iuxta illud ps. xliiij. Astitit regina a dextris tuis ⁊c. Licē enim aduocati nō debeant sedere cum iudicibus. vt in auť. vt ab illustribus. ⁊ qui supra eos sunt. §. sancimus. ⁊. C. de postu. l. quisquis. Tamen hoc fallit in quibusdam aduocatis propter eorum dignitatē. C. de offi. diuer. iudi. l. fina. Et talis est beatissima virgo.

Qđ benedicta virgo dicitur ciuitas dei Assimilatio.vij.

C Geran. de ales super. ps. lxxxvj. exponit illum psalmū de beata virgine sic dicēs. Fundamenta eius in mōtibus sanctis. i. in ꝓphetis patriarchis ⁊ regib⁹ ex quib⁹ ipa beata virgo originē traxit. sicut pz in genealogia eius Mat. j. Ipa etiam dr syon. Esa. xxviij. Mittam in fundamentis syon lapidē. lapidē probatū angularē preciosum in fundamento fundatū. Cuius syon porte fuerūt quinq̄ sensus qui clausi fuerunt contra omne noxium ⁊ inhonestum et aperte ad bonum. Unde aures ei⁹ que clause erāt cōtra mūdi strepit⁹ quando ingressus est angelus ad eam. aperte sunt salutationi eius. Et porta eius cordis que contra cōsensum viri clausa erat. apta fuit diuine voluntati quando dixit. Fiat mihi ſm verbum tuum. Ezechiel. xliiij. Porta hec clausa erit ⁊ nō aperiet et vir nō transibit per eā. quoniā dñs deus isrl ingressus est per eam. Dicit aūt beata vgo syon. q: sicut syon erat locus eminentissimus et tutissimus in hierlm. sic beata virgo i ecclia etiam triumphāte. Diligit ergo deus portas syon. i. sensus beate virginis. super oīa tabernacula iacob. i. plusq̄ corpora aliarum virginum. Corpora enim dicuntur tabernacula. ij. Petri. j. Uelox est depositio

Exponitur ps. Fundamenta eius.

tabernaculi mei. ad Heb. vlt. Habem⁹ alta re de quo edere nō habēt potestatem q̄ ta/bernaculis deseruiunt. Uirgines aūt bene/dicunt iacob. q̄z luctate sunt. ꝛ supplātaue runt fomitē. q̄ in beata virgine oīno extin/ctus fuit. Sequit. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Beata virgo est ciuitas dei de q̄ multa glīosa dicta sunt ꝛ predicta p̄ ꝓphe tas. vt est illud Esa. vij. Ecce ⁊go cōcipiet ꝛ pariet filiū. Et Esa. xj. Egredief virga de ra dice iesse ꝛc. Et Hiere. xxxj. Nouum faciet dn̄s sup terram ꝛc. Et Cant. vj. Pulchra es amica mea. suauis ꝛ decora sicut hierl'm. Et multa alia glīose dicta sunt de hac ciui/tate. Sunt aūt multe rōnes qb⁹ beata vir go d̄r ciuitas quia multa in ea fuerūt que in ciuitate cōtingit reperire. q̄ ptīt notari in his versibus. Rex. p̄sul. popul⁹. defensio. tē pla. domus. lex. Fons. schola. ludus. opes. cōmercia. pax. cibus. arma.

Maria q̄re d̄r ciuitas

In beata enim virgine fuit rex scz xp̄us. de quo Apo. xix. Rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū. Item in ea fuit presul ip̄e xp̄s assistens pontifex futurorū bonoꝝ. ad Heb. ix. Item in ip̄a fuit ppl's. quia visceribꝰ mīe sue om̄es continebat. ꝛ adhuc continet. Unde d̄r. mater mīe. sicut Paulus habebat in se ppl'm cum dicebat ad Phil. j. Sicut ē mihi iustū h̄ sentire pro oībus vobis. eo q̄ habeam vos in corde meo. Et ad Gal. iiij. Filioli mei quos iterū parturio ꝛc. Ergo habebat eos i vtero: Itē defensio. Can. viij. Ego murus ꝛ vbera mea sicut turris. Item templa. Apoca. xxj. Dn̄s deus omnipotens templū illius est. Et ad litterā multa tēpla et ecclesie facte sunt ad honorem ipsius. Item dom⁹ est in ea. s. vir ginalis aula. in q̄ xp̄s habitauit. Prouerb. ix. Sapiētia edificauit sibi domū. Et lex. de qua Prouer. vlt. ꝛ lex clemētie i lingua ei⁹. Et fons. Eccli. xxiiij. Quasi fluuius dorix. ꝛ quasi aqueductus exiui de paradiso. Et schola. Luc. ij. Maria ꝯseruabat oīa verba hec ꝯferens in corde suo. Et ludus. Zach. viij. Platee ciuitatis implebunt infantib⁹ ꝛ puellis ludētib⁹. ij. Reg. vj. Dauid salta/bat totis virib⁹ corā arca. s. Xp̄s ante beatā virginē. q̄n adduxit eā i supernā hierusalē. Unde canit ecclia. Assumpta est maria in celum: gaudent angeli laudātes benedicūt dn̄m. Ecce ludus. Et opes virtutis ꝛ grē. Unde dixit ei angelus Luce. j. Aue grā ple na. Prouer. vlt. Multe filie cōgregauerūt sibi diuitias. tu ⁊o supgressa es vniuersas

Item cōmercia. Prouerb. xxiij. Ueritatem eme ꝛ noli vēdere sapiētiā. ꝛ Prouer. vlt. Sindonē fecit ꝛ vēdidit ꝛ tradidit eas cha naneo. Et pax. p̄s. cxlvij. Qui posuit fines tuos pacē. q̄z in beata ⁊gine nō fuit rebel/lio carnis contra sp̄m. quia oīno extinctus fuit fomes in ea. Itez cib⁹. Can. vij. Uenter tuus sicut aceru⁹ tritici. In eius em̄ ventre fuit granū frumēti. cibus angeloꝝ ꝛ hoim vel venter. i. pietas. Item arma. Cant. iiij. Mille clypei pendēt ex ea. Oīs armatura fortiū. Memor ero raab ꝛ babylonis sciē tium me. i. gentiliū ꝛ pctoꝝ vt ad me ꝯuer/tant. C Et postea in particulari determinat dicens. Ecce alienigene. i. gētiles. ꝛ tyr⁹. i. pctōres alij q̄ sunt in angustia penitentie sicut pri⁹ erant in angustia vitioꝝ. Tyrus em̄ interp̄tat āgustia. Et ppl's ethyopū. i. vitiosi qui erant deformes ꝛ nigri p̄ pctm̄. hi oēs fuerūt illic ad me recurrētes. Me/mor igit ero. s. ad miserēdū ꝛ non puniēdū Neemie. v. Memento mei in bonū Raab. Per Raab autē meretricē intelligit aīa q̄ se ꝓstrauit vitijs. Raab em̄ latitudo iterp tatur. ꝛ significat eos qui vadunt p̄ latam viā que ducit ad pditionē. Mat. vij. Baby lon ⁊o confusio interpretatur. et significat aīam confusam ꝓpter pctā. quoꝝ oīm ego memor ero et miserebor scientiuz me. i. me laudantiū. ꝛ ad me deuoto corde recurren/tiū. D Nūquid syon dicet. Hoc etiā de beata ⁊gine exponit. que syon dicit eo q̄ de syon idest de iudeis nata est. sicut ꝓphetatū est p̄s. cix. Uirgā virtutis tue emittet dn̄s ex syō. Itē d̄r syō. q̄z cōtēplatiua erat. De hac ergo dicit. Nūquid syon. i. btā ⁊go ꝯtem plās celestia dicet corde vel ore de filio suo Homo. s. purus est quasi dicat. non. Quia Osee. xj. ipse ait. Ego deus et nō homo. scz tm̄ in medio tui sctūs ꝛc. Quia aūt credita ra erat, eū esse deū ꝛ hoīem. ideo de vtraqz natura subiūgit. Hō natus est in ea. Ecce humanitas. Et ipse fundauit eā altissim⁹. Ecce diuinitas. Hoc em̄ esset īpossibile in puro hoīe. Qui em̄ fundauit ciuitatē prior est ip̄a ciuitate. Qui aūt nascit in ciuitate posterior est illa. Homo nat⁹ est in ea. Non dicit puer sed homo. Hierem̄. xxxj. Nouum facit dn̄s sup terrā femina circūdabit viꝝ. Hoc dicebat Salomō se ignorare Prouer. xxx. Quartū penitus ignoro. Uiam viri in adolescētia. i. in ⁊gine. Et ip̄e nō angelus fundauit eam. s. beatā ⁊gine. Hec est enim

ciuitas fundamēta habēs: cuius artifex et conditor deus.ad Heb.xi.Eccli.xxiiij.Qui creauit me requeuit i tabernaculo meo.Fūdauit.s.in ꝟtutib⁹.sicut ciuitatē vel tēplū. Ipsa em̄ fuit ciuitas summi dei.ꝛ templū veri Salomonis.de cuius fundatione.iij. Regum.v.in fine dicitur. Precepit rex vt tollerēt lapides grandes ꝛ lapides preciosos in fundamentū tēpli.i.virtutes eminētes in fundatione beate marie.Nec mirū Quia vt dr.j.Paral.xxix.Non homini paratur habitatio sꝫ deo.Dn̄s narrabit.i.narrauit.In scripturis populoꝝ.i.per scripturas expositas ꝛ directas ad populos.ꝛ in scripturis principū horū qui fuerūt in ea idest Moysi ꝛ ꝓphetaꝝ ꝛ aploꝝ.In multis em̄ scripturis narraf de btā ꝟgine.Uel pplos possumus vocare paupes ꝓphetas sicut fuit Amos.Principes ꝟo ditiores et nobiliores sicut Dauid ꝛ Esa.Uel populorū.i.gētiliū.q: sybillinis ꝟsib⁹ est pdicta.ꝛ p Job qui gētilis fuit. Et principū.i.prophetaꝝ de iudeis.Uel principes dicuntur editores scripturarū.vt ꝓphete ꝛ euāgeliste ꝛ apl̄i.Populi ꝟo expositores eorūdēꝫ. vt Hieronymus.Augu.ꝛ alij.Uel populi dicunf sancti alij ab apostolis.Principes ꝟo apostoli.ps.xliiij.Cōstitues eos principes sup oēm terrā.Et hi oēs fuerunt in ea idest cōcordes fuerūt in laude ꝟginis.non cōtra eā vt heretici.ꝛ pharisei.Sicut letantiū oīm habitatio in te sancta dei genitrix Esa.lj.Gaudium ꝛ leticia inuenienf in ea. In forti em̄ munitiōe habitant homies securi ꝛ leti.in infirma aūt sunt timidi.Iteꝫ in magna munitione ꝛ opulenta oīum est spes ꝛ refugiū.Et siᷓr ad beatā ꝟgineꝫ oēs cōfugere debēt que est turris fortissima et inexpugnabilis.et terribilis inimicis vt castrorum acies ordinata.Cañ.vj.Opulenta est virtutū ꝛ graꝝ abundantia.q: gratia et gloria plena Maxima autē est charitatis amplitudine qua oēs amplectitur. Unde ei canit eccl̄a.Sub tuū p̄sidiū confugim⁹ scā dei genitrix ꝛc.Bene em̄ ei cōpetit qđ de filio eius dr Deuf.xxxiij.Dilexit pplos. Oēs sancti in manu eius sunt.Propter h̄ bene dr.Sicut letantium ꝛc.Quia ex his omnibus multa est leticia his qui ad eam cōfugiūt.Esa.lvi.Letamini cū hierusalem ꝛ exultate in ea oēs qui diligitis eā.Nos ꝟo possumus et debem⁹ ei dicere illud Judith.xv.Tu gloria hierusalē.tu leticia isrl̄ tu honorificentia ppl̄i nostri.hec Alexāder vbi.s. Nos ꝟo supradictū psalmū possumus ad litterā exponere de imaculata cōnceptione btē virginis.Cuius preseruatio/nēꝫ ab originali peccato volens declarare eximius ꝓphetarū Dauid dixit.Fundamēta ei⁹ sꝫ virginis.In montibus sctis.Qō qualiter intelligatur exposui in.j.pte principali huius operis sermone.ij.in exordio. Uolens ergo Dauid ostēdere ꝙ btā virgo que est viua ciuitas dei:nunꝙ fuit a diabolo dei inimico per pctm̄ possessa ait.Fūdamēta ei⁹ in montib⁹ sanctis scꝫ in monte innocētie ꝛ puritatis.in monte iusticie originalis.ꝛ in monte diuine gratie preseruātis.quasi diceret.Quia in his montib⁹ fuit fundata.idest cōcepta.ideo nunꝙ ab hoste maligno fuit capta.Nunꝙ em̄ diabolus his montib⁹ appropinquare potuit Ratione aūt quare deus voluit beatā virginē fundare in his montib⁹.ꝛ cōsequēter pseruare ab originali peccato assignat dicens.Diligit dn̄s portas syon super omnia tabernacula Jacob.quasi dicat.Nolite mirari ꝙ deus fecerit hanc singularem gratiā sue matri.Nam diligit dn̄s portas syon idest ipsam benedictā virginē que est porta celestis ciuitatꝭ.scꝫ paradisi sup omnia tabernacula Jacob.idest super oēs angelos ꝛ sanctos.Et ideo voluit eā maiori puritate fulgere.ꝛ maiorib⁹ priuilegijs gaudere.ac magis gloriosam esse. Et propter hoc subdit.Gl̄iosa dicta sunt de te ciuitas dei.De nulla em̄ pura creatura vnꝙ dicta fuerūt tam gloriosa ꝙ̄ de virgine hac bene dicta. Quia ꝟo Dauid hic appellat ipam ciuitatē dei:est sciēdū ꝙ oīs anima potest dici ciuitas.Sed aīa cuiuslibet reprobi dr ciuitas Babylonis.que vt supra dictū ē.interpretatur cōfusio.q: plena est cōfusione pctōꝝ.Et in ea regnat Nabuchodonosor. idest diabolus in supbia sua.Anima auteꝫ cuiuslibet electi dr Hierusalē.que interpretatur visio pacis.in qua regnat Salomon rex pacificus.idest xp̄s.Hierusalem autem edificaf vt ciuitas ex auro ꝛ argento ac lapidibus p̄ciosis.i.ex operibus dilectionis dei ꝛ ꝓximi cum meditationibus ꝛ contēplationib⁹ preciosis super fundamentum fidei Jesu xp̄i.de quo fundamento dr.j.ad Coꝛ.iij.Fundamentū aliud nemo ponere potest preter id qđ positū est quod est xp̄s Jesus. Nisi autem dn̄s custodierit anime

E
Pō.Fūdamenta ō virginis conceptione exponitur.

F
Aīa dr ciuitas

ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eas. ps. cxxvi. Uerum nulla anima tam proprie potest dici ciuitas dei sicut beata virgo post filiū. Ipsa enim per excellentiā dicitur ciuitas maxime propter tria. Primo propter plenam vnionem. Dicitur enim ciuitas quasi ciuium vnita: secundum Isidorū. xv. etiymol. Unde salua tor noster cum misit duos de discipulis suis ad ciuitatē Hierosolymā: que plena erat sectis et diuisionibus a peccatis non dixit Ite in ciuitatem: sed in castellum: vt habetur Mat. xxi. seruans illam regulam. Si re pu ueris: nec nomē habere mereris. Nomina enim debent esse rebus cōsona. §. est et aliud cū similibus. insti. de dona. In aīa autem nostra sunt quasi ciues multi et varij cogi tatus et affectus ac desideria quasi viri. passio nes vero quasi mulieres. Qui oēs debent cō uenire in vnū. scilicet vt cōformēt se diuine vo lūtati querēdo semper gloriā dei et profectū salutis. Unde Alexander de ales super psalmo xlv. ait. Tunc erit ciuitas quasi ciuium vnitas si omnes cogitatiōes. affectiones et deside ria vnanimiter in deum tendant. Quod qui dē excellentissime fuit in ipsa Bndicta vir gine. de qua inquit sctūs Odilio in quodam sermone. Omnis Marie actio semper inten ta fuit in domino. Et Alexander de ales vbi supra exponens illud eiusdem ps. xlv. Flumi nis impetus letificat ciuitatē. dei. de ipsa gloriosa virgine: ait. Ipsa fuit ciuitas qua si ciuium vnitas: quia in ea fuit rationis et sensualitatis plena cōcordia. Secūdo dici tur ciuitas propter congruā prouisionem. Oportet enim ciuitati bene prouideri ne fa ciliter capiatur ab hostibus. et ideo requiri tur vt circunquaque habeat fossata ne pos sint hostes appropinquare ad muros. Hoc autē fit circa ciuitatem anime per humilia tionem qua quis seipsum deijcit. et infra se statuit per sanctius reputationē: cognoscēs se ad ima descēdere ex propria conditione et inclinatiōe ad mala. Debet etiam ciuitas esse in portis bene custodita. et habere bo nas portas ac fortes ne faciliter possint ad terrā prosterni. et sic ciuitas ipsa ab hostibus depredari. Porte autē anime sunt sensus exteriores. s. visus. auditus. gustus. odoratus et tactus. qui etiam appellantur fenestre per quas intrat mors peccati ad animā. iuxta illud Hiere. ix. Mors intrauit per fenestras nostras. Oportet ergo nos sollicite vigila re circa custodiā harum portarum. Non enim

B Maria sicut ciuitas fuit congrue prouisa.

sufficit custodia angelorum. de qua dicit dñs Esa. lxij. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes. i. angelos. Tota die nō tacebūt. scilicet excitantes aīam ad bonū et ad deū laudandū. Sed necesse est quod quilibet per se vigilet per cōsiderationē et discretionē ne ingrediatur inimicus alicuius vanitatis per ipsas portas. et ne tanquam ciuis ingrediatur sub specie alicuius boni defectus curiositatis. Unde in figuram legitur. ij. Reg. iiij. quod Is boseth filius Saul regis Israel posuerat ancillā ad custodiam porte palacij sui. que nō stetit vigilans sed dormitauit. Unde in gressi per portam principes latronum Re chab et Banaa clam occiderunt illum in le cto quiescentē. Ex quo significatur quod quando con sideratio et discretio que debet custodire por tas sensuum dormitat et non vigilat ad cu stodiendū. ipsi demones latenter sugestio nibus malis subintrant. et ablatis frugibus virtutum animam occidūt. Oportet etiam ciuitatem esse fulcitā victualibus et aquis ne fame et siti pereant inhabitantes. Uictua lia autem anime sunt sacramēta que ipsam pascunt et reficiūt. Aque vero sunt doctrine sacre quibus cōtra calorem laborū et tenta tionū refrigerātur. Omnia aūt ista fuerūt perfectissime in beata virgine. et ideo per ex cellentiam ciuitas dicitur. Fuit enim humilitate profundissima. Unde ipsa ait Luc. i. Respe xit hūilitatem ancille sue. Et quanto magis se hūiliauit virtutes suas occultando: tanto magis deus illā manifestauit. vt impleretur illud quod inquit filius eius Mat. v. Non potest ciuitas abscondi supra montem posi ta idest super altā perfectionem virtutū. Op time etiam custodiuit sensus suos. Et ideo nihil inquinatū intrauit in illā. Sap. vij. Sacramēta quoque suscepit tēpore suo. vt diffuse declaratum est in. iiij. parte princi pali huius operis. sermōe. xj. parte. j. et. ij. In ea etiam nunquam defecerunt aque saluta ris doctrine. Unde Luce. ij. dicitur Maria conser uabat omnia verba hec scilicet dicta de filio et a filio conferēs in corde suo scilicet cū his que de eo prenūciata erāt a prophetis. Et sic flu minis impetus scilicet feruētis sapiētie letifi cat ciuitatem dei. idest beatam virginem.

Tertio dicitur ciuitas propter rectam guber nationē. Ad bonitatē enim ciuitatis requiritur quod habeat bonū regimen et prouidam guber nationem. Nam Eccle. x. dicitur. Ue tibi terra cuius princeps est puer, i. cuius rector sensibilibus

Maria sicut ciuitas fuit recte gubernata.

et vanis intendit vt puer. Econtra vero dicit Gratianus.viii dist. § j.q secundum Platonem illa ciuitas iustissime ordinatur in qua quisque proprios nescit affectus.i. passiones et appetitus suos inordinatos. Est ergo in ciuitate aie vt rex vel regina voluntas que habet imperare omnibus potentijs. Unde Anselmus in libro de conceptu virginali ait. Uoluntas est regina et domina in toto regno anime. Cum autem volutas peccato consentit.iam non est domina siue regina sed serua.et no nisi male potest talis ciuitas anime gubernari. Ne igitur erret regina ista et de dna efficiatur serua debet semper habere consiliu cu ratione. Na Prouer.xiij.dicitur Qui cuncta agunt cum consilio multa gubernant sapientia. Et ideo inquit sapiens Eccli.xxxij.Fili sine consilio nihil facias. et post factu no penitebis. Que enim cum consilio fiunt bene vt plurimu fiunt.l.huanu.C.de le.l.dubium no est.C.de repu. Item consiliu et deliberatio hominis a malo iudicio retrahit et refrenat.vt notat Archid.in.c.anterior.ij.q.vj Ratio igitur consiliarius sit anime si dei ciuitas vult esse. Synderesis aut secretarius qui nunquam fallit.arguens illicita et approbans vtilia et salutifera. Imaginatio autem et memoria referendarij. Cogitationes vero desideria et passiones subditi.qui debent bene gubernari. Et tunc poterit de ipsa anima dici illud Esa.j. Ciuitas fidelis. Iusticia habitauit in ea. Que omnia fuerunt excellentissimo modo in beatissima virgine. que semper fuit recta a spiritusancto. Unde de illa dici potest illud Esa.lxiij. Spiritussanctus ductor eius fuit.et omnia secundum dictamen rationis et bone conscientie fecit. Et ideo fuit illa inclyta ciuitas dei de qua exponi potest illud quod inquit beatus Iohannes Apoca.xxj.di. Uidi ciuitatem sanctam hierusalem descendentem de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo.et habentem claritatem dei.et lumen eius simile lapidi precioso iaspidis.et sicut crystallum.et habebat murum magnum et altum et habebat portas duodecim. et murus ciuitatis habens duodecim fundamenta. Et hec ciuitas in quadro posita est. et longitudo ac latitudo et altitudo eius equalia. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide. Ipsa vero ciuitas de auro mundo simile vitro mundo. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Fundamentum primu iaspis. Secundum sapphyrus. Tertiu calcedonius. Quartum smaragdus. Quintus sardonix. Sextus sardius. Septimu chrysolitus. Octauum berillus. Nonum topasius. Decimus chrysopassus. Undecimum hyacinthus. Duodecimu amethistus. Et duodecim porte.duodecim margarite sunt per singulas.et singule porte erant ex singulis margaritis. Et platee ciuitatis aurum mundu tanquam vitrum perlucidum. Et templu non vidi in ea. Dns enim deus omnipotens templum illius est et agnus. Et hec ciuitas no eget sole neque luna vt luceant in ea.na claritas dei illuminat illam. Lucerna eius est agnus.hec ibi. Ex quibus omnibus patet mundicia et claritas incoparabilis huius ciuitatis. Nemo igitur eam immundam fuisse aliquando affirmare presumat. Licet autem omnia predicta de ipsa exponi possent tamen vitande prolixitatis causa solum dico. q ipsa benedicta virgo optime dicitur ciuitas dei sancta.qr fuit munda.deo dicata et firma. Unde ipsa ait Eccli.xxiiij. Et sic in syon firmata sum. Fuit etia Hierusalem que interpretatur visio pacis. Ipsa enim ait vbi.s. In omnibus requiem quesiui. Item dicitur descendisse a deo.quia ab eo fuit edificata.et data in ciuitatem refugij peccatoribus. Et ab ipsa deo parata.s.virtutibus. Et vt sposa ornata omni gratia.vt.s.esset sponsa ipsius dei patris.ex qua virtute spussancti generaretur redemptor humani generis. De qua fulgentissima ciuitate gloriosa dicta sunt. maxime triplici ratione qua ipsa dicitur ciuitas dei. Primo quia deus ipsam fundauit Sicut Alexandria sic est dicta. quia Alexander ipsam fundauit. Et vrbs Roma sic dicta est a Romulo eam fundante. Unde de ipsa benedicta dei ciuitate ait propheta ps.xlvij. Sicut audiuimus.s.ex veteri testamento figuratu.sic vidimus impletu.in ciuitate dei nostri.s.virgine gloriosa. Deus fundauit ea in eternu. Unde ipsa ait Eccli.xxiiij. Ab initio.i.a deo qui est initiu omnis creature.et ante secula.s.temporalia creata sum.s.predestinatione in mente diuina. Si ergo deus fundauit ea in eternu. ergo in conceptione sua no corruit per originale peccatum. Et propter hoc canitur in officio conceptionis. Gloriosa dicta sunt de virgine Maria.qr fundauit et perseruauit eam altissimus alla. Secundo dicitur ciuitas dei.qr continue possedit ea deus et semper possidebit. Peccator enim possidetur a diabolo per culpam.iuxta illud Luce.xj. Cum fortis

Maria ciuitas dei ppetria.

armatus custodit atrium suũ in pace sunt
oĩa que possidet. q2 cũ ipse diabolus possi
det animã. ita eã custodit q eius tẽtatiõi-
bus acquiescit. Boni aũt a dño possident
nõ solum p gubernationẽ ⁊ dñium. sȝ etiã
per gratiã ⁊ obeditionẽ. Uñ illi dicunt cuȝ
ps. cxxxviij. Tu possedisti renes meos. i. af
fect⁹. Idẽ q3 pphęta inquit deo de electis
eius. ps. lxxiij. Memor esto cõgregationis
tue quã possedisti ab initio. Et tali mõ dr
aliqua ciuitas alicuius regis. q2 ab eo pos-
sidetur ⁊ sub eius dominio est. sicut Pari-
sius dr esse ciuitas regis frãcie. ⁊ sic de sin-
gulis. Beata igitur virgo per hunc modũ
dr ciuitas dei. quia semp fuit ab illo posses
sa quiete. ⁊ sine aliqua vel minima rebellio
ne. Uñ ipsa ait Prouer. viij. Dñs possedit
me in initio viaꝝ suarũ. Si ergo de⁹ ab ini
Z tio ⁊ semp possedit eã. pfecto diabol⁹ nũq
per originale peccatũ habuit eã sibi subdi
tam. Tertio aliqua ciuitas dr alicui⁹ in-
quantũ est inhabitator eius. Et sic Naza-
reth dicta est ciuitas xpi. quia ibi pceptus
⁊ nutritus est. Uñ ppter hoc appellat⁹ est
Nazareus. vt habetur Mat. ij. Bethleem
quoq vocata est ciuitas Dauid. q2 ibi nat⁹
est. ⁊ habitauit in pueritia ⁊ adolescẽtia. j.
Reg. xvj. Et p hũc modũ beata virgo dicit
ciuitas dei. quia deus per corporalem sub
stantiam ab ea assumptam habitauit in il
la. Uñ pphęta ait ps. xlvij. Magnus dñs
⁊ laudabilis nimis i ciuitate dei nostri ⁊c.
Ipse eñ dei filius in ventre eius habita-
uit per nouem menses tanq ciuis ipsi⁹ ci-
uitatis. ⁊ totam infantiã ⁊ pueritiã trans-
egit cum ea. Hec est illa ciuitas fortissima
muro roborata iexpugnabili. de quo Esa.
xxvj. dr. Urbs fortitudinis nostre syon. sal
uator ponetur in ea. murus ⁊ antemurale.
Requiritur eñ ad fortitudinẽ bone ciuita
tis q sit bene murata ⁊ turrita. De btã au-
tem virgine ⁊ de deo ipsam fabricante dici
põt illud. j. Macha. iiij. Edificauit syon. ⁊
per circũituȝ muros altos ⁊ turres firmas
ne qñ venirent gẽtes ⁊ cõculcarent eã. Di-
cit aũt Alber. sup Missus est. q ideo glo
sa dicta sunt d hac ciuitate. s. virgine. Ma
ria q2 omnia que ad pfectionẽ ciuitatis p
tinent. in beatissima virgine inueniri ⁊ de
ipsa dici possunt. Fuit eñ fundata sup hu-
militate. p castitatẽ murata turrificata p
charitatẽ. ditata p paupertates. custodita p
discretionẽ. libera immunitate pctõꝝ. pa-
cifica supatione tentationũ. diuino officio
ordinata p elegãtiã meritoꝝ. edificata po
pulosa virtute ⁊ multitudine oĩm donorũ
gratuitoꝝ. irrigua abũdãtia miserationũ.
i altissimo sita p excellentiã priuilegioꝝ. h
ille. Seqt aũt dauid in pdicto ps. lxxxvj. M
Memor ero raab ⁊c. vbi sciẽdũ q ipse da-
uid in psalmis suis sepe mutat locutioneȝ
suã de vna psona in aliã. Et qñq incipit lo
qui in psona sua. ⁊ postea in alio versiculo
loquit in psona dei vel alterius sicut eum
spũssanctus impellebat. Uñ etiã i hoc ps.
lxxxvj. idẽ facit. Nam quattuor versiculos
immediate sequẽtes ponit in psona ipsius
virginis dicẽs. Memor ero raab ⁊ babylo
nis scientiũ me. Quia eñ Raab fuit mere
trix q postea fuit pversa. de q dr Iosue. ij.
Ingressi sunt domũ meretricis noĩe raab.
Ideo p eã significant alie oẽs meretrices
que efficiunt postea deuote ipsi⁹ virginis.
⁊ ei⁹ meritis cõuertunt. Et silr p Babylo-
nem intelliguntur pctõres. vt supra expositũ
est sm Alexandrum de ales. Quia ergo
nullus est adeo crudelis pctõr. nec aliqua
adeo scelerata meretrix que vt cõiter non
habeat deuotionẽ btẽ virginis. ⁊ eã nõ ap
pellet immaculatã ⁊ innocentẽ. atq sue il
libate pceptionis nõ credat pseruationem
Ideo ipsa benedicta virgo cõtra impugnã
tes suã innocentiã ait. Memor ero Raab
⁊ babylonis scientiũ me. qsi dicat. Mere-
trices ⁊ publicani pcedẽt vos in regno ce-
loꝝ. Mat. xxj. Quia etiã turchi ⁊ saracẽi ⁊
alij oẽs infideles gloriosam virginẽ Ma-
riam venerant. ⁊ eã credũt a peccato origi-
nali fuisse preseruatã. Unde dicitur in Al-
chorano Machometi. Nullus est ex Adam
quin tenuerit eum sathã preter Mariã et
filium ei⁹. Quapropter vt retulit mihi vn⁹
frater noster. Cum in ciuitate venetiarum
esset vnus theucer ibi obses. ⁊ intelligeret
fieri questioneȝ de pceptiõe virginis. dixit
vni nobili ciui veneto. Miror q inter vos
christianos sint aliqui qui nõ credant ma-
trẽ christi beatã virginẽ. Mariã esse conce
ptam sine peccato originali. cum nos infi-
deles hoc firmiter credamus. Illis ergo q
ex ptinacia ⁊ obstinatiõe persequunt suos
immaculatã pceptioneȝ. ait ipsa virgo glio
sa. Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ pp̃ls ethiopũ
hi fuerũt illic. scȝ ad laudandã cõceptionẽ
meã quasi dicat. Amẽ dico vobis q tyro ⁊
sydoni remissius erit i die iudicij. q vobis

Mat.xi.et Luc.x. Quia etiã iudei dicũt q mater Messye debz cõcipi sine pctõ origi nali. Ideo subdit. Nunqd syon.i.iudea.di cet hõ.i.q ego sim cõcepta sicut alij hoies in pctõ: qsi dicat non. Et assignat rõnẽ qre iudei dicẽt eã sine pctõ conceptã dicentes. Hõ nat9 est in ea.et ipse fundauit eã altissi mus. Et ideo cũ dei pfecta sint opa. Deut. xxxij. non fundauit eam in imperfectione pcti. Et hoc est fundamentũ qd faciunt iu dei. Sequitur aũt beata virgo in alio ver siculo dicens. Dñs narrabit in scripturis: etc. Quia em impugnãtes cõceptionẽ ipsi9 vginis credere nolunt scripturis propheta rum et sacre scripture. sacrorũq doctor de innocentia vginali loqentiũ. ideo deus fe cit et iterum faciet vt multi etiaz seculares p defendenda beate virginis conceptione tractat9 faciẽt narrãtes qualiter ipa bene dicta virgo cõcepta est sine pctõ originali: Qui scriptores quia sunt et erunt plurimi. ideo eor scripta dicũtur scripture populo rũ. Oẽs em populi debẽt cõ urgere p hac opinione. Item faciet q principes terreni recipiẽtes bñficia et gratias ob reuerentiaz eiusdem illibate conceptionis impetratas facient de hoc fieri scripturas statuta in scriptis autẽticata. faciẽtes vt oẽs eor sub diti festum purissime conceptionis matris dei debeãt solenniter celebrare. sicut hodie videmus per orbem terrarum multis in re gionibus adimpletũ. Et hoc preuidens in spũ btã virgo ait. Dñs narrabit in scriptu ris populor. et principum horum qui fue runt in ea. idest qui in inuocatione mee sa cratissime cõceptionis fuerunt exauditi. et receperũt bñficia. Ultimũ autẽ versiculum addit Dauid pphta in psona oim deuoto rũ eiusdẽ vginis dicẽs. Sic vt letantiũ etc. quasi dicat. O beatissima vgo deus filius tuus faciet diuulgari et cognosci innocen tiã et immaculatam conceptionẽ tuã. et veri ficari illud qd ego predixi ps. xxviij. dicens Reuelabit dñs cõdensa: et in templo eius oẽs dicẽt gloriam. ita q om̃s christiani de ea magnam festiuitatez facient et leticiam cãtantes in missa. Gaudeam9 oẽs in dño. etc. Et ideo dicit. Sic vt: et sunt due dictio nes. que tantũ significãt quantũ ita q. In ipso em vsiculo hoc cõcludit q tanta pdi gia coruscabũt in testimoniũ innocẽtie sue et ad illius defensionem fient tot scripture q oẽs fideles exultabunt et letabuntur de ipsius innocẽtissime virginis puritate. Et hoc est qd ait. Sic vt oim letantiũ habita tio ẽ in te. Oẽs ergo p deuotionẽ habitare debemus in hac sacratissima dei ciuitate: Huius em ciuitatis habitatio est optima: iij. Regu z. ij. Hec est ciuitas lata nimis. et valde. Neemie. vij. Et hec est ciuitas glo riosa. Sopho. ij. In hac ciuitate deside ra bat ipse Dauid pphta intrare dicens ps. lix. Quis deducet me in ciuitatem munitã Sed heu q: de multis indeuotis ipsi9 btẽ vginis dici potest illud ps. cvj. Uiam ciui tatis habitaculi nõ inuenerunt. N

Qd beata virgo dicitur Castellum.
Assimilatio. viij.

Dominus noster Iesus xps in trauit i duplici castello. Primo in castello hierosolymitano. i. in virgine bñdicta que multis de causis dicitur castellũ. Pri mo ratione sue nitide vginitatis. Nam ca stellũ habet nomẽ ac castitate. et d: castellũ idest castum liliũ. vt dicit glo. super illud Luce. x. Intrauit Iesus in quoddam castel lum. Tale autẽ castellum fuit ipsa bñdicta virgo que fuit et est nitide castitatis. et pu rissime virginitatis lilium. Cui dicit Can. vij. Uẽter tuus sicut aceruus tritici valla tus lilijs. Scdo d: castellũ ratione humili tatis. Nam castellum d: diminutiue de ca stro. Per castellũ igitur significat ipsius humilitas. que q̃uis maxima esset. et super oẽs alios supereminens. tñ de se parua sen tiebat. Sciebat nãq q humilib9 de9 dat gratiam. et supbis resistit. Iaco. iiij. Unde de hac humilitatis sue gratiositate ipa ait vt canit ecclesia. Cũ essem paruula placui altissimo. et Lu. i. Respexit humilitatẽ an cille sue. Tertio d: castellũ ratione sublimi tatis. Nam castellũ d: quasi alta casa. quia alijs casis supeminet. Ipsa vo fuit alta ca sa tripliciter. Primo ex situ. quia eius sta tus est sup omnẽ statum pure creature. qd vtiq figuratũ fuit per arcam Noe. quam aque eleuauerunt in sublime. Gen. vij. vbi dicitur q arca eleuata est sup aquas. ipsa enim virgo super omnẽ puram creaturam et super omnes populos est sublimata. Nã creature seu populi appelantur aque scdz Alexandrũ de ales super ps. aut p pter suggestionem propaginis. iuxta illud Eccls. i. Generatio pterit et generatio ad uenit. sicut etiam flumina exeunt a mari et

maria alta casa pptria.

ad ipsum reuertātur ⁊ continue fluunt. Et
ideo etiā dicūtur aque propter motū. q̄a
sicut aque sūt in continuo motu. ita etiam
natura humana. vñ. Ouidi⁹. xv. metamor.
ait. Cūcta fluūt omnisq; vagans formatur
imago: Non secus ac flumen. nec em̄ consi
stere flumen. Nec leuis hora potest ⁊c. Et
ideo dicit̄ Iob. xiiij. Homo nat⁹ de mulier̄
breui viuēs tempore repletur multis mise
rijs. Qui quasi flos egredit̄ ⁊ conteritur: et
fugit velut vmbra. ⁊ nunq̄ in eodem statu
ꝑmanet. De quo etiā tangitur in. l. ij. §. sed
q2 diuine. C. de vete. iu. enu. ⁊ in. §. aut. in
aut. de non alie. aut per. eccle. ⁊ in. §. hanc
dicentes. in aut. vt oēs obedi. iu. De āgelis
quoq; dicit̄ Iob. iiij. Qui seruiūt non sunt
stabiles scʒ ꝑ naturam. Itē populi dicūtur
aque propter vilitatem elementi. quia aq̄
vilis ⁊ q̄si pro nihilo reputat̄. Et silr creatu
ra in cōparatione creatoris. iuxta illō Esa.
xl. Gentes quasi stilla situle. ⁊ q̄si momen/
tū stare reputate sunt. Vñ oēs dicere pos/
sunt illud Sap. ij. Ex nihilo nati sumus. i.
creati. Itē dicūtur aque propter ꝓfundita
tem. iuxta illō Hiere. xvij. Prauū est cor ho
minis ⁊ inscrutabile. quis cognoscet illō?
q̄si dicat. nullus nisi solus deus. Scđo btā
virgo dicitur castellū quasi alta casa ex al/
to edificio virtutū. quia in alto cacumine
virtutū sublimata est. In ipsa em̄ cōpletū
fuit illud Luce. xxiiij. Induamini virtute
ex alto. vñ dicer̄ potest illō Eccli. li. Man⁹
meas extendi in altum. Tertio dicitur ca/
stellum. i. casa alta ex dignitate fabricato
ris. quia architector hui⁹ castelli fuit ipse
deus qui fundauit ipsam beatam virginē
vt dicitur psalmo. xlvij. ⁊. lxxxvi. Quia em̄
ipse est altissimus: voluit istud castellum
altum fabricare vt in illo posset habitare
iuxta illud. ps. cxij. Quis sicut domin⁹ de/
us noster qui ī altis habitat. Voluit itaq;
saluator noster ab ista casa alta ⁊ ab hoc ca
stello altissimo trahere originem secūdum
carnem. iuxta illō Luce. j. Visitauit nos ori
ens ex alto. Non enim solū intelligitur de
ortu eterno quoad diuinitatem: sed etiam
de temporali quoad humanitatem. Quar/
to principaliter virgo gloriosa dicitur ca/
stellum ratione dominationis. Nam chri/
stus non intrauit in omne castellum. sed
textus euangelicus testatur ipsum intras/
se in quoddam speciale castellum quod de
nominatur Bethania, de quo habet̄ Ioh.
xj. Interpretatur autem Bethania obedie
tia seu domus obedientie. per quam vir/
go gloriosa significatur. Nam ipsa se obtu/
lit promptā ⁊ obtemperantem diuine vo/
lūtati in incarnatione diuini verbi respon/
dens angelo. Ecce ancilla dñi ⁊c. Quinto
principaliter đr castellum ratione expugna
tionis. Nam fili⁹ dei venit in Mariam vt
assumeret arma humanitatis quibus ar/
mis indut⁹ nouem mensib⁹ in ipsa virgine
occulte permansit. vt sic expugnaret inimi
cum hūani generis. et ex illo castello secre
te amicis suis adiutoriū ꝑberet. Et in hoc
ipsa virgo figurata fuit. j. Reg. iiij. vbi đr
q̄ philistijm. i. demones cognoscentes q̄
arca dei. i. Maria de qua dicitur ps. cxxxi.
Surge dñe in requiē tuā: tu ⁊ arca sancti/
ficationis tue. Venit in castra timuerūt di
centes. Venit deus in castris. ⁊ ingemue/
runt. O quot liberati sunt ab inimicis ⁊ a
manibus demonū ꝑ protectionē istī⁹ castri
scʒ Marie. Et quot amici habuerūt p̄sidiū
in tribulationib⁹. in infirmitatib⁹ tempe/
statib⁹. persecutionib⁹. necessitatibus. ⁊c.
Nam Maria facta est adiutoriū ⁊ refugiū
peregrinātiū tanq̄ castellum ī deserto. Et
ideo ecclesia hoc cōsiderans ei canit. Sub
tuū presidiū confugim⁹ sancta dei genitrix
⁊c. In hoc ergo castello castitate decorato
humilitate munito. excellentia sublimato.
obedientia ditato. mundicie repleto. scʒ ī
virgine bñdicta. intrauit Iesus. i. saluator
noster. vt omnibus presidiū faceret. ⁊ nos
ab inimicis ꝓtegeret ac liberaret. Q2 vero
castellū est locus q̄ vice ciuitatis regit̄. vt
notat̄ ff. de le. j. l. si heres. §. vicis. et de le.
ij. l. ticia. §. fi. ⁊. C. de fundis limitofis. l. ij.
⁊ de offi. pre. p̄to. afri. ⁊. l. in noīe dñi. §. in
terea. ⁊ per Archi. in. c. statutū. §. ij. in ver
bo ciuitatibus. de rescrip. li. vi. Ideo post
assimilationem ciuitatis posui immediate
assimilationē castelli. Si autē accipiat̄ ca/
stellū pro receptaculo ad aquā suscipiēdā.
vt. ff. de aqua quo. ⁊ esti. l. j. §. antepenul. ⁊
no. ff. de serui. vr. pre. l. fistulam in prin. ⁊ đ
acti. emp. l. fundi. §. fi. Etiā ipsa benedicta
virgo conuenientissime dicit̄ fuisse hoc ca
stellum. q2 fuit receptaculū oīm aquaꝝ. i.
graꝝ diuinaꝝ. Scđo principaliter dico Q
q̄ Iesus intrauit in alio castello. scʒ baby/
lonico. i. in mūdo. Nam hic mūd⁹ recte ap
pellat̄ castellū babyloniū. i. ꝯfusionis: con
trarium castello hierosolymitano. i. diuine

visionis. Et dr castellū assassinoꝝ & deo rebellantiū. maxime propter septē pessimas cōditiones quas habet. de quibus dicā in xi. parte principali huius operis sermone. ij. par. i. In hoc ergo rebelle castellum. idest in mundū introiuit filius virginis. Jo. i. Intrauit ñ quidē vt ipsum eterno patri suo subiugaret. & iste introitus factus est i vtero virgina i. In q̄ castello ipsa bñdicta virgo eū recipiēs figurata est p Marthā. vt diffusius dicā loco supradicto. Nā illa mulier que in suo castello recepit dñs fuit Martha. vt hr̄ Luce. x. Que hebraice iter pretatur prouocās. qd optime cōgruit btē virgini. Nulle eñi preces patriarcharū. nulla qz oracula prophetarum. nulle insup voces seu desideria sanctoꝝ patrū prouocare vnq̄ deū valuerūt vt in castello huius mundi intraret p salute humana. Sed humilis virgo eū prouocauit & induxit. Et ideo angelus ei dixit. Inuenisti gratiam apud deū. Luc. i. Unde ipsa recte dicere potest illud qd scriptum est. i. Reg. i. Ego sum illa mulier que steti corā te orans dñm p puero isto. Orauit & dedit mihi dñs petitionē meā quā postulaui. Ipsa qz benedicta virgo continue prouocat deum ad misericordiā super peccatores. Unde de sermone eius cum filio suo potest dici illud Judith. viij. Iste ē sermo qui misericordiā prouocat. Prouocat & pctōres ad penitentias. iuxta illud Thren. ij. vt te ad penitentiam prouocarent. Item bonos prouocat ad bene operandum. Unde de ipsa potest dici illud Deutero. xxxij. Sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos. Scdo figuratur per Martham quia Martha syriace interpretatur dominans. Ipsa vero benedicta virgo facta ē domina vniuersi. Et maledictionē mulierum in benedictionē cōuertit. Unde dixit ei angelus Luc. i. Benedicta tu in mulieribus. Item earū subiectionē in dominiū cōmutauit. qr ipa facta est regina angeloꝝ & hominū. Un̄ in ea verificatū est illud. ij. Esdre iij. O portet nos scire qr mulieres viris dominanī. Tertio figurat p Marthā que latine interpretat martē tenēs q̄ dicebat deus belli. Ipsa eñi gloriosa virgo tenuit ligauit & conculcauit martē. i. diabolū inimicū humani generis. sicut predictus fuerat Gen. iij. Itē Judit. iiij. vbi dr In manu mulieris tradet Syzara. Ipsa igit virgo benedicta sola meruit recipere dei filiū in vtero suo: Quia de ipsa dici potest illud Judith. xi. Non est inuēta talis mulier super terrā. in aspectu. in pulchritudine & in sensu verboꝝ. Per ipsam igit saluator noster venit in castellū mundi. vt supbiā rebellantiū humiliaret. & duricie obstinatoꝝ mollificaret. & imūditiā ad mūditiā reduceret. & isti portas mie aperiret. ac a vitijs abstinere doceret. & ad primi dilectionē induceret. & ad diuinū timorē & amorem homines prouocaret. Cui benedicto saluatori nostro simul cum pijssima matre sua sit infinita gloria per eterna secula seculorum. Amen.

Maria per Martham significatur.

¶ Incipit decima pars huius sermonarij qd Mariale appellaf. in qua tractatur de passione beate virginis. i. gaudij. merotis & particulari ac pprio noie a digniori parte exultatio matris dei nuncupatur.

De passione pijssime virginis & de planctu eius. Sermo. i.

a

Dies tribulationis & āgustie dies hec. Esa. xxxvij. Omēs dies hebdomade sctā mr ecclsia sic dispēsat. q dñi cū diē sācissime trinitati. diem lune defunctis. diē martis martyribus & sanctis omnibus. lz aliqui dicāt q peccatoribus. diē vero mercurij angelis diē iouis spūisctō. diē veneris passiōi xpi. diē aūt sabbati beate virgini Marie dedicauit. Istū aūt diē ipi bñdicte mri dei multis ex causis appropriauit. Primo rōne requietiōis. Sicut eñi in die sabbati deus requieuit ab omni ope qd patrarat. Gen. ij. Ita xps intrās beatissime virginis vterū requieuit in ea. Nam spūssanctus in nullo sanctoꝝ inuenit plenā requiē nisi in xpo & btā virgine: qr in omnibus alijs sanctis saltē habuit repugnantiā peccati originalis vel venialis sed in xpo & matre eius nullā repugnātiā inuenit. & iō in eis pfecte quieuit. Et hoc figuratū fuit Gen. viij. vbi dr q columba de arca emissa nō inuenit vbi requiesceret pes eius. sed reuersa est in arcam. Et similiter spūssanctus nō inuenit in diluuio pctōꝝ requiē nisi in maria. Si ergo dies quo deus cessauit a creatione reꝝ tēporaliū sanctificatus est. qr summus opifex deus suā operationē cōpleuit in eo. Cū opus recreationis sit maius ope creatiōis. qr in recreatiōe

b

Sabbatū marie appropriatur.

c

quid vult hec veneratio queris? Respōdet virgo. vates memorata priores. Mi vir. mi domine. saluandas credito gentes. Et sua perfundet fidei lustratio corda. Primitie veniūt. inter miracula nullum Maius predictum est totoqꝫ implebitur orbe. Fiet ⁊ ecclesia de gentib⁹. ast synagogā Magna ꝑ parte cecabit deuius error. Diuitias reges ⁊ opes cumulare cupiscēt. Addēt ornatus tēplis cū dotib⁹ amplis. Plurima dona ferent. q̄ mystica plura docebūt. hec ille. Credendū quoqꝫ est. ꝙ mitissima ⁊ humanissima virgo maria cernens in his magis tantā fidem. tantāqꝫ deuotionē. multa eis verecūdo ⁊ benigno sermōe de filio suo locuta est. enarrādo quō illum angelo nūciāte cōcepit. ⁊ peperit angelis iubilātib⁹ ⁊ cātātibus. Gloria in altissimis deo ⁊c. ⁊ quomodo filij sui natiuitas ab āgelo fuerat pastoribus nūciata. Cōmendabat insuꝑ magoꝝ prudētiā. eorūqꝫ sollicitudinē atqꝫ benignitatē. qui ad ipsum videndū tam cito ꝑperauerāt. ⁊ de oblatis munerib⁹ grās referebat. Uidesqꝫ ipsa bñdicta ꝟgo. ꝙ dulcis eius filius ostēdebat signis. ꝙ libenter in brachijs magorum iuisset. quos tam libenter videbat. illis eum liberalissime protulit amplerādum ⁊ osculandum. O virginis cōsueta pietas. o filij dei profunda humilitas. o gratia supercessiua orientalium regū. quia virgine matre filium dei incarnatum inter sua pectora stringendum susceperūt. Notādum ꝟo ꝙ isti magi. vt habetur Matth. ij. admoniti in somnis ne redirent ad Herodē. per aliam viam reuersi sunt in regionē suam. Licꝫ em̄ Herodes dixisset eis. Ite ⁊ iterrogate diligēter de puero. ⁊ cum inueneritis renunciate mihi vt ⁊ ego veniens adorē eum. hoc maliciose dixerat. Unde Grego. in homel. Epyphanie ait. Adorare eum se velle simulat. vt videlꝫ hunc si inuenire possit extinguat. De hoc etiā loquēs Johes gerson vbi. s. ait. Stella fuit formata noui preuūcia regis. Cōspiciūt illam reges veniūt. ⁊ in vrbe Sancta dum sistūt. cōquerūt. est vbi natus Judeoꝝ rex. hec vrbē questiō turbat. Te perturbato nimiū crudelis herodes. Jugiter anxia sit dominādi. seua cupido. Turba sacerdotum scribarūqꝫ agmine multo. Cōmoniti veniunt. ⁊ dant responsa petenti. Nascetur. xp̄s in Jude bethleē vrbe. Secut diuina deprōpsit voce micheas. Auxilio nimis humano qui fidere querunt. Perdūnt diuinum. fit in vrbe recondita stella. De foris inspicitur reges precedit ad vsqꝫ Clara domusꝫ supra pueri cōsistere visa. Congaudēt valde crudelis clāꝫ prius ipsis Rex accersitis fallax cōdixerat. ite. Querite de puero vt veniēs deuotus adorē. Mentiris. fraus ficta tibi. nam perdere queris. Non colere infantem. sic se perquirere verum Fingit hypocrita. vult expugnare repertū. hec ille. Propter hoc igitur ipsi magi per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Et ideo Herodes iratus ꝙ esset ab eis illusus. fecit in odium eorum cōburi om̄es naues tharsis: quia ipsi reges erāt ō partibus illis. Et ita exponitur illud qđ predictum fuerat ꝑ Dauid ps. xlvij. Jn spiritu vehemēti contereres naues tharsis. Hec autem reuersio magorum nobis aliquid insinuauit faciendum. Unde Grego. vbi. s. ait. Magnum ꝟo nobis aliquid magi innuūt. cum in regionem suam per aliam viam reuertuntur. Jn eo namqꝫ quod admoniti faciunt ꝑfecto nobis insinuāt quid faciamus. Regio quippe nostra paradisus est. ad quam iesu cognito redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etem̄ nostra superbiendo. inobediendo. visibilia sequendo. cibum vetitum gustādo discessimus: sed ad eandem necesse est vt flendo. obediendo visibilia contemnēdo. atqꝫ appetitum carnis refrenādo redeamus. ergo per aliam viam ad regionesꝫ nostrasꝫ regredimur. quando qui a paradisi gaudijs per delectamenta discessimus ad hec per lamēta reuocamur. O igitur deuota anima. cōsidera quantum exultabat virgo beatissima. que videbat puerum suūꝫ a bonis regib⁹ sic venerari. ⁊ a malis tātū timeri. De quo iquit Aug. i sermōe epyphanie. Jn ꝑsepe iacebat ⁊ magos ab oriēte vocabat. Abscōdebatur in stabulo. ⁊ agnoscebatur in celo. vt agnitus in celo manifestaretur in stabulo. ⁊ appllaretur epyphanie dies iste. quod latine manifestatio dici pōt Simul eius celsitudinē. humilitatēqꝫ commendans. vt qui in aperto celo sydereis signis mōstrabat i angusto diuersorio q̄sit⁹ inueniret inualid⁹ in infātilib⁹ mēbris inuolut⁹ in pānis adoraret a magis. timeret a mal. Pie q̄ timeāt reges ad pris dexterā iā sedētē. quē rex impi⁹ timuit adhuc mrīs vbera lābentē. Et ibidē exclamat idem Augu. di. Quis est iste rex tā paru⁹ tā magnus

Quid magoꝝ reuersio signi ficet.

madefactā. ꝛ intelligens ꝙ ille sanguis de fluxerat de facie filij sui. ex repñsentatione ꝛ memoria future passionis: cepit altius ingemiscere ꝛ plāctus ac dolores pteritos renouare. O miserabile spectaculum. O res non sine lachrymis memorāda cū mestissima mater semimortua in terrā se psternit osculatur sanguinē preciosū dilecti filij sui ꝛ suis sanctissimis manib⁹ illū recolligens dicit. Terra tu nō es digna possidere tā nobilem thesaurū. Quis posset a fletibus cōtinere vidēs bñdictā virginē habentē manus sanguine filij sui rubricatas: ꝛ illū sanguinem cū terra illa madefacta reuerenter portantē ad domū Johānis? Quia xp̄o ex nimio planctu desicate erant lachryme ab oculis eius. ipsa cū suspirijs ꝛ singultibus forte dicebat: O fōti. o mare. o fiumi. o vui torenti sorgite prego laqua a ioci mei. Si che resolia in piāti i sentimenti. Cū qua bñdicta dña nostra ꝛ nos plāgamus ex recordatione passionis filij sui. vt ad eius gaudia postmodū perueniamus. ꝛ cū ea letemur in gloria paradisi. Amen.

De passione gaudij ipsius beatissime virginis. Sermo. ij. in hac parte.

In gaudio eius

nō miscebit extrane⁹. Prouer. xiiij. Quātū fuerit gaudiū in mēte xp̄ginis atq̄ leticia ꝛ ɔsolatio. ac iocunditas ꝛ exultatio. etiā in hac vita. null⁹ exprimere poss; sz nec cogitare. ipa aūt sola nouit que sola experta est. Et ad hoc applicari possent xp̄ba thematis nr̄i. Hic aūt nō loquimur de gaudio mūdano de q̄ dr̄ Eccl's. ij. Risum reputaui merorē. ꝛ gaudio dixi: q̄d frustra deciperis? Dicit eñi Ber. in quodā sermone de hoc vano gaudio tēporali. Extrema gaudij luct⁹ occupat. hic est trāsitorie leticie finis hic fructus glorie tpalis Et Job. xx. scriptū est. Gaudium hypocrite ad instar puncti. Iste autem hypocrita. vt exponi Grego. in mora. est mundus. q̄ hominē fallit pmittēdo ei dare verā leticiaz quā dare nō pōt. Tale gaudiū btā xp̄go habere noluit. que in vanitate mūdi nūq̄ delectata fuit. Habuit autez gaudia oīa que pōt cū merito habere aliqua pura creatura. Et sic de ipsa exponi poss illō. ij. Mach. iij. Gaudio ꝛ leticia repletū est tēplū. Ipsa enim. vt alibi declarauimus dr̄ tēplū dei.

Gaudium mūdi.

De illa etiā exponi posset illud qd̄ fuit predictum Esa. lj. scz Gaudiū ꝛ leticia inuenietur in ea gratiarū actio ꝛ vox laudis. Vnd̄ ipsa dicebat illud Esa. lxj. Gaudens gaudebo in dño. ꝛ exultabit aīa mea in deo meo. Et illud abachuc. iij. Ego autē in dño gaudebo. et exultabo in deo Jesu meo. Quis enim vnq̄ hoc melius dicere potuit ꝙ mater ei⁹. Cū etiaz dicat Prouerb. xx. Justus laudabit atq̄ gaudebit. Quinto magis gauisa fuit ꝛ deuz semper laudauit iustissima genitrix illius? Et si rectis corde est leticia. ps. xxvj. Quam leticiam sentiebat rectissimū cor innocētissime virginis? Et si oībus iustis ꝛ fidelib⁹ xp̄ianis dicitur Matth. v. Gaudete ꝛ exultate. qm̄ merces vestra copiosa est in celis. Et Luc. x. Gaudete quia noīa vestra scripta sunt in celis. quantū exultare debuit xp̄go glīosa. cuius merces sup oēs alias erat copiosissima. et cuius nomē post nomen filij dei erat in celis descriptū? Et si oībus se disponētib⁹ ad gratiā recipiendaz dr̄ Esaie. xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Quantā debuit haurire leticiā illa q̄ super oēs se disposuit ad gratiā recipiendā. Profecto ipsa fuit primiceria eoꝝ in quoꝝ persona dicebat Dauid ps. cxxv. Repletū est gaudio os nostrū. ꝛ lingua nostra exultatione. Unde dixit Luc. j. Exultauit spirit⁹ me⁹ in deo salutari meo. In eius eñ persona predictū fuerat per figuram illō. j. Reg. ij. Exultauit cor meum in dño. Et ideo dicere potuit in ipso ingressu in mundum illō Esa. lx. Exultabit aīa mea in deo meo. Ipsi quoq̄ cōuenire potest illō Johelis. ij. Exulta ꝛ letare terra. Nā beata virgo terra in sacra pagina appellatur. Et illud Zach. ix. Exulta satis filia syon. iubila filia Hierusalem. Quare aūt ipa sup alias letari deberet manifestū est. Nam ps. ciiij. dr̄. Letetur cor querētiū dñm. Et. ij. Paral. vj. Sancti tui letētur in bonis. dr̄ deo. Et ps. ciij. Letabit iust⁹ in operib⁹ suis. ꝛ Prouerb. xv. Letat bō in sciētia oris sui. Et eiusdē lib. c. xxiij. qui sapientem genuit letabit in eo. Absq̄ dubio ipsa que semp dñm quesiuit et toto corde ei adhesit. que etiam iusticia plena. sanctissima ac omnib⁹ bonis operibus ornata fuit. atq̄ sapiētissima existens dei sapiētiā genuit sup oēs creaturas poterat dicere deo illō ps. xxix. Circūdedisti me leticia. Et ps. iiij. Dedisti leticiā in cor

de meo. Un̄ ei cōtinue dicebat illud ps. ix. Letabor et exultabo in te. Adeo aūt superueniens in eam spūssctūs letificauit ipsam q̄ est dei ciuitas. iuxta illō ps. xlv. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. ꝙ ipsa3 leticiā omnib9 cōicabat. et omnes cum ea ꝯuersātes dulcedine et iocūditate replebat. Un̄ Sap. viij. dr. Non h3 amaritudinē ꝯuersatio eius. Nec tedium cōuictus illius. sed leticiā et gaudiū. Quia etia3 beata virgo erat semp leta et plena gaudio diuinoꝝ. ideo l3 naturaliter esset pulchra. tn̄ ex hoc apparebat pulchrior. Ait em̄ Statius lib. j. achillei. O quātu3 gaudia forme adijciūt. Et Pamphilus poeta sui libri. c. iij. ait. Est cu3 leticia pulchrior oīs hō. Seruauit namq3 mr dei illud ad Phil. iiij. Gaudete in dn̄o semper itez gaudete. Gaudiū aūt habuit multipliciter. s. gaudiū charitatis et pacis. De q̄ ad Gal. v. dr. Fructus autē spūs est charitas. gaudium. pax et c. Gaudiū enim et pax sunt effectus q̄ immediate nascunt a spūsancto. vt ait beatus Tho. ij. ij. q. xxviij. Habuit etiā gaudiū in spūsancto. in quo cōsistit regnū dei. vt dr ad Ro. xiiij. Habuit leticiā bone conscietie. De qua Prouer. xvij. dr. Animus gaudēs etatem floridam facit. et secura mens quasi iuge cōuiuium. Econtra vo est de mala cōscietia. iuxta illud Augu. in. j. cōfe. dicētis. Jussisti dn̄e et ita est. vt omnis animus inordinatus sit pena sibijpsi. Et Esa. lvij. dr. Cor impij quasi mare feruēs quod quiescere nō potest. Et in eodem. c. etiā scriptū est. Non est pax impijs. Ipsa ergo habuit in summo illud gaudiu3 de quo dr Eccli. xxx. Nō est oblectamentum supra cordis gaudiū. Nā iocūditas cordis est vita hominis. Sācta quoq3 et colūbina eius simplicitas mentē eius letā tenebat et felicissimā reddebat. Inquit em̄ Greg. xj. mora. Nihil est simplici corde felici9. quia quo innocētiā circa alios exhibet. nihil est qd pati ab alijs formidet. Habz em̄ q̄si arcem quandā fortitudinis simplicitatē suā. nec suspect9 est pati. qd se fecisse nō meminit. Un̄ et bn̄ p salo. Prouer. xiiij. dr. In timore dn̄i fiducia fortitudis. Qui et rursus ait. Secura mens q̄si iuge cōuiuiū. Quasi enim cōtinuatio refectionis est ipsa tranquillitas mētis. hec ille. Flos etiā virginitatis nō parū leticie mēti eius intulit. Ait enim Hiero. in ꝓlogo sup Johānē. Uirgines merito in deo delitias iueniūt. q: amore eius delitias carnis relinquūt. Sanctissima quoq3 eius humilitas. pia deuotio. obedientia prompta. laudabilis prudentia ceterarūq3 virtutū decor mirū in modū mentē ipsius letificauit. Ait em̄ Greg. Absit vt tāta sit delectatio in vitijs quanta est in virtutib9. Et magister sen. in. j. di. j. inqt Uirtutes ꝑpter se petēde et amāde sunt. q: suos delectāt possessores syncera et pura et sancta delectatiōe. et in eis pariūt. gaudiū spūale. Sup omnia aūt in hoc mūdo eā letificauit gratia diuina. et septe3 spūssancti charismata. Nā sup illud Prouer. xiij. Lux iustoꝝ letificat. ait. glo. Gra est cordis delectatio. Quāta ergo habuisse gaudia credenda est que spūssancti gra fuit repleta. et que in vtero suo angeloꝝ gaudiū cōcepit. Et iō Ber. super Missus est. inquit. Necesse erat non modico leticie et amoris preueniente inflāmari incendio. que filium paterne dilectionis cum gaudio sancti spūs mox erat conceptura. neq3 enim nisi in deuotissimo atq3 purissimo corde tanta se capere poterat dulcedinis et alacritatis affluentia. hec ille. Sed de his omnib9 gaudijs ꝑnunc pretermittamus loqui. Et iterum de gaudio eiusdem virginis qn̄ filium amissum quem per triduu3 cum maximo dolore quesierat in tēplo inuenit. Credendū est em̄ ꝙ summopere exultauit. vn̄ cum maximo gaudio dicebat vicinis suis illud Cant. iij. Inueni quem diligit anima mea. tenebo illu3 nec dimittā. Pertransibo etiā gaudium qd habuit ipsa benedictissima virgo ex eo ꝙ ipa sola est electa mater filij dei. Itē nō referā eius exultationem quā continue habebat ex ꝯsideratione. ꝙ p eius filiū tota humana natura liberata est ab eterna dānatiōe. Si em̄ gaudiū magnū est angelis sup vno peccatore penitētiā agente Lu. xv. et Mat. xviij. et c. q: tua. l. dist. et xxiij. q. iiij. §. ex his. Quāto magis ipsa exultare debebat de tota humana natura per sui ventris fructum reconciliata. Quantu3 etiā letari debebat cum videret se fuisse causam restaurationis angelice mediāte filio suo. De quo dr Col. j. Pacificās p sanguinē suū q̄ in celis sūt et q̄ in terris et c. Solu3 aūt in hoc sermone de gaudijs illis dissere(m)9 de q̄bus cōiter ab ecclīa laudat. q̄ i his cāticis describunt cū ei canit. Gaude vgo mr xpi que p aurem concepisti Gabriele nūctio. Gaude q: deo plena peperisti sine pena cum pudoris lilio.

Maria habuit gaudiū multiplicē.

Septē gaudia virginis.

Gaude quia magi dona tuo nato ferũt bona quē tenes in gremio. Gaude quia iuxta legē obtulisti mũdi regē in templi sacrario. Gaude quia tui nati quē dolebas mortem pati fulget resurrectio. Gaude xpo ascēdente qui in celis te vidēte motu fertur ꝓprio. Gaude ꝟgo q: misit paraclytũ quē promisit sanctoꝝ collegio. Gaude que post ipsum scādis. ꝛ est honor tibi grādis in celi palacio. Ubi fructus vētris tui per te nobis detur frui in perenni gaudio. Amen. Istorũ autē gaudioꝝ primum dr salutationis siue cōceptiōis. scdm parturitionis. tertiũ adorationis siue oblationis. quartũ pn̄tationis. quintũ resurrectionis ꝛ ascensionis. sextũ missionis siue receptionis. septimũ ꝟo appellatur assumptionis.

Pars prima huius sermonis de primo gaudio beate ꝟginis qḋ dr salutatōis siue conceptionis.

E

Si aliqs magn⁹ impator destinaret vnũ de suis pncipalib⁹ secretarijs ꝛ ambasiatorib⁹ ad aliquā paupculā iuuenē ad accipiēdũ eā in spōsam dilectā ipsi⁹ imparatoris. certe indicibiliter ex hoc illa gauderet. Quātũ ergo gaudiũ putādũ est habuisse sacratissimā ꝟginē. cũ ei celestis paranymphus Gabriel genuflex⁹ corā illa tanq̄ dn̄a sua reuerēter decantauit ex parte celestis iperatoris ꝛ dixit. Aue gratia plena dominus tecũ. Quis enarrare sufficiat quanta suauitas ꝛ exultatio nō solũ mentē. s3 etiā corp⁹ ipsi⁹ ꝟginis intrauerit cũ ipsa ꝟgo dicēs. Ecce ancilla dn̄i ꝛc. felicitatē eternā in vtero suo clausit ꝛ incarnari fecit. Sed de hac ꝯsolatiōe dixi in. v. pte principali hui⁹ opis. ſmone. ij. pte. iij. Nunqd enī nō summopere exultare debebat que non solum se gratia plenā. sed etiā in ea stabilitam ꝛ confirmatā cognoscebat. ꝛ secura de immarcessibili gloria sua facta erat. Atq3 se nō solũ matrē creatoris factā esse videbat atq3 spōsam eterni patris. sed ꝛ totius mūdi dominam ꝛ angeloꝝ reginam. Et ideo Augustinus in sermone natiuitatis ei⁹ inquit. Gratulare beata virgo christus rex ex solio suo venit in vtero tuo. Ex sinu patris in vterũ dignat⁹ est descēdere matris ꝛc. Ipsa q3 bn̄dicta virgo alios ad cōgaudendũ secũ inuitat dicēs. Congratulamini mihi omnes q diligitis dominũ. quia cum essem paruula placui altissimo. ꝛ de meis viscerib⁹ genui deum ꝛ hominem. Unde ꝛ s. ncta ecclesia admirans ait. Genuit puerpera regem cui nomen eternum. Et gaudium matris habens cum virginitatis honore. Nec primam similem visa est nec habere sequentē. Hoc autē gaudium recepit beata virgo existēs i oratione. vt ostendatur q deus mittit gratias suas orationi vacantibus. Unde magister Johānes gerson in sua iosephina ait Uirgo diuinius intrat Mentis in arcanum sustulit sese super se. Alta super rapitur. celos supeuolat omnes. Cuncta creata silēt fruitur caligine diua. Nullum interturbāt tandem fantasma quietē. Excedit mēs acta deo. loquiturq3 silenter. Alme pater totiēs hominum miserate labores. Nūc miserere precor. etenim tempus miserēdi Uenit. q dire frangat ianua mortis. Quo celos! reseres. vtinā disrupieris illos. O celi rorate pluāt o nubila iustum. Germinet et terra saluatorē benedictũ. Cōcurrunt pariter sacroꝝ carmina vatum. Qḋ dominus prope. q gens quē desiderat omnis. Aduenient. ꝓpera. iam non tardaueris oro. Iam sceptrũ iuda sublatum. iam danielis Uisio cōplenda. iam virgo puerpera fiet. Iamq3 virum mulier circūdabit hemanualē. Sic symeō sic anna senes dixere recenter. Dum me dei fici templi secreta tenerēt. Mysteriũ pgrāde nimis quis nouerit illud. Quis capiet. sed certa fides prestanda ꝓphetis. Tēporis articulo tali de lapsus ab alto. Pteradias gabriel totus festiu⁹ eo q Mittit ad talem. talē deferre salutem. Gratia qua celis. qua par sit reddita terris. Infima que iūgat summis. de⁹ ac hō fiat. Uirginis ingredit thalamũ cũ luce coruscа. Cum pulchro nimium vultu. cultuq3 decoro ꝛc. vide ibi. quia nimis esset longum omnia metra recitare. Inferius autē dicit. Dum ꝓtulit ore. Ecce ancilla dei. fiat missum mihi verbum. Formatur subito nouus atq3 nouissimus adā. Immersusq3 de⁹ minimos finoat in artus. Cōiugiũ mirare nouũ deitas. vbi nubit. Et infra. Audijt vt gabriel missa fidelia. nouit Uirginei vētris thalamo virtute repēti. Qḋ verbum caro factum est. illud pronus adorat. Atq3 peracta videns mandata recessit ab illa Glorificās dominũ. celestis cōcomitatur Multa cohors iubilans hymnisq3 canora melodis. Gloria sit celis dn̄e sit pax bona terris. Mater ꝛ ipsa noua grato noua gaudia corde Leta canit ꝛc.

Gaudium hūit maria in salutatione angeli.

Metra iosephina gersonis d gaudio marie.

Gaudiuz hŭit i visitatiõe elizabeth

Hic ptranseo aliud gaudiũ qd ipa vgo habuit dñ creatorẽ celi ꝛ terre ac dñm āgelorũ ꝛ iudicẽ seculorũ in vtero suo hñs gaudioqꝫ ꝛ suauitate repleta in montana perrexit ad visitādũ elizabeth tota spũsancto plena erat. ad salutationẽ suam repleta de spũsancto est ipsa elizabeth. ꝛ exclamauit dicẽs. Bñdicta tu iter mulieres. ꝛ bñdict9 fruct9 vẽtris tui. Et vñ hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me. Ecce eñ vt facta est vox salutatiõis tue in aurib9 meis. exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et btã q credidisti qm pficientur in te q dicta sunt tibi a dño. Tunc maria tantã leticiã ampli9 occultare nõ pualẽs cũ iubilo ꝛ exultatione mẽtis cecinit dicẽs. Magnificat aĩa mea dñz ꝛc. Cõcludẽdo ergo primã ptẽ hui9 sermonis dico ꝙ hoc primũ gaudiũ btissime vginis causabatur ex qttuor. Primo ex eo ꝙ effecta erat mr illi9 cui9 deus solus erat pr. De q Aug. in sermone assumptionis inqt in psona dei angelo gabrieli. Uade ꝛ antiquũ cõsiliũ virgini defer marie. Huic ego vnicũ filiũ meũ. quo charior alter nemo fuit. et vt plenius dicã. alterũ me donare volo vt illa sit ei9 mater cui9 ego sum pr. De q etiam loquẽs Ber. inqt. Uirgo maria te matrem pstitit grã nõ natura. Genitricẽ te dici voluit pietas quã nõ sinebat itegritas. Scdo causabatur gaudium hoc ex eo ꝙ cõcipiebat operatione spũsancti ꝛ nõ ex semine viri. Unde Aug. vbi. s. etiã in psona dei patris inquit. Exiet de sancta sanctũ perillibatuz vterũ. eritqꝫ sine merito mr. cui9 sum ego sine cõiuge pater. Beda vo sup. Lucaz ait. Spũsctus in vgine supuenit q ꝛ mentem ipsius sctificauit. ꝛ in ei9 vtero redẽptoris corpus operatione sua sine virili semine de ipsius vginis carne creauit. Ideo Hiero. i sermone assumptiõis inqt. Cũ ad mariam accessit spũsctus sicut lana cũ inficitur sanguine ꝯchilij vel muricis vertitur i purpurã sic illa ꝯuersa est sine coitu in mrem vt iam nõ sit qd fuerat. sed purpura verissima ad indumẽtũ summi regis diuinit9 aptissime dedicata. Tertio causabatur hoc ei9 gaudiuz ex eo ꝙ fuit visitata ꝛ salutata a tam nobili nuncio celesti. Unde Aug. vbi. s. ait. Secreta coniugia celebrata sunt in virginali thalamo qbus gabriel angelus paranymphus interfuit. Uade inqt deus Gabriel ꝛ ethereas sedes rumpe. ꝛ beneplacitũ nostrum virgini annuncia marie. Hec incolit parua nazareth menia. sed ibi patent celestia palacia. Quarto causabatur gaudiuz ei9 ex eo ꝙ p eaz debebat fieri gñis hũani sal9. Unde Aug. in qdã sermone inqt. Maria ipleta est gratia. ꝛ eua euacuata est a culpa. maledictio eue in bñdictionez mutatur marie. Eua peccãdo obfuit: Maria viuificãdo pfuit. percussit illa. sanauit ista.

Hoc gaudiũ causabatur ex qttuor.

Pars secunda huius sermonis que dicitur parturitionis.

Scdm gaudiũ ipsi9 vgis fuit in pturitione. de q dixim9 in vij. pte pncipali hui9 opis sermone. j. pte vl. Fuit aũt causatũ ex qttuor. Prio ex tã nobili pgenie. Uñ inqt angel9 Lu. j. Hic erit magn9. ꝛ fili9 altissimi vocabitur. Sup quẽ loco dicit Ber. Altissim9 nãqꝫ pr cũ ꝯuis oĩpotẽs sit. nõ tñ inequalẽ sibi filiũ gignere potuit. Fecit igitur angelũ magnũ. sꝫ nõ altissimũ. Solũ aũt vnigenitũ qz nõ fecit sed genuit. ipm sibi p oĩa comparẽ. nec iniuriam estimat nec iacturã. Scdo causatũ est gaudiũ hoc ex ꝯseruato pudore. Uñ Aug. i sermone de nati. dñi ait. Uir nõ trãsibit p portam sicut dñs ad ezechielem dixit nisi dñs de9 israel. vbi euidẽter ostẽdit. ꝙ sctã maria semp fuit vgo. s. ante partũ. i partu. et post partũ. Cõcipit ꝛ vgo est. gñat ꝛ virgo est. lactat ꝛ virgo est. Utiqꝫ corrũpi nõ potuit q integritatẽ gñauit. Tertio ei9 gaudiũ causabatur ex angelica iubilatõe. Audiebat eñ angelos iubilãtes. Uñ canit ecclia. Dũ paris ꝛ gaudes ꝛc. Et Hugo de sctõ vict. inqt. Ad ei9 partũ multitudo cecinit angelorũ. Absit igitur vt inter angelorũ discursus immũda sederit. vij. diebus. Et Ber. ait. Fulget in tenebris lux noua de celo. gaudium magnuz euãgelizat angelus de excelso. laudat multitudo militie celestis. datur gloria deo et pax hoibus bone voluntatis. Quarto causabatur hoc gaudiũ ex eo ꝙ pariebat sine dolore. Uñ Ber. inqt. O beata summe iter mulieres benedicta. sola a maledictione generali libera. ꝛ a dolore parturientiũ aliena. nec mirũ. si dolorẽ nõ intulit matri qui tulit dolores toti9 mundi. O vere nouitas inaudita. vgo peperit. ꝛ post partum inuiolata pmansit. fecunditatẽ plis cum carnis integritate. ꝛ gaudiũ matris habẽs cũ vginitatis honore. Et Hugo de sancto victore ait. Beata virgo maria non solum sine libidine ꝯcepit. sed neqꝫ de semine virili partum a c

Gaudium qd babuit i pturitiõe causabatur ex qttuor.

cepit. et ob hoc sine dolore filium edidit. Et Aug. in sermone natiuitatis eiusdem dicit. Precisum est in ea illud Eue infelicitatis eulogium. s. in tristitia paries filios. quia ista in leticia dominum parturiuit. que illa peccatorem. ista edidit innocentem. Ipsa igitur virgo benedicta in pariendo dulcissimum filium suum tantam sensit suauitatem. tantoque gaudio ac exultatione fuit repleta vt nostris nequeat sermonibus referari. Omnes enim sui sensus corporales et spirituales inenarrabilem consolationem perceperunt. O ineffabile gaudium marie. cum vidit se peperisse regem angelorum. saluatorem mundi. creatorem omnium. et deum deorum. ac dominum dominantium. radios sue diuinitatis a toto corpore emittentem. Cum oculis corporeis cernebat messiam a sanctis patribus tam antie desideratum. Cumque illum in brachijs suis suscipiens. dulciter ad pectus stringebat. et suauiter illi lac suum virgineum propinabat. Et ideo in corona nostra illi dixi. De fame gustare vn pocho o maria. De quel piacere e smisurato ardore. Che de dolceza ti passaua el core. Quando el to fiol in brazo haueui. Elui del tuo lacte se nutriua E poi con soi brazeti ti stringiua Si che di gaudio tuta te rapiua. Quis cogitare sufficiat quantum gauisa fuerit quando vidit pastores filium suum reuerenter adorantes. qui dixerunt ei. Gaude gaude maria. per che ogni ride e canta la celeste compagnia. e iubila tuta quanta. O inestimabilis iocunditas. O incomparabile gaudium. O ingentissima virginis iubilatio. Si enim natiuitas filij sui gaudium attulit vniuerso mundo iuxta illud Luc. ij. Annuncio vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quantum iocunda fuisse putanda est eius dilectissime genitrici. Nam de beato Jacopono de tuderto ordinis nostri legitur. quod in solennitate natiuitatis domini nostri iesu christi. cum in choro audisset intonari. Gloria in excelsis deo etc. ex memoria mellifflue natiuitatis christi ex virgine et pre dulcedine scissum est cor. et plenus iubilo et suauitate migrauit ad dominum. Sanctus autem Franciscus cum in nocte natiuitatis domini in loco grecij post euangelium predicaret populo de parturitione virginis. visus est a multis habere in brachijs suis dominum iesum in forma pueruli. ex cuius amplexibus mirum in modum consolabatur.

Pars tertia huius sermonis que dicitur adorationis siue oblationis.

Tertium gaudium virginis gloriose fuit in magorum adoratione. Unde sciendum pro maiori istius gaudij declaratione quod dicitur Esa. xlv. domino nostro iesu christo. Uere tu es deus absconditus. sanctus israel saluator. Deus enim pater dedit eum manifestum fieri non omni populo. sed testibus preordinatis a deo. vt ait Petrus Act. x. Pertinet enim ad diuine sapientie ordinem vt eius dona et secreta non equaliter ad omnes. sed immediate ad quosdam perueniant. et per eos ad alios deriuentur. Unde hoc etiam debuit circa domini iesu natiuitatem obseruari vt non omnibus manifestaretur. sed quibusdam. per quos posset ad alios peruenire. Quapropter sanctus Tho. in. iij. parte summe. q. xxxvi. ar. j. dicit. Natiuitas christi non debuit omnibus communiter esse manifesta. Primo quidem. quia per hoc impedita fuisset humana redemptio que per crucem peracta est. quia vt dicitur. j. ad Cor. ij. Si cognouissent nunquam dominum glorie crucifixissent. Secundo quia hoc diminuisset meritum fidei per quam ipse venerat homines iustificare: secundum illud ad Rom. iij. Justicia dei per fidem iesu christi. Si enim manifestis indicijs christo nascente eius natiuitas omnibus appareret. iam tolleretur ratio fidei que est argumentum non apparentium ad Heb. xj. Tertio quia per hoc venisset in dubium veritas humanitatis ipsius. Unde Aug. dicit in epistola ad Volusianum. Si nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret etates. nullos cibos. nullos caperet somnos. nonne opinionem confirmaret erroris. nec hominem verum vllo modo suscepisse crederetur. et dum omnia mirabiliter faceret: auferret quod misericorditer fecit. Unde de gratia dei saluatoris erudiendi erant omnes homines ad salutem. non in principio natiuitatis eius. sed postea tempore procedente postquam operatus est salutem in medio terre. Unde post passionem et resurrectionem suam dixit discipulis Mat. vlt. ca. Euntes docete omnes gentes. hec ille. Notandum secundo est quod natiuitas christi quattuor generibus hominum fuit manifestata. Primo ipsi benedicte virgini et ioseph sposo eius qui instruendi erant de natiuitate dei antequam nasceretur. quia ad eos pertinebat reuerentiam habere prolis concepte in vtero. et obsequi nascituro. Sed quia eorum testimonium propter hoc quod domesticum fuisset habitum suspectum circa magnificationem christi. Nam testimonium domestici reprobatur et non valet. l. iure ciuili. C. de testibus. quia familiaritatis

Quod natiuitas christi non debuit omnibus esse manifesta.

Natiuitas christi fuit quattuor generibus hominum manifestata.

ppinquitatis.et cōsanguinitatis affectio veritatē impedire solet.c. accusatores.iii. q.v.Ideo oportuit vt alijs manifestaretur extraneis.quorū testimoniū suspectū esse non posset.ppterea ioseph certificatus est ab angelo Mathei.j. dū ei dixit. Joseph filij dauid noli timere accipe mariā coniugem tuam. Qđ em̄ in ea natum est de spū sctō est. Scđo manifestata fuit pastoribꝰ ab angelo.Luc.ij. Tertio istis magis qui puenerūt ad xpm.xiij.die natiuitatis eius quo die festū Epyphanie.i. manifestatiōis siue apparitionis celebrat. quia noua stella ipsis tribus magis apparuit.vt infra videbitur. Si em̄ reuoluto anno aut etiam duobus annis post xpi natiuitatem peruenissent ad christū.non inuenissent eum in bethleem.cum scriptū sit Luce.ij.ꝙ postꝙ perfecerūt omnia s̄m legem dñi scī puerū iesum offerētes in templū :reuersi sunt in galileā in suam ciuitatem nazareth. Quarto autem manifestata est iustis in templo. scī Symeoni ⁊ anne pphetis.qui de ipso pphetauerūt.vt habet Luce.ij. ⁊ isti oēs poterāt dicere cum magis. Vidimus stellam eius.Mat.ij.ca. De his vo magis

Tres reges dicti sunt magi.

tria ad presens videbimus. primū dicetur nominationis.scđm apparitionis.tertium vo oblationis.Quoad primum dico ꝙ isti reges appellati sunt magi.i. malefici. Vñ Exodi.viij. malefici pharaonis dicuntur magi.⁊ similiter omnes incantatores ⁊ diuini dicunt magi.xxvj.q.v. c. nec mirum. et.l.nemo.C.de male.Dicit autem Chrysosto.super Matheum istos fuisse maleficos sed postea conuersos quibus voluit dominꝰ suam natiuitatem reuelare ⁊ eos ad se adducere.vt p hoc pctōribus spem venie preberet. ⁊ sic post conuersionem retinuerunt denominationem.sicut etiā Symon leprosus post curationem.⁊ qui semel fuit fugitiuus semp dicit fugitiuus.l.quid sit fugitiuus.ff.de edili.edic.Vel dicuntur magi. idest illusores.quia illuserūt herodem per aliam viam reuertentes ad regionē suam. Matthei.ij.Vel s̄m Rabanum sup Mattheū.Magi sunt q de singulis rebus philosophantur. Magus enim hebraice dicitur scriba.grece philosophus, latine vo sapiens.Unde dicuntur magi.i.sapientia magni.vt etiā dicit Archid.in.c. legimus §.sed econtra.xxxvij.distinctione.et in.cap. nec mirum.xxvj.questione.v. in verbo magi.De his magis sic dicit Remigiꝰ.Sciendum est ꝙ varia est de magis opinio. Quidā em̄ dicunt eos fuisse chaldeos.Chaldei em̄ stellā p deo colebāt.⁊ ideo dixerunt ꝙ nūcupantiꝰ eorū deꝰ ostendit verū deū natum.Alij vo dicūt ꝙ fuerūt pse. Nonnulli etiā dicūt eos de vltimis terre finibꝰ fuisse. Alij aūt asserūt eos fuisse nepotes.i.descendētes balaam:⁊ magis est credendum Balaam em̄ inter cetera q pphetauit. dixit Nūeri.xxiiij.Orietur stella ex iacob.⁊ consurget homo de isrl.eius igitur descendentes habētes hanc pphetiā mox vt viderūt stellam nouā intellexerūt regē natum ⁊ venerūt.hec Remigiꝰ.Dicit etiā Chrysosto. super Mattheū.ꝙ descēdentes de genere Balaam elegerūt de seipsis duodecim. et si quis eorū moriebat.filiꝰ eius.aūt aliquis ex ppinquioribus in eius locū substituebat qui singulis annis certo tēpore sup montē victorialē ascēdebant.⁊ ibi tribus diebus orabāt deū vt eis stellā illā de qua balaam pdixerat ostenderet. Quadā vo vice dum sic ibidē manerēt tres reges.stella quedā ad eos sup montes venit.que habebat formam pulcherrimi pueri.sup cuius caput crux splēdebat.que magos allocuta est dicens. Ite velociter in terrā iuda.⁊ regem quē queritis inuenietis. De hac autem

Opiniones d stella magorum.

stella diuerse fuerūt opiniões. Quidā em̄ dixerūt vt ait Remigiꝰ.ꝙ spūssanctus qui postea datus est aplis in forma ignis rite his magis apparuit in specie stelle.Chrysosto.vo sup Matth.videtur tenere ꝙ fuerit angelꝰ qui in tali specie apparuit. Doctores autem cōiter tenent ꝙ fuerit stella realiter de nouo creata.vt ponit Nicola.d lyra super Mat.Unde glo.sup illo verbo vidimus stellā eius.ait scī ppuā.qa hanc creauit ad ostēsionem sui. Quoad scđm

Quare xps natus se p stellam demonstrauit.

aūt videndū de magis.s.Quare per stellā facta fuerit magis demonstratio xpi nati. Respondet beatus Thomas in.iij. parte summe.q.xxxvj.arti.v.di. Sicut manifestatio syllogistica fit per ea que sunt magis nota ei cui est aliqd manifestandū.ita manifestatio q fit p signa debz fieri per ea q sunt familiaria illis quibꝰ fit. Manifestū est autē ꝙ viris iustis est familiare ⁊ consuetū iteriori spūssancti edoceri instinctu absqz signorū sensibiliū dem̄strationē.scz per spm̄ pphetie. Alij vo corporalibus rebus dediti per sensibilia ad intelligibilia

deducunt. Iudei tamen consueti erant diuina responsa per angelos accipere. per quos etiam legem acceperant secundum illud Act. vij. Accepistis legem in dispositione angelorum. Gentiles vero et maxime astrologi consueti sunt stellarum cursus respicere et ideo iustis. i. Simeoni et anne manifestata est christi natiuitas per interiorem instinctum spiritussancti iuxta illud Lu. ij. Responsum accepit symeon a spiritusancto etc. Pastoribus autem magis tanquam rebus corporalibus deditis manifestata est christi natiuitas per apparitiones visibiles. et quia hec natiuitas non erat pure terrena: sed quodammodo celestis. ideo per signa celestia vtrisque manifestatur. Ut enim Aug. dicit in sermone de epiphania. Celos angeli habitant. et sydera ornant. Utrique ergo celi enarrant gloriam dei Rationabiliter autem pastoribus tanquam iudeis apud quos frequenter facte sunt apparitiones angelorum reuelata est natiuitas christi per angelos magis autem assuetis in consideratione celestium corporum manifestata est per signum stelle. quia vt dicit Chrysostomus. per consueta eos dominus vocare voluit eos condescendens. Grego. autem dicit in homel. super Matth. Iudeis tanquam ratione vtentibus rationale animal. i. angelus predicare debuit. gentiles vero qui vti ratione nesciebant ad cognoscendum deum non per vocem sed per signa perducuntur. Et sicut dominum iam loquentem annunciauerunt gentibus predicatores loquentes: ita eum nondum loquentem elementa muta predicarent. Aug. autem dicit in ser. epiphanie. Abrae innumerabilis erat promissa successio. non carnis semine: sed fidei fecunditate generanda. et ideo stellarum multitudini est comparata. scilicet Gen. xv. vt celestis progenies speraretur. et ideo gentiles in syderibus designati ortu noui syderis excitantur vt perueniant ad christum per quem efficiuntur semen Abrae. Hec autem stella non fuit vna de stellis celestibus ab initio creatis. vnde Aug. in li. contra faustum dicit. Non erat illis erat stella que ab initio itinerum suorum ordinem sub creationis lege custodiunt. sed nouo virginis partu nouum sydus apparuit. Beatus vero Tho. in. iij. parte summe. q. xxxvj. ar. vij. inquit. Sicut Chrysostomus. dicit super Mat. quod illa stella que magis apparuit non fuerit vna celestium stellarum multipliciter manifestum est. Primo quidem quia nulla stellarum hac via incedit. hec enim stella ferebatur a septentrione in meridiem Ita enim iacet iudea ad persidem vnde magi venerunt. Secundo apparet hoc ex tempore. Non solum enim apparebat in nocte: sed etiam in meridie et suum fulgorem ostendebat quod non est

Qualis fuerit stella magis visa.

virtutis stelle. sed nec lune. Tertio quia quandoque apparebat. et quandoque occultabatur. cum enim magi intrauerunt hierusalem occultauit seipsam. Deinde vbi herodem reliquerunt ostendit seipsam. Quarto quia non habebat continuum motum sicut alie stelle. sed cum oportebat ire magos ibat. quando autem eos oportebat stare stabat sicut et de columna nubis que erat in deserto dicitur Exo. xiij. Quinto quia non sursum manens partum virginis demonstrabat: sed deorsum descendens hoc faciebat. Unde Mat. ij. dicitur. quod stella quam viderant magi in oriente antecedebat eos vsque dum veniens staret supra vbi puer erat. Ex quo patet quod verbum magorum dicentium. Uidimus stellam eius in oriente. non est sic intelligendum quasi ipsis in oriente positis stella apparuerit eis in terra iuda. sed quia viderunt eam in oriente existentem. et precessit eos vsque in iudeam. Non potuisset autem distincte domum demonstrare. nisi fuisset terre vicina. erat ergo non in firmamento celi collocata. sed in aere vicino terre. vt ait Fulgentius. et secundum voluntatem dei mouebatur. vnde Leo papa dicit in sermone epiphanie. Tribus magis in regione orientis stella noue claritatis apparuit. que illustrior ceteris. pulchriorque syderibus in se intuentium oculos animosque converteret. vt confestim aduerteretur non esse ociosum quod tam insolitum videbatur. hec ille. Ex quibus omnibus patet quomodo hec stella ab alijs differebat Origine. quia non fuit creata cum alijs a principio mundi. sed solum in natiuitate christi. Item officio. quia alie stelle facte sunt vt sint in signa et tempora. Gen. i. hec autem vt duceret magos. Item duratione. quia alie stelle sunt perpetue. hec autem, vt ait. Nicolaus de lyra finito suo ministerio rediit in preiacentem materiam. Item in situ et locatione. vt s. dictum est. Item in radiatione quia ceteris stellis erat lucidior. ita quod splendor solis eam obscurare non poterat. et etiam in meridie splendidissima apparebat. Item in motu. quia non mouebatur motu circulari. sed progressio. Item in sui demonstratione. et celatione ad tempus. Dicit quoque beatus Thomas vbi. s. ar. v. Stella que christi natiuitatem manifestauit omnem occasionem erroris subtraxit. Ut enim Aug. dicit contra Faustum. Nulli astrologi ita constituerunt nascentium hominum fata sub stellis. vt aliquam stellarum homine aliquo nato circuitus sui ordinem reliquisse. et ad eum qui natus est perrexisse asseuerent, sicut accidit circa stellam;

Differentia illius stelle ab alijs

que demõstrauit natiuitatez xp̄i. Et iõ p hoc
nõ cõfirmat error eoꝝ qui forte nascentiũ
hoĩm astroꝝ ordini colligari arbitrantur.
Nõ aũt credũt astroꝝ ordinẽ ad hoĩs nati
uitatẽ posse mutari. Silr etiã vt dicit Chry
so. nõ est hoc astronomie op⁹ a stellis scire
eos q̃ nascunt. sz ab hora natiuitatis futu
ra p̄dicere. Magi aũt tp̄s natiuitatis non
cognouerũt. vt hinc sumẽtes. initiũ a stella
rũ motu futura cognoscerẽt. sed poti⁹ econ
uerso. Et sicut Aug. dicit ĩ ser. Epĩe. Ma
gi ab angelis aliqua monitione reuelatio
nis audierũt. ꝙ stella xp̄m natũ significa
ret. ꝛ ꝓbabile videtur ꝙ a bonis qn in xp̄o
adorando salus eoꝝ iam querebat. hec ille
Et idem Augu. in li. questionum noui ꝛ ve
teris testamẽti ait. Regem intellexerũt na
tum cũ stella indice tp̄alis rex soleat desi
gnari. Ut eñ magi nõ maliuolẽtia astroꝝ
cursum. sed rerũ curiositate speculabant
Leo aũt papa in ser. epĩe dicit. Preter il
lã stelle spẽm q̃ corporeũ incitauit obtutuz
fulgẽtior ꝟitatis radi⁹ eoꝝ corda ꝑdocuit.
Btũs ꝟo Tho. vbi. s. ar. viij. inquit. Magi
sunt p̃mitie gentiũ in xp̄o credẽtiũ. in qb⁹
apparuit sicut in quodã p̄sagio fides ꝛ de
uotio gentiũ venientiũ a remotis ad xp̄m
Et ideo sicut deuotio ꝛ fides gẽtiũ ĩ absq
errore p inspirationẽ spũssancti. ita etiam
credendũ est magos a spũsancto ĩspiratos
sapiẽter xp̄o reuerẽtiã exhibuisse. hec ille.
De oblatione magoꝝ Quoad tertiũ ꝟo. s. de oblatiõe magoꝝ
p̄dictoꝝ inq̃t Chryso. super Mat. Si magi
regẽ terrenũ querentes venissent. fuissent
cõfusi. quia tãti itineris laborez, sine causa
suscepissent. vñ nec adorassent. nec mune
ra obtulissent. Nũc aũt q: celestẽ regẽ q̃re
bant. etsi nihil regalis excellẽtie in eo vide
rũt. tñ soli⁹ stelle testimonio contẽti adora
uerũt. Uiderunt eñ hoĩem ꝛ adorauerunt
deũ ꝛ obtulerũt munera dignitati xp̄i con
gruentia. Aurũ quidez quasi regi magno.
Thus qd̃ in dei sacrificio ponit' immolant
vt deo. Myrrha qua mortuoꝝ corpora con
diunt p̄bet tanq̃ p salute oĩm morituro.
Greg. qz in homel. epĩe idem confirmans
ait. Magi ꝟo aurũ thus ꝛ myrrhaz deferũt
Aurũ quippe regi congruit. thus ꝟo in dei
sacrificio ponebat. myrrha aũt mortuorũ
corpa cõdiunt Cũ ergo magi quẽ adorant
etiam mysticis muneribꝰ p̄dicant. Auro re
gẽ thure deũ. myrrha mortalẽ. Alij autem
quidã doctores dicũt ꝙ obtulerunt aurum
in paupertatis subsidiuz. thus in stabularis
fetoris remediũ. myrrhã ꝟo in teneritudi
nis puerilis obsequiũ ad vnguenda mẽbra
illius debilia ꝛ tenera ac delicatissima qui
nr̃as penalitates ꝛ infirmitates assumpsit.
Nos aũt btõs magos admirabiles nobis
reddit labor itinerationis: q: lõgitudo via Magi cõmendant.
rum nõ retraxit eos qn pgerẽt ad dñm no
struz iesum xp̄m. Non etiã difficultas tem
poꝝ. q: in hyeme. Non multitudo expensa
ruz quas oportebat facere. Nõ teneritudo
cõplexionũ: q: erãt delicate p̄sone. Nõ peri
culũ p̄sonarũ. q: eis poterãt fieri multe in
sidie. Non timor vsurpationum. s. ne sua re
gna ab alijs interim vsurparent. Uenera
biles etiã eos reddit audacia confessionis
q: coram herode qui regnuz iudaicum sibi
vsurpauerat ꝯfessi sunt xp̄m natũ eẽ regez
iudeoꝝ. Sed hic queri põt. quõ in. xiij.
diebus potuerunt magi venire de vltimis
terre finibus. vl' saltẽ de terra lõginq̃ vsq
in hierl'm q̃ est in medio terre habitabilis
cũ a patria eoꝝ vsq in hierl'm eẽt via vnꝰ
anni ẜm Chryso. Et respondet remigius ꝙ
puer ad quẽ ꝓperabãt. eos in tã breui spa
cio ꝑducere potuit. Uel dicẽdũ ẜm Hiero.
ꝙ super dromedarios venerũt. qui sunt ve
locissimi. ꝛ tantũ currũt vna die quantum
equi in multis. Et tũc ĩpletũ est illud Esa.
lx. Inũdatio cameloꝝ opiet te. dromedarij
madian ꝛ epha. Si etiaz querat. q̃re poti⁹
in hierl'm perrexerũt q̃ ad aliã ciuitatem Quare magi venerũt ĩ hierl'm
ad querendum xp̄m. R̃ndet Remigius ꝙ
hierl'm magna erat ciuitas ꝛ regalis. ꝛ iõ
credebat ꝙ talis puer non nisi in regia ci
uitate nasci deberet. Uel ibi prexerũt vt lo
cũ natiuitatis xp̄i certi⁹ discere possent q:
ibi sapientes scribe ꝛ legis doctores reside
bant. vt impleret qd̃ dictũ est p ꝓphetam
Esa. ij. De syon exibit lex. ꝛ verbum dñi de
hierl'm. Item vt studio magoꝝ damnaret
pigritia iudeoꝝ vt scz essent inexcusabiles
quia potuissent dicere. Nos quidẽ locũ na
tiuitatis scimus. sed tp̄s ignoramus. Et iõ
magi oñderũt eis tp̄s: ꝛ didicerũt ab ip̄is
locũ. O quãta igit fuit desidia iudeoꝝ qui
cum p scripturas inuenirẽt xp̄i aduentum
esse ꝓpinquũ viderẽtq reges a finibꝰ terre
venisse ad eũ querendũ ꝛ adorandũ. iuxta
ꝓphetiã dauid p̄s. lxxj. Reges tharsis ꝛ in
sule munera offerẽt. reges arabum ꝛ saba
dona aducẽt. Et adorabunt eũ oẽs reges
ꝛc. nõ curauerũt ad locum natiuitatis xp̄i

eis vicinū ꝛ ab ipsis demonstratum magis vna cū illis ꝑpare. Sꝫ hoc deo ꝑmittente factū est ꝑpter eoꝝ maliciā. Ut em̄ dꝛ i cōl ꝓuerbio. A chi dio vol male li tole el seno. Ut etiā dicit Grego. vbi. s. Jō stella dispa ruit ꝓpe hierl'm vt magi necesse haberent ꝯcontari principes iudeoꝝ de ortu messie ꝛ sic duplici testimonio firmarenꝭ in fide. scꝫ stelle ꝛ sacre scripture. Ipsi em̄ scribe et pharisei allegauerūt ꝓphetiā Michee .v. vbi dꝛ. ꝙ messias nasci debebat i bethleē.

Quare magi tā lōgā viāꝫ assumpserunt.

Sed hic inq̄rēdū est. q̄ causa magos im pulerit ad sumēdā tā lōgā ꝛ difficilē viam. Et r̄ndet Aug. in sermone p̄dicto sic dicēs. Cū al's multi nati essent reges iudeoꝝ nunq̄ quēq̄ illoꝝ ad adorandū q̄sierunt. qꝛ nec quēq̄ illoꝝ de celo loquētē dedice runt. Non itaq̄ regi iudeoꝝ. q̄les illic esse solebāt. hunc tā magnū honorē longinqui alienigene ab eodē regno extranei a se de beri arbitrabāꝭ. sed talē esse natū didicerāt i q̄ adorādo se salutē q̄ s'm deū est ꝯsecutu ros minime dubitarēt. Neq̄ ei etas cui saltē adulatio humana seruiret. nō in membris purpura. nō in capite diadema fulgēs. nō pompa famulantiū. nō terror exercit⁹. non glīosa fama ꝑelioꝝ. hos ad eū viros ex re motis terris cū tāto voto supplicatiōis at traxit. Jacebat in ꝑsepio puer ort⁹ recēter exiguus corꝑe. contemptibilis paupꝑtate. Sed magnū aliquid latebat in paulo qđ illi hoīes primitie gētiū. nō terrena ꝑtāte: sed celo narrāte didicerūt. hec ille. Cogno uerāt em̄ ꝑ apparitionē illius stelle. ꝙ na tus erat ille q̄ ait Apoc. vlt. Ego sū genus ꝛ radix dauid. stella splēdida ꝛ matutina. Quare autem ab oriēte venerint. assignat Chryso. sup Mat. rōnē dicēs. Ab oriēte ve nerūt magi. quia vnđ dies nascit. inde ini tiū fidei ꝓcessit. qꝛ fides lumē est aīarū. vl' qꝛ oēs qui ad xp̄m veniūt. ab ip̄o ꝛ per ip̄ꝫ veniūt.

Quare herodes turbat⁹ est.

Cur aūt herodes rex turbat⁹ sit. tres inter alias possunt cause assignari. Primo. s. vt celsitudo maiestatis xp̄i mon straretꝭ. Unde Greg. vbi. s. ait. Celi rege na to rex terre turbatus est: qꝛ nimirum terre na altitudo confundiꝭ. cum celsitudo cele stis aperitur. Scđo vt eius iudiciaria po testas cognosceretꝭ vel figuraretꝭ. Uñ Aug. vbi. s. dicit. Quid erit tribunal iudicantis. qñ superbos reges cuna terrebat infantis Tertio vt deiectio regni diaboli ōnderetꝭ. Unde Leo papa vbi. s. inquit. Non tantū herodes in semetipso turbaꝭ quātū diabo lus in herode. Herodes enim hoīem xp̄m estimabat. sed diabolus deuꝫ. ꝛ vterq̄ re gni sui successorē timebat. diabol⁹ celestem sed herodes terrenū. Supflue tñ timebat herodes. qꝛ xp̄s nō venerat regnū terrenū in terra habere. Unde Leo papa vbi. s. ait ipsi herodi. Non capit xp̄m regio tua. nec mūdi dñs ꝑtātis tue sceptris est ꝯtentus angustiis. Oīs etiā hierosolyma turbata ē de natiuitate xp̄i. cum tñ summe gaudere deberet. qꝛ vt inquit Chrysost. De aduentu iusti non poterant gaudere iniqui. Uel tur batā se ostendit. lꝫ nō esset vt se suspectam nō redderet tyrāno: si se letā ostendisset de natiuitate regis iudeoꝝ. Et forte hac de cā nemo iuit cū magis ad videndū eum. Cuꝫ aūt ipsi magi discessissent ab herode mali gno ꝛ fraudulēto. q̄ q̄rebat occidere xp̄um simulās tñ cū magis se velle adorare eum Ecce ꝙ vt dꝛ Mat. ij. iterum eis apparuit stella q̄ primo disparuerat. Et in eodē. c. dꝛ Uidentes aūt stellā magi gauisi sunt gau dio magno valde. Jn tota aūt sacra scriptu ra nullibi reperiunꝭ tot verba leticie simꝉ posita: que quidē verba sunt vnita ad deno tandū ineffabile eoꝝ gaudiū. Per tria aūt verba leticie. s. gauisi sunt gaudio magno significaꝭ leticia oīm triū potentiarū ani me que tote erant intente ad querendū et inueniēdū v̄ginis filiū. que letate sunt ve hemēter. Dū aūt addiꝭ valde. denotaꝭ gau diū oīs sensus corꝑis repleti leticia ex in uētione xp̄i. Uidētes em̄ stellā. certificati sunt ꝙ ip̄m indubitāter in ꝓximo inueni rēt. cū bethleē vbi natus erat ꝓpe ad q̄nq̄ miliaria eē cognouissent. Unde seqꝭ in p̄dicto euāgelio. ꝙ ipsa stella p̄cedens eos duxit ad locū vbi erat puer. ꝛ ibi firma ste tit. indicās eis ꝙ ibi i illo tugurio erat sal uator mūdi cū virgine benedicta mr̄e sua. Unde seqꝭ. Et intrātes domū inuenerūt puerū cū maria mr̄e eius. O iocūda inuen tio. Desideria em̄ cum completa fuerint de lectant animam. Prouer. xiij. Et ꝓcidentes adorauerūt eum. Ubi Bern. exclamat di. Quid facitis o magi quid facitis. Lacten tem puerum adoratis. in tugurio vili. i vi libus pannis. Ergo ne deus iste. Et vbi est regis aula: vbi curie regalis freq̄ntia? Nū quid aula est stabulū: thronus presepium. frequētia ioseph ꝛ maria. Jste insipientes sunt vt fierent sapiētes. hec ille. Sequitur

Cōditō nes bo neobla tiōis vł elemo/syne.

autē. Et apertis thesauris suis obtulerūt ei munera aurū thus ꝛ myrrham. In quo actu mystice designauerūt conditiones q̄s dꝫ habere bona oblatio ꝛ elemosyna. Dum em̄ dicit aptis. ostenditur largitas ei⁹. thesauris bonitas. suis ꝓprietas. Ut nō solū elemosyna fiat largiter ꝛ abūdāter in magna copia ꝛ de bonis rebus. non corruptis sꝫ etiā de ꝓprijs ꝛ nō alienis rebus. Dum aūt addit obtulerunt, denotat celeritas ꝛ hylaritas vt fiat libenter ꝛ alacri animo et vultu ꝛ cito p̄ueniendo petitionē paupertatꝭ ꝛ nō expectando vt p̄cibus extorqat. Dum vero dicat ei significat discretio elemosyne ꝛ sinceritas vt scꝫ fiat discrete paupi ꝛ non diuiti siue nō indigenti. nec ex vana gloria vel alio malo fine. sed sincere ex charitate ꝛ amore dei. vt ei sit datum qđ eius causa datur pauperi. Dum aūt additur munera ostenditur liberalitas elemosyne vt quod ex debito ꝛ ꝑ sua mercede debet q̄s habere ei non det tanq̄ elemosyna. ꝛ ne detur aliquid alicui sub p̄textu pietatꝭ. vt postea amplius habeat ab eo. dum aūt dꝛ aurum thus ꝛ myrrhā q̄ tria quilibet eoꝝ obtulit. vt dicūt docto. vnde falsa est illa sententia. Caspar fert myrrham. thus melchior. balthasar aurum. Ex hac diuersoꝝ munerum oblatione denotatur varietas elemosyne. Non em̄ sufficit paupi dedisse panes. si vino vel vestimento indigeat ꝛ quis ei subuenire potest. Quid autē mystice designarent hec tria munera circa ꝑsonaꝫ christi: superius diximus. De quo etiā ecclia in officio epyphanie canit. Tria sunt mūera preciosa que obtulerūt magi dn̄o in die ista, ꝛ habēt in se diuina mysteria. In auro vt ostendatur regis potētia. In thure sacerdotem magnū considera. ꝛ in myrrha dominicam sepulturam. Notandū ꝟo est q̄ quia ordo rōnis exigit vt ꝭm graduꝫ dignitatis et excellētie ꝛ valoris alicui cultus exhibeat honoris ꝛ reuerentie. c. statuim⁹. de maio. ꝛ obe. Unde cuꝫ magnus cultus honoris perpendatur in muneꝝ oblatione. magnis ꝛ dignis ꝑsonis nō vilia sꝫ magna ꝛ nobilia sunt donaria faciēda ꝛ offerenda. Nam vt dꝛ in. c. ꝛ si questiones. de simo. In accipiēdis vł dandis muneribus ꝑsone dantis ꝛ accipiētis est qualitas attēdenda. iō cum ipsi offerētes essent sapientissimi ꝛ cognoscerent nobilitatē rerū. ꝛ essent diuites. q̄ reges ꝛ dn̄i, ꝛ offerre vellēt ei q̄ potens est

Magi cōgrue illa tria obtulerunt.

Potuit ergo a putredine ꝛ puluere alienã
facere qui ex ea nascẽs potuit ṽginẽ relin⁄
quere. hec ille. Que oĩa optime possunt
adduci ad ꝓbãdũ ꝙ xp̃s pseruauit matrẽ
G suam a peccato originali. Quinto princi
paliter beataꝫ virginẽ fuisse in aĩa ꝛ corpo
re glorificatam probat rõne dedicationis
Qd̃ eñ semel est deo dedicatũ nõ ẽ ampli⁹
ad vsus humanos transferendũ. c. manci⁄
pia. de rerũ permu. ꝛ. c. ligna. de cõse. di. j.
ꝛ. xix. q. iij. c. que semel. vbi precipit ꝙ mõa
steria semel deo dicata nõ ꝯuertãtur in do
mos secularũ. Et similiter nec hospitalia.
ꝛ idem de reb⁹ sacris. vt vestib⁹ sacratis ꝛ
vasis ecclesiasticis. Sed de corpe ṽgĩs di⁄
citur ps. xlv. Sanctificauit tabernaculum
suũ altissim⁹. ergo si non debuit humanis
vsib⁹ contrectari. multo minus decuit ipz
a ṽmib⁹ corrodi ꝛ puluerib⁹ maculari. Pre
terea in. c. ij. de custo. eucha. precipit vt ec⁄
clesie materiales seruentur nitide. ita vt re
splẽdeãt. ꝛ ibi etiã dr ꝙ nimis adsurdũ vi⁄
detur in sacris sordes negligere q̃ dedece⁄
rẽt etiã in ꝓphanis. In eodẽ etiã. c. rep̃hẽ
duntur clerici tenẽtes corpalia seu vasa ec
clesiastica immũda. Corp⁹ igit virginis cũ
sit deo eternaliter dedicatũ sup omnia cor
pora. nũq̃ debuit aliqua sorde maculari. sꝫ
ei summ⁹ decor ꝛ reuerentia deputari. Non
ergo iacet sub terre puluerib⁹ sed gl'iosum
veneratur in celi splẽdorib⁹. Et hanc rõnem
tãgit Aug. vbi. s. di. Thronũ dei. thalamũ
dei. tabernaculũ xp̃i. dignũ est ibi esse vbi
ipse est. Tam p̃ciosum thesaurũ dign⁹ est
seruari in celo q̃ꝫ in terra. Sexto idem ꝓ
batur ratione figurationis. Ut enim supra
H declaratũ est in exordio hui⁹ sermõis. Per
arcam testamenti figurat beata virgo. Cũ
igitur preceperit deus Exo. xxv. ꝙ arca te
stamenti intus ꝛ foris tota deauraretur ꝛ
esset de lignis imputribilib⁹. ꝑfecto signi⁄
ficauit ꝙ virgo gloriosa arcanoꝝ dei con⁄
tẽtiua nunq̃ putresceret. nec corpus ei⁹ in
cineraretur. sed tota deauraret int⁹ in ani
ma ꝛ extra in corpore per glorificationem.
Quã quidem arcam deiferam vidit beat⁹
Johannes euangelista in spũ dũ esset in in
sula pathmos. Unde dixit Apoc. xij. Aper⁄
tum est templum dei in celo ꝛ visa est arca
dei in tẽplo. Hãc quoq̃ arcam preuidit in
spiritu dauid ꝓpheta debere resurgere cũ
dixit dño iesu xp̃o ps. cxxxj. Surge dñe in
requiẽ tuã: tu ꝛ arca sanctificationis tue.
Septimo idem probat ratione vnionis.
Caro eñ ṽginis ꝛ caro christi est quasi vna
ꝛ eadeꝫ caro. vt ait Aug. in sermone assum I
ptiõis di. Caro iesu xp̃i caro est sancte ṽgi
nis marie quã super astra transuexit: hono
rãs omnẽ humanã naturã. ꝛ multo magis
maternã. hec ille. Cũ ergo vt dicũt philoso
phi. Ignis de sua natura congreget homo
genea ꝛ disgreget etherogenea. Nõ ẽ dubi
tanduꝫ ꝙ ignis diuinus qui fecit vt beata
virgo esset vnũ cũ xp̃o in terris fecit etiam
vt illi coniũgeret in celis. Et hãc rationem
tangit Augu. in sermone assumptionis di.
Putredo ꝛ vermis sunt opprobriũ huma⁄
ne conditionis. a quo opprobrio cuꝫ xp̃us
alien⁹ sit: marie quoq̃ natura excipit quã
iesus d̃ ea assumpsisse probatur. vt quo fer
tur vna pars feratur ꝛ reliqua. Et Chryso.
inquit. Si pars est cum xp̃o ꝛ pars cũ vir⁄
gine quõ illd̃ sacrum de quo xp̃s carnem ꝛ
naturam hũanam assũpsit tradidit corru⁄
ptioni. Et Aug. vbi. s. iterũ dicit. Quantũ
intueor ꝛ quantũ video quãtũq̃ꝫ intelligo
Marie anima fruitur christo ꝛ possidet in
christo corp⁹ qd̃ genuit. Cur ergo nõ etiam
possideat illd̃ per quod genuit? Octauo K
idem probat ratione filiationis. Nã xp̃us
etiam nũc dicitur vere fili⁹ virginis. ergo
est. Nam ab eo qd̃ est vel non est dicit ora
tio vera vel falsa. j. periher. sed correlatiua
posita se ponũt ꝛ perempta se perimũt. vt
ait Aristo. in predicamento ad aliq̃d: ꝛ no⁄
tant legiste in. l. fi. C. de acceptil. Ergo ṽgo
maria nũc vere dicitur. ꝛ est mater christi:
sed anima ei⁹ non est mater christi cũ aní⁄
ma nõ sit ex traduce. vt ꝓbat magister l. ij.
sen. di. xvj. c. vltimo. nec anima sola sit ꝑso
na ẽm Alexandrũ de ales in. iij. parte sum
me in tractatu de assumptiõe humane na⁄

ture.q.vi.vbi dicit magistrũ in hoc non di xisse verum in.iii.di.v.vbi erat animã solã esse personã.quẽ etiã reprobat sanctus Bona.in.iii.ii.dist.vlt.in questionibus circa litteram.et Scotus in.iii.dist.i.in.i.q. Si ergo anima nõ est psona nec homo. pfecto anima vginis nõ homo nõ põt dici mater naturalis christi hominis. Nõ etiam caro sola ipsius vginis proprie potest dici mater christi cũ homo mortuus nõ sit homo ẽm theo.cõmuniter in.iii.di.xxii. q̃ reprobant ibi magistrũ. Si ergo virgo Maria sit vere mater christi et appellatur de presenti vt quotidie eã nominat ecclesia.sequitur q̃ vere cõiuncta est anima eius cum suo corpore.et sic est beata in vtroq;. Nono idem probatur ratione perfectionis: In ipsa enim virgine est omnis perfectio et beatitudo perfecta vt de ipsa canit ecclesia. Cum igitur omnis pars sit imperfecta extra suũ totum. vt ait phs.v.meta.et.iii.phys. Si anima beate virginis necdum assumpsit suũ corpus necdum habet omnẽ perfectionẽ seu essendi modum. Cum autẽ angeli omnẽ suã in essendo perfectionẽ habeãt: minus esset perfecta beata virgo q̃ angeli quod est inconueniẽs. Et hanc rationẽ tãgit magister in.iiii.dist.xliiii.loquẽs de imperfectione animaꝝ separataꝝ.et allegat Augu. sup Gen. ad litterã lib.xii.circa finẽ di: Si quis querat quid sit opus spiritibus defunctoꝝ sua corpora in resurrectiõe suscipere. si eis potest sine corporibus sua beatitudo preberi difficilis est questio. Nec potest a nobis perfecte diffiniri etc.et tãdem concludit dicens quia in eis est naturalis quidã appetitus corpus ministrãdi quo retardãtur quodam modo ne tota intentione pergant in illud summũ bonũ donec ille appetitus cõquiescat. Et hoc non solum dicit Augu.vbi.s. sed etiam Bern.in lib.de diligendo deum: Si ergo anima virginis nõdum hz suum corpus.nõdum habet totalem et perfectissimam beatitudinẽ.et necdum videt deum ita q̃etato appetitu sicut vidẽt angeli. qđ esset

M valde absurdum. Decimo idẽ pbatur ratione cõmunicationis. Imperator enim cõmunicat sua priuilegia impatrici.l. princeps ff.de legi.cũ ergo ipse resurrexerit gloriosus. vt patet Mar.et Matth.vlti.etc.ergo et im-

N peratricẽ virginem.s.gloriosam debuit resuscitare et in celum secum assumere. In

Locat decimo idem pbatur ratione collocatiõis Locus enim debet esse pportionatus locato et econtra. Sapiẽs ergo locat res in locis sibi conuenientibus ẽm earũ dignitatem quiritcõ esseassũptam

qđ obseruauit deus qui omnia in sapiẽtia fecit.vt iquit ps.ciii. Ita enim ordinatissime collocauit omnes creaturas q̃ quelibet habet locum sibi cõuenientem. Res enim dignas i loco digno posuit. Digniores autẽ in honorabiliori.i. vt pz discurrendo machinã elementalẽ et celestẽ. Cum igitur post sacratissimũ corpus dñi nostri iesu christi nullũ sit dignius corpe sacratissime vginis matris sue.sequitur q̃ sicut corpus xpi collocatũ est in celis.ita et corpus sue dignissime matris.vt ait Aug.in sermone de assumptione vginis. Et quasi oẽs pdictas rationes tangit idẽ Aug.vbi.s.di. de sanctissimo corpe ppetue virginis marie eiusq; sacre anime assumptione loqui suscipientes: hoc ipsum dicimus q̃ in scripturis postq̃ dñs eam in cruce discipulo cõmendauit nihil de ea reperitur pter qđ Lucas in actib9 apostoloꝝ cõmemorat dicẽs. Hi oẽs erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum Maria matre Iesu. Quid ergo de morte quid de eius assumptione dicẽdum est vbi scriptura nihil cõmemorat.nisi querendum rõne quid consentiat veritati fiatq; rõ ipsa veritas sine qua nec valet autoritas? Si ḡ beatam virginẽ dicimus resolutã in cõmunẽ putredinẽ.vermẽ ac cinerẽ.librãdum est si tante conueniat sanctitati et tante aule dei prerogatiue. Scimus enim dictum primo parenti.quia puluis es et in puluerem ibis. Hanc conditionem caro christi euasit que corruptionẽ non sustinuit. Excipit ergo ab illa generali sententia de vgine sumpta natura. Mulieri quoq; dixit deus. in dolore paries.sed ipsa virgo sine dolore genuit. Ipsa ergo excipitur a quibusdam generalibus quã tanta attollit dignitatis prerogatiua. Si ergo eã dicimus adhuc mortis vinculis retineri. nũquid impium erit? Si voluit dñs integram matrẽ virginitatis seruare pudorem.et cur non velit incorruptã seruare a putredinis fetore? Tantam ergo integritatẽ merito incorruptibilitas nõ putredinis vlla resolutio sequit. Illud sacratissimũ corpus in escam vermib9 trasditũ sentire nõ valeo.dicere pertimesco. quã estimationẽ peul9 ppellit incõparabil9 grẽ munus qđ suscepit. Cõfitẽdũ igitur censeo Mariã ad eternitatis gaudia assumptam

benignitatē xpi. honorabiliusq suscepta ceteris quas gratia honorauit pre ceteris. atq ad cōem hūanitatē nō esse addactam post mortē. putredinis videlz vermis et pulueris que suū et omniū genuit saluatorem. Xps igitur letari facit Mariā in anima et corpore nec vllam sequi corruptionis erū nam quā nulla secuta est in pariēdo filium integritatis corruptio. vt sit semp incorrupta quā tāta perfudit gratia vt integriter viuēs omniū genuerit integraz vitam. hec ille cū multis alijs pbationibus quas bre uitatis causa hic pertranseo. Duodecimo idē pbatur rōne ṽginalis cōdicionis que requirebat eā assumi i anima et corpe et non in cinerē cōuerti. Fuit em̄ in ea magna dignitas. et maxime quintupler. Prima quia mater fuit xpi. deifera. et ideo debuit venerari vt supra probatū est. Uidemus em̄ qd xpus totus voluit esse matris sue. quia patrē carnalē noluit habere. voluit etiam matrē totam esse suā quam alios filios noluit generare. Qui ergo eā noluit communicare homini. nunquid eam cōmunicabit vermibus? Et q̄ ex ea noluit generari filios. nunquid ex ea voluit generari vermes putridos? Sciebat em̄ q dedecus filij est parens sine honore Eccli. iij. Secūda dignitas est. quia fuit christi fidelis ministra. et ideo debuit exaltari. dicēte dn̄o Joh. xij. Ubi sum ego illic et minister me9 erit. Ministrauit enim ei ipsum pcipiendo. in vtero gerēdo. pariēdo. in psepio reclināndo. fouendo. nutriendo. in egyptum deportando. et inde reportādo. omneq eius infantiā pio mentis affectu psequēdo. et vsq ad crucē ab eo nō recedendo. et nō solum eum sectādo pedus gressu. sed etiam imitationis effectu. Fuit ergo fide et opere christi ministratrix et vsq ad eius mortē deuota seruitrix. et ideo inqt Augustinus in quodam sermone. Si vbi christus ministros suos esse vult ipsa non est. vbi ergo erit? Et si ibi est. nunqd gratia pari? Et si equali gratia. vbi est equa dei censura qui reddit vnicuiq fm merita.

P Tertia dignitas est. q fuit vestis christi deaurata. et ideo debuit integra reseruari. vñ Aug. in sermone assumptiōis inqt. Si elegit diuina volūtas inter igniū flammas puerorum vestimēta seruare illesa. vt habetur Dañ. iij. cur abnuat in matre ppria qd elegit in veste aliena? Quarta dignitas est. q fuit dei arca sanctificata. et ideo debuit in tēplo celesti collocari. Unde Damascenus in sermone assumptōis dicit. Hodie virgo celesti tēplo inuehitur. hodie sacra dei arca in tēplo non manu facto reponitur. Columba innocens auolās ex arca. i. corpore quā deus suscepit pedibus requiē adinuenit. Quinta dignitas est q fuit thesaur9 et gemma preciosa. et ideo debuit in gazophilatio celesti reponi et nō terre pulueribus sordidari. vt inquit Augu. Decimo tertio idez pbatur rōne pfortationis. Sicut em̄ xps ex resurrectiōe sua et ascēsione magnaz spē dedit hominib9 q et ipsi resurgēt et i celum assumētur. vt inquit aplus. j. ad Cor. xv. ita etiā ex matris sue resurrectiōe et assumptione magnā spē dedit mulierib9 q et ipe resurgēt et assumētur in celū ipsasq mirū in modū cōfortauit qd et facere debuit. Ipe em̄ dn̄s vt Aug. inqt vtrūq sexū curaturus aduenit. pfecta aūt curatio et liberatio in resurrectōe manifesta f. ergo resurrectio in vtroq sexu manifestari debuit in testimoniū pfecte curationis. Sicut igif q̄ntū ad virilē sexū manifestata est xpo resurgente. ita et in femina debuit apparere. in nulla aūt femina manifestari cōgruentius potuit vel debuit atq decuit q̄ in dulcissima matre dei que in vita libera extitit ab omni corruptione. Et hoc est qd ait ppheta in psona xpi. ps. lxxxviij. di. Thron9 eius sicut sol in pspectu meo. et sicut luna perfecta in eternū. et testis in celo fidelis. Thronus em̄ filij dei est mater eius que in pspectu ipsius sicut sol fulget quātū ad gloriam anime. et sicut luna pfecta in eternū quātuz ad gl̄iam corporis sine defectu: et est testis in celo fidelis q nō solū viri resurgent. sed etiā mulieres.

R Decimoqrto idē pbat ratione sublimationis. vt. s. natura humana in xpo et in matre. et sic in vtroq sexu super oēs angelos sublimaret. Ipsi enim angeli sciebāt naturā humanā esse eis iferiorem ex cōditiōe natura iuxta illud ps. viij. Minuisti eū paulominus ab angelis et c. Sciebāt etiā eā posse eis equari p gratiā et meritum. et ideo angelus a sancto Johāne euāgelista nō permisit se adorari. dicens Apocal. xxij. vide ne feceris. cōseru9 em̄ tu9 sum et fratrū tuorum pphetarum. et eorum q̄ seruāt verba libri huius. Qd aūt hūana natura in vtroq sexu sic mirabiliter sup eos deberet sublimari. ad plenū nō cognouerāt. Et iō de xpo ascendēte qsi admirātes dixerūt illud Esa. lxiij.

O Condi/tio ṽgi/nalis ar/guit eā/ eē assū/ptam.

O Totalit/ assūpta/ est in te/stimoni/uz vere/ resurre/ctionis

Quis est iste q̃ venit de edom.tinctis vestibus de bosra? Ille formosus ĩ stola sua gradiēs in multitudine ꝟtutis sue. De matre aūt ei⁹ ascēdēte dixerūt illud Cā̃.vi. Que est ista q̃ ꝓgredit̃ quasi aurora ↄsurgēs ⁊c. Cōdecēs aūt fuit vt sicut angeli habebant xp̄m regem ⁊ imperatorez suū in anima et corpore gl'iosum ita etiaz haberēt matrem eius reginā ⁊ impatricē suā slr̃ gl'ificataz. Hanc aūt sublimationē meruisse bn̄dictā. virginē ⁊ corpus ei⁹ immortalitate debui. se vestiri. ꝓbat sanctus Ansel.in quodā sermone di. Non dubitanduz est beate marie. merita apud deū incōparabil'r excelluisse. nec aliquē sanctoꝝ singularit̃ nec etiā oēs cōiter illi soli equari posse. Justū est autez vt cū maiora eius sint apud deum merita. excellētiora etiā ab eo ꝑcipiat p̄mia. Deum porro cōstat nihil quod iustū ē negligere. Quapropter beatā mariā iam gl'ia resurrectionis dotatā ⁊ ꝑpetua immortalitate vestitā nostra p̄sumit credulitas. Cum enim amplior sit ei⁹ iusticia ⁊ copiosior ei fuerit data grā. quō corp⁹ ei⁹ ip̄i⁹ videlꝫ dei tēplū spes adhuc resurgēdi maneat? spes q̃ oīm aīas felici expectatione sollicitat? Nec ꝟo p̄sumptuosum est si credamus ꝙ illa oēs sanctos p̄cessit in p̄mio quā scimus omēs p̄cessisse in merito? Cōuenit certe dei iusto iudicio vt magnitudo muneris amplificet̃ velocitate retributiōis. p̄sertim cū ꝓ doni liberalitate nihil donatoris detrahat̃ copie. Jmmo virginis cōmendet̃ iudicia. extollant̃ merita. atqꝫ accēdat̃ fides nostra. Jtem post ascensionē dn̄i ꝙuis de credulitate gentiū gauderet. non erat ei perfecta leticia eo ꝙ careret filij presentia. Desiderare autē matrē ꝓlis p̄sentiā si sentiā. puto ꝙ nō delinquo. Desiderare aūt nō exiliter sed ꝑfecte. vt nō solū anima. sed ⁊ corp⁹ eiꝰs quod fuerat ei⁹ deitatis cōsciū ⁊ receptaculuꝫ filio suo assisteret. Filiū autē piū sanctū matris complesse desideriū non est dubitādū. Nam cū ap̄ls dicat. nemo vnꝙ carnē suā odio habuit: multo magis ip̄a ꝙ aliquis carnē suā dilexit. Et cui⁹ saluatorē mundi sciebat ꝓdisse triclinio sicut spōsuz e thalamo. Volebat ergo beata dn̄a vt caro que omni studio seruierat dn̄o cum aīa. ꝙ prime astaret filio. Restitisse aūt filiuꝫ volūtati genitricis sue quis credat? Cum ⁊ ip̄e in lege parētes honorare p̄cipiat. ⁊ in qualibet remota barbarie ꝓles parēti honores deferat. nisi si quis est belua que nec ab amore gentū ē vtcūqꝫ aliena. Jpse igit̃ pietatis autor ⁊ nature dn̄s parenti nō exhibuit quod ⁊ ipse fieri precepit ⁊ naturaliter q̃libet solo instinctu sanguinis facit? Jpse ergo perfectū honorē exhibuit matri dulcissime quem ip̄am intellexit velle magnopere. Non esset aūt honor perfectus nisi illud virgineū resuscitaret corpus. vt tota assisteret filio in cuius tota laborauerat obsequio. Celo igit̃ corpus maternū. suuꝫ scꝫ habitaculū reposuisse credēdus est. Nāqꝫ cū etiā sancti nō se ꝑfecte beatos existimēt nisi cū in illa resurrectionis gl'ia stolam secūdā īduerint. hec dn̄a q̃ pleno gustu hauserat ꝙ suauis est dn̄s ad ꝑfectam beatitudinē sufficere sibi crederet si tabefacto corpore solo sp̄ū p̄sentiā suam filio exhiberet? Nec ꝟo putandum est ꝙ semimutilata et quodāmodo trūcata felicitate matreꝫ celo induceret. Jmmo credenduꝫ est oēm ei honorem exhibuisse quē potuit. Quātū autez possit quis explicet. Ampli⁹ scriptū est aīa iusti sedes est sapiētie. et ideo maiori et excellentiori sanctitate caro pollebat eius ꝙ cuiuslibet sancti sp̄ūs. Porro fides nostra nō ambigit sanctoruꝫ animas iam regnare in celestib⁹. Cum ergo ille sanctoruꝫ anime que minoris apud deū sunt sctitatis. deuꝫ p̄sentialiter videāt. iniustū videt̃ maioris sanctitatis cōsciam nō idem salteꝫ munus meruisse. Porro sanctoruꝫ corpora que fuerunt spiritibus repugnātia. carnis compage soluta. quia aggrauauerunt animā ⁊ in peccatū traxerunt. inobediētiā tabe luunt. ⁊ in terreuꝫ elementū abeūt. Animeqꝫ interim longa spe resurrectionis a sordib⁹ per corpora cōtractis purgant̃. Rebelle autez nō fuit sp̄ūi corpus beate virginis q̃ nullā vnꝙ habuit anime et corporis dissonantiaꝫ immo cumulata ⁊ equata ꝓportione virtutum omniū tenuit armoniam. Quapropter iniustū est eius corpus puluescere qđ nūꝙ anime blanditū est in scelere. Preterea cuꝫ credamus corp⁹ dn̄i in celo esse et toti mūdo imperare: cur nō credamus eiusdeꝫ corporis materiā. ⁊ vt sic dicat̃ opificē. virginalē scꝫ carneꝫ ibidē esse? Sed ne suspitionibus agamus audi breuem distictionem ⁊ cōclude. Corpus sancte marie. aut est in celo. aut in terra. Jmmersum em̄ mari vel ꝑ inane aeris rotari nemo puto nisi demens dicet. Est ḡ vel in celo vel ĩ terra. Jn terra

Maria meruit ita assumi.

aūt nō est credibile esse. Nam fili⁹ eius qui tāto miraculoꝝ fulgore quorūdā sanctorū corpa clarificat. multo min⁹ nisi sue corp⁹ in quo nouez mensiū gratissimū habitaculū habuit: si vspiā terrarū esset in gloriam iacere pmitteret. Non ibi silleret miraculorū glia. cūcti eni ex oibus vrbib⁹ migrarēt peregrini. Quia igit nec in terra. nec in aere nec in mari esse verisimile est: restat vt in celo esse credatur. hec ille.

Pars septima huius sermonis que dicitur iubilationis.

Assumpta est cum honorabili societate.

Ad intelligendā iubilationē virginalis assumptionis est sciendum ꝙ ipa bndicta ꝟgo primo assumpta est cum honorabili societate. qđ figuratū ē. ij. Reg. vj. vbi dr ꝙ dauid z ois israel deducebāt arcā dñi cū gaudio. z erāt cū dauid septē chori. Per dauid em intelligit xps: p septē autez choros vniuersitas angeloꝝ z sctoꝝ. quia septenarius numerus est numer⁹ vniuersitatis. Unde Grego. i homel. magdelene inquit. Quia septem diebus oe tēpus comprehēdit recte septēnario numero vniuersitas figurat. vel per septem choros intelligunt angeli. patriarche. ꝓphete apostoli. martyres. cōfessores. z ꝟgines. qui omnes ipam honorabilit deduxerūt. z merito: qz omes isti eā honorare tenebantur. s. angeli quia ipa angelicā vitam duxit. patriarche quia ipa de eoꝝ stirpe descēdēs eos honorauit. ꝓphete. quia ipa spū ꝓphetie plena fuit. apostoli. qz eorum magistra extitit. Et intelligendū est de illis apostolis qui iam ad celos p mortem ascēderāt. Alij ꝟo qui adhuc viuebāt: etiā ipsi spiritu eam in celū associabāt cātantes z dicētes. illud qđ canit ecclesia. Uirgo prudētissima quo ꝓgredieris quasi aurora valde rutilās zc. Martyres quoqz eā honorabāt sicut tenebant. quia ipsa gladio passionis perforata fuit. Item confessores quia ipa sola in passione xpi fidē tenuit. et xpm cōfessa fuit. ꝟgines etiā quia ipa pmiceria ꝟginū extitit z magistra. Dicit autem quidam doctor ꝙ bis euacuatū est celum. Primo quando christ⁹ ascēdit. qz tunc nullus angelus ſm ipm in celo remāsit. sed oēs obuiā xpo venerunt. Scđo ꝟo quando beata ꝟgo assūpta fuit. Quia oēs angeli z anime sanctorū z ipe xps obuiā sibi venerunt. Tertio autem euacuabit in iudicio vniuersali quando oēs in valle iosaphat ꝯgregabunt.

Assumpta est cū ineffabili iocūditate.

Secundo assumpta fuit cū ineffabili iocunditate. qđ significatuz est. ij. Reg. vj. vbi dr ꝙ dauid et oēs filij israel deducebāt arcam testamenti dñi in iubilo z in clāgore buccine. z ꝙ ipse dauid z ois dom⁹ israel ludebat coraz dño in oibus lignis fabrifactis z cytharis et lyris vbi notandum ꝙ sicut dicit Aug. super ps. Triplex est sonus musicus. vnus qui fit cū voce sicut in cantu. alius qui fit cū flatu sicut in buccina. tertius ꝟo qui fit cum pulsu sicut in cythara. Primus ergo que fit cuz voce tangit cū dicit in iubilo. Est enim iubilatio cantus modulatio. Scđs ꝟo qui fit cum flatu tangit cum dr. In clāgore buccie Tertius aūt qui fit cū pulsu tangitur cū dr In oibus lignis fabrefactis z cytharis. Et quibus oibus dat intelligi ꝙ in deductiōe istius arce diuinalis in celū fuerunt omnia genera musicoꝝ. Unde ꝟificatū fuit illud ij. Paral. v. Cymbalis z psalterijs ac cytharis z tubis ac voce concrepabant et cūctis pariter i organis et lignis diuersi generis musicoꝝ cōcinnentib⁹ ac vocem in sublime tollētibus longe sonit⁹ audiebat. Si eni pro reparatione templi materialis sacerdotes habētes stolas cū tubis. et leuite habētes cymbala collaudabant et benedicebāt dñm et ei canticū decātabant z pp̄ls israel tuba cecinit magnifice. et clamauit voce magna cum gaudio magno. vt habetur. ij. Esdre. v. Quāto magis debebant decātare celestiū agmina beatorū pro reparatione et resuscitatiōe atqz glorificatiōe tēpli viui i diuini corpis. s. genitricis creatoris sui. Et cum ad honoratiōnē statue quā nabuchodonosor fecerat fuerit sonus tube et fistule et cythare. sambuce. psalterij. z simphonie ac vniuersi generis musicorum. vt habetur Dan. iij. Quare in deductione z exaltatiōe regine celi nō credam⁹ vniuersa sonorū et canticoꝝ genera affuisse. De hac autē iubilatione inquit Hiero. in sermone ad Eusto. Legimus ꝙ sepe ad funera. sepulturasqz sanctorū angelos aduenisse et ad exeqas eoꝝ obsequia ꝓstitisse. necnon z aīas eorū vsqz ad celos cū hymnis et laudib⁹ detulisse z eosdē mīro lumie resplēduisse. Insuper adhuc viuētes i carne ibi miri odoris fragrātiā psensisse. Si igit talia z tāta circa defunctos deus dignatus est exhibere. Quanto magis eius genitrici in die obit⁹ sui credendū est celorum militiam obuiam

aduenisse. eâq3 ingenti lumine circũfulsisse et vsq3 ad thronum glorie pduxisse? Nulli dubium est totã illam celestẽ curiã superne hierl'm ineffabili leticia tunc exultasse ⁊ io/cundatã fuisse indicibili charitate. tuncq3 omni gratulatione iubilasse. Quoniã festi/uitas hec que nobis reuoluitur annuas illis facta est continua. Nec immerito: creditur em̃ φ ipe saluator per se totus festiuus oc/currerit. ⁊ eã cũ gaudio secũ in throno col/locauerit. alioqn quõ crederet̃ implesse qð ipe in lege pcepit. honora patrẽ tuũ et ma/trem tuã. hec ille. Tertio assumpta fuit cum mirabili claritate. de qua dr̃ Cant. vj. Que est ista que pgredit̃ quasi aurora con surgens ⁊c. Fuit autẽ tũc multiplici clari/tate pfusa. Primo luce supsubstãtiali. quia xp̃us q̃ est vera lux obuiã sibi venit. ⁊ eam associauit. Scdo luce spũali. i. anima sua sup oĩa omĩ luce ⁊ glĩa illustrata. ⁊ tũc im/pletu3 fuit in ea illud Esa. lviij. Implebit dñs splẽdorib' aĩam tuã. Tertio luce cor poreali. quia eius corp' immortalitate ⁊ cla ritate resplẽduit. Si em̃ iusti fulgebũt sicut sol' Matth. xiij. quanto magis eius corpus fulgere debet que deu3 portauit? Quarto luce rõnali. quia oẽs sancti q̃ erant in celo eã associauerũt. Vñ in officio assumptionis canit̃ ecclesia. Sicut dies verni circũdabãt eam flores rosarũ ⁊ lilia conuallium. Flores rosarũ sunt martyres. lilia conuallium sunt confessores ⁊ virgines. Quinto luce intelle/ctuali. sc3 angelica. quia oĩes angeli eam associauerũt. quo⁊ quidã pcedebãt tanq3 domicelli. Quidam subsequebant̃ tanq3 fi deles ministri. Oẽs autẽ iubilabant tanq3 seruitores deuoti. Ecce φ lumĩosa ascẽdit q3 a supiori illuminata fuit luce supsubstã/tiali. ab inferiori luce itellectuali ⁊ rõnali. ab interiori luce spũali. et ab exteriori luce corporali. De hac etiã iubilatione canit ec/clesia. Assumpta est maria in celũ gaudent angeli laudantes benedicũt dñm. Et in co rona nostra dicit̃. Assumpta est maria nel alto celo. Cõ tale honore con festa sincera Che admirando: dire ciascuna hiera Chi he chostei che cõ honesto vello Vien cõ au rora e sol sensa riuello. E de ṽtute par sum/ma lumera Pero chel suo splẽdore imenso era. In q̃lla alma digna e corpo bello Ma de si dolce dubio in breue vsiro. Quãdo vi/derno alei corona in testa Presso al sum/mo monarcha in alto giro. Alhora li angel e sancti grande festa. Cõ soni e canti incon menzar sudiro. Cõ dolce armonia che an/chor non resta. Quarto assumpta est cum terribili potestate. iuxta illud Cañ. vj. Ter/ribilis vt castrorũ acies ordinata. Tã terri/bilis nanq3 fuit demonib' eius assumptio φ demones de isto aere caliginoso in q̃ mo rant̃ penitus aufugerũt. Nec mirum. fuge/runt em̃ perteriti a tam terribili societate. iuxta illud Cañ. vij. Quid videtis in suna/mite nisi choros castro⁊. i. choros angelo/rũm ⁊ oĩm sancto⁊. Fugerũt etiã vulnera/ti a tam ineffabili iocunditate. Demones em̃ semp in luctu sunt. Et ad hoc applicari posset illud Eccli. xxij. Musica in luctu im/portuna narratio. Fuerunt quoq3 excecati a tã mirabili claritate. Ipi ei tanq3 noctue diuinã claritatẽ ferre nõ possunt. Malitia em̃ eo⁊ penitus excecauit ipsos Sapie. ij. Fugerũt etiã tremefacti a ta3 terribili po/testate. Sicut em̃ canis cũ videt virgam q̃ pcussus est: territus fugit. Sic ⁊ demones cum viderũt virgam iesse in celum deduci territi aufugerũt. iuxta illud Esa. xxx. A vo ce dñi pauebit assur virga pcussus. Beata etem̃ ṽgo assimilat̃ virge. primo rõne no/minis. q3 virga dicit̃ a ṽtute. nam virt' q̃ latet in radice se prodit in vigore virge. In ipa aũt virgine oĩs ṽtutis pfectio reperit̃ vnde ipsa ait Eccli. xxiiij. In me oĩs spes vite ⁊ virtutis. In ei' etiã vigore ac fructu refulsit oĩs virtus radicis. Radix enim ex qua hec virga prodijt fuerunt patriarche. In quibus quicqd' gratie ⁊ ṽtutis fuit to tum in beata virgine eminenti' apparuit. Unde in ei' natiuitate cãtat̃ ecclesia euan/geliũ Matth. j. descriptu3. in quo ponunt̃ genealogie patriarcharũ. Notãdũ quoq3 φ in virga triplex virtus inuenit̃ ſm φ ex triplici substantia componitur. sc3 cortice. ligno ⁊ medulla. Mediante autem medul la nutritur. mediante ligno sursum erigit̃ ⁊ mediante cortice ɔtra exteriores contra/rietates defensatur. In beata ṽo virgine tanq3 medulla nutriẽs fuit ei' interior gr̃a de qua angelus ei dixit Luce. j. Aue gratia plena. lignũ aute3 erigens fuit eius cõtem platio assidua. iuxta illud Cantic. iij. Que est ista que ascendit quasi virgula fumi? Ubi notandũ3 φ virgula ex quo ascendit: sursum tendit ⁊ suã summitate3 versus ce lum erigit. ⁊ quãto magis a terra resedit ⁊ sursum tẽdit: tãto ampli' semper subtilior

Marginal notes:

V Assumpta ẽ cũ mirabili claritate.

X Assumpta cu3 terribili ptãte

Maria assimilat̃ virge.

Triplex virtus virge.

sit. Et sic beatissima virgo maria sp sursum tēdebat intentione τ affectione. vnde sctūs Odilio cluniacēsis in quodā sermone ait. Unus quippe scim⁹ p certo ꝙ omis marie vita τ actio intenta fuit semp in dño. Itez summitatez. i. mentē semp ad celum dirige bat. s. in contemplatiōe τ orone. τ quāto a terra p terrenoꝝ contēptū recedebat. τ sur sum ad altū per affectū celestiū accedebat. tanto in contēplādo subtilioꝛ erat. Tanꝗ aūt cortex exterius defensans fuit in beata virgine diligēs sui custodia. seruauit ei illō Prouer. iiij. Omni custodia serua coꝛ tuū τ ꝓpter hoc Cañ. iiij. appellaƭ hoꝛt⁹ ꝯclusus Ipa igiƭ fuit illa virga virtuosa. de q̄ inqt dauid ps. cix. Uirgam virtutis tue emittet dñs τc. Scdo assimilaƭ vrge rōne germis Nasciƭ em̄ siue germinaƭ ex virga flos. et flos ipe de vga egrediēs virgā ipsam non violat. sed fecūdat. vga etiā nō accidit fecū ditatis grāz nec germinādi potētiā ex ali qua seminis cōmixtione. sed ex solis calo re τ celesti roꝛe. Et similiter ex virga nostra idest ex btā virgine egressus est flos. s. dñs iesus q̄ incarnat⁹ τ nat⁹ ē ex illa absqꝫ vte ri eius violatione. Unde sic est fecūdata ꝙ tñ nullaten⁹ violatā. qꝛ sicut ante partum fuit virgo. ita etiā in partu τ post partū re māsit. nec etiaz ex virili semine habuit ge nerādi potentiā: sꝫ solū ex roꝛe celestis grē τ ex solis caloꝛe. i. spūssancti operatiōe. vt hƭ Lu. s. dū dixit ei angelus. Spūssanctus supueniet in te. τ vtus altissimi obumbra bit tibi. τ ita exponitur illud Esa. xj. Egre dietur vga de radice iesse. τ flos de radice ei⁹ ascendet. Tertio assimilaƭ virge rōne culminis. Utunƭ em̄ vga pcipue illi q̄ sūt in aliquo culmine dignitatis ꝯstituti sicut reges τ dñi. τ ꝓpter hoc. beata vgo dr vir ga. quia dñs dñoꝛum deus vsus est illa. et quotidie vtiƭ ad regendū nos. quia ipam fecit nr̄am gubernatricē. Et ideo ps. xliiij. inqt deo de beata vgine. Uirga directiōis virga regni tui. De alijs assimilationibus virge posui in. ij. parte pncipali hui⁹ ope ris in exoꝛdio. ij. τ. iij. sermonis. De erectio ne autem huius virge in celum per ascen sionem. τ de percussione demonum ꝓphe tatum fuerat Nume. xxiiij. vbi Balaam di xit. Consurget virga de israel τ pcutiet du ces Moab. vastabitqꝫ omes filios Seth. huius em̄ virge nominatio. salutatio τ lauda tio est demonib⁹ valde terribilis quando

Maria pcutit demones

em̄ audiunt ipam beatā virginē nominari ita est ac si sentirent clauā cum qua pcute rentur. Unde vt legiƭ in miraculis ei⁹. cum in forma humana apparēs diabol⁹ cuidam mulieri eam vehementer vexaret. τ illa nec per aquā benedictā. nec per signum crucis ipam totaliter expellere posset. tādē a quo dā sancto viro edocta dixit. Sctā maria ad iuua me. τ statim diabol⁹ quasi claua per cussus aufugit dicens. Diabolus intret in os illius qui hoc te docuit. Quādo etiam demon audit salutationes eius. ita est ac si audiret tonitruūz quo terrereƭ. iuxta illud ps. Uox tonitrui tui in rota. ps. lxxvj. Et ideo de assumptione huius virge in celum exponi potest illud Exod. ix. Extendit moy ses. i. chꝛistus virgam in celuz. τ domin⁹. i. deus pater dedit tonitrua scꝫ demonibus. Unde verificatuz fuit illud Exod. xix. Cepe runt audire tonitrua. Et de ipsa virgine et de demonib⁹ in ascēsione eius territis po test exponi illud Job. xxvj. Quis scꝫ demo num poterit tonitruū magnitudinis eius intueri? Et illud Apocalyps. viij. τ. xvj. ca. Facta sunt tonitrua et voces τ fletus. i. la mentationes demonū in glꝛiosa ascensione virginis. Quapꝛopter dicere possum⁹ ipsi benedicte virgini de demonibus illud ps. ciij. A voce tonitrui tui foꝛmidabunt. De ipsa quoqꝫ dici potest illud Apocal. iiij. De throno pꝛocedunt fulgura τ voces et toni trua. τ illud Ouid. ij. Metam. Unde solet tonitrus τ fulmina mittere terris. Sctā ergo demonū pcutit beata virgo tanꝗ to nitruum. Unde illi dicere possumus illud Ezech. xliij. c. Uox tonitrui tui verberauit eam. Quādo etiā diabolus audit ipam im maculatam dei genitricē laudari ita est ac si sentiret gladium quo iugulareƭ. Et hoc figuratuz fuit Judith. xiij. Ubi iudith pu gione āputauit caput Holofernis. Judith enim interpꝛetatur confitēs vel gloꝛificās deum. τ significat beatā virginem q̄ semp deum gloꝛificauit. In cuius assumptione demones quasi gladio percussi sunt. Et ad hoc applicare possumus illud quod pꝛedi ctum fuerat Hieremie. xx. Coꝛruent gladio inimici. De ipsa quoqꝫ beata virgine veri ficatum est illud quod inquit deus Zach. ix. Ponam te quasi gladium foꝛtium. Et ideo vnicuiqꝫ chꝛistiano dicit deus illud eiusdem lib. v. c. Sume tibi gladium acu tum. et illud Judicuz. ix. et. s. Regum. xx.

Euagina gladiuz.s.deuotionis btē ꝟginis et pcute.s.demones. O igit strenue miles iesu xpi. Accingere gladio tuo super femur tuū potentissime ps.xliiij. Hoc inquam gladio. de quo dr Hierem.xlviij. Maledictus qui phibet gladiū suū a sanguine. i. a demonū vulneratiōe mediāte hui9 sctissime virginis deuotione ꝛ inuocatione. Oibus em fidelibus inqt deus illud Ezech.v. gladium euaginate post eos. Iste est em gladius quo deus ptegit castra fidelium. Ad quod applicari posset illud qd dr. j. Machab.iij.ca. Protegebat castra gladio suo.

V Sed dimissis demonibus ex dñe nostre assumptione cōtristatis reuertamur ad iubilationē spūum beatorū.de quib9 inquit Aleran.de ales sup Cañ.lib.vj.c.j. Instante tēporis articulo quo in celum maria est assumpta, estimo nō solū angelos inferioris ordinis, sed etiā alioꝝ ordinum gl'iose matri dei debitum honorem impendisse. Uidere em mihi videor angelos inferioris ordinis nūciasse matri dei voluntatem filij eam vocantis ad soliū glorie. Archāgelos nūciasse eius aduentū celesti curie. Potestates intueor ad irruendum in potestates tenebrarū ne molireꝛ forte insidias latenter se pparasse. pncipes signiferos q̄ agenda erant disponētes pncipalr. Dñationes ꝟo vt huius noue solēnitatis diem agant celeberrimū specialiter iniūgētes. Throni illam reginā decēter locauerūt ad dexterā filij in solio regni sui. Cherubin prudenter ꝛ discrete debitā impēderūt reuerentiam. Seraphin igne charitatꝫ pleni feruentissimo amore venerabanꝛ dñam suaz. ꝛ sic Dauid ꝛ oēs angeli deducebant arcā federis dñi cum iubilo hec ille. Hieronym9 quoqꝫ in sermone assumptionis ait. Non credo vnqꝫ in celo solēniorē fuisse processionem. Quāuis em magna fuerit in xpi ascēsione fatis ista videꝛ fuisse solennior. hec ille. De qua pcessione assumptiōis ꝟginalis etiaz loquēs Berñ.inquit. Per comparationem vtriusqꝫ illa maiestate potentior. sꝫ ista pōpa solēnior. Inueniunꝛ quippe angeli soli redemptori occurrere potuisse. Matri ꝟo filius ipse cum tota celesti curia tam angeloꝝ q̄ iustoꝝ hoim occurrens. euexit eā ad beatam sessionē. hec ille. Similiter credi potest ꝯm Franciscū de maro. in quodā sermone. tūc aiab9 qui erāt in purgatorio aliquam gratiaz factam fuisse, vnde forte plurime. ꝛ forsan oēs btām virginem associantes ad requiē eternā euolauerūt quod ego existimo idubitāter factuz fuisse. Quā venerabiliter sit suscepta a tota trinitate non potest humanis verbis explicari Si em filio pdigo iuxta parabolā saluatoris pater occurrit cū gaudio. ꝛ cecidit sup collum eius. ꝛ osculatus est eū. Luc.xv. O quāto cum gaudio deus pater hāc nō prodigam filiā. sed liberalissimā ac optimam bonoꝝ suorum dispensatricē recepit in sue felicitatis consortiū? Quāta cū exultatiōe paraclytus spōnsactus recognouit suum sacratissimū habitaculū. Quantis ꝟo cum iubilationibus dei fili9 hūanitatis sue illustrauit hospitiū. Audi Bernardū in sermone assumptiōis dicētem. Quis ei etiā si linguis loquaꝛ hominū ꝛ angeloruꝫ explicare queat quēadmodū superueniēte spū scō ꝛ obumbrante virtute altissimi caro sit factum verbum dei. p qd facta sunt omnia: ꝛ dño vniuersitatis quem nō capit vniuersitas creature inter ꝟginea se se clauserit viscera factus homo? Sed et illud cogitare quis sufficiat q̄ gl'iose hodie mūdi regina pcesserit. ꝛ quāto deuotionis affectu tota in eius occursuz prodierit celestiū legionū multitudo? Quibus cāticis glie ad thronū sit deducta. q̄ placido vultu. q̄ serena facie. q̄ diuersis amplexib9 suscepta a filio: super omnē exaltata creaturaz. Cū honore inquā illo quo tanta mater digna erat. Cū illa gl'a que decuit tantū filiū. Felicia prorsus oscula labijs ipressa lactentis cui virgineo mater applaudebat in gremio. Nūqd nō feliciora censebim9 que ab ore sedentis in dextera patris hodie beata salutatione suscepit cū ascēderet ad thronū glie cātās ꝛ dicens. Osculeꝛ me osculo oris sui. Xpi generationē: Marie assumptionem quis enarrabit? hec ille. In quib9 verbis innuit deuotus doctor q̄ sicut xpi incarnatio explicari nō potest: sic nec gaudiū virginalis assumptiōis. Et in eodē sermone arguēdo etiā dicit. Si nec ocul9 vidit. nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit que pparauit deus diligentibus se. s. Esa.lxiiij. ꝛ. j. ad Corinth.ij. Quid pparauit genitrici sue? Sanctus quoqꝫ Gerardus epus ꝛ martyr de iubilatione virginalis assumptionis in suis homelijs inqt. Hodie btām ꝟginē celi susceperūt letādo. angeli gaudēdo. archangeli iubilādo, throni exultādo, dñationes

psallendo. pncipatus armonizãdo. ptãtes cytharizãdo. cherubin et seraphin hymnizando. atqȝ ad supnũ diuine maiestatis tribunal deducẽdo. hec ille. Et Piere. i sermone assumptionis ait. Hec est dies preclara in qua vsqȝ ad throni celsitudinẽ intemerata mater et virgo pcessit. atqȝ in regni solio sublimata post xpm gl'iosa resedit. Sic itaqȝ vbiqȝ cõfidenter de illa sctã dei canit ecclia. qd de nullo sanctorũ fas est credere vt vltra angelorũ merita transcenderit: q: similitudo pmittit veritas denegat. Ad cui9 pfecto exequias quãtũ fas est credere famulabant angeli. et vniuerse celi cõgratulabanf curie quia credẽdũ est militiã celorũ cũ suis agminib9 festiue obuiã venisse genitrici dei. eãqȝ vsqȝ ad thronũ olim sibi etiã ante constitutionẽ mundi ppãratũ cũ laudibus et canticis spũalib9 pduxisse. Cũ enĩ gaudiũ sit i celis de quolib9 peccatore cõuerso. multo magis putandũ est p tãte virginis exultatione et glĩa qͣ exultatio sit in supernis. Cuius nimirũ festiuitas oĩm supnorũ est gloriatio. celicolarũqȝ congratulatio. presertim quia ei9 celebritas laus et fauor est saluatoris. Unde credimus qͣ nõ hunc tm̃ diem solennẽ ducũt p ei9 amore annuũ: verũetiam continuũ et eternum iocũditatis et leticie. venerationis et obsequij cum omni tripudio amoris et gaudij. Nec immerito oĩs illa celestis ciuitas congratulaf et veneraf matrẽ cui9 spãdo:at filiũ regẽ. ante quẽ tremũt ptãtes et curuaf omẽ genu. Quã si diligẽter aspicies nihil vtutis est. nihil speciositatis et glĩe qd nõ in ea resplendeat. Et ideo si placet talis et tanta vgo. placeat et opus vtutũ ei9. Cuius vita oĩm ẽ disciplina. cui9 mores instituta sunt oĩm ecclesiarũ. que precellit cunctis. et supeminet vniuersis. Propterea quecunqȝ vgo sibi ab ipã optat premiũ et iplorat auxiliũ. debet ei9 imitari exemplum. Unde et Bern. in sermone assumptionis dicit. Preciosum hodie mun9 terra nostra direxit in celũ. vt dando et accipiẽdo feliciamicitiarũ federe copulenf humana diuinis. Illo enĩ ascendit fructus terre sublimis: vnde data optima descendũt. Ascendens in altum vgo sancta maria: dabit quoqȝ ipsa dona hoĩbus. Siquidẽ nec facultas ei deesse potest nec volũtas. Regina celorũ misericors est mater vnigeniti dei. Nihil enĩ sic potest potestatis eius seu pietatis magnitudinẽ cõmẽdare. nisi forte aut nõ credif dei filius honorare matrẽ. aut dubitare quis potest oĩno affectuz i charitatis transisse marie viscera in qbus dei charitas nouem mẽsibus corporaliter reqeuit. Et hec qdẽ pter vos dixerim fratres. vt tñ interim sileã bñficia que p ipius glorificatiõe psequmur. Si ea diligim9 gauderemus vtiqȝ quia vadit ad filiũ. nisi forte qd absit inuentrici gratie oĩ modis inueniamur ingrati. Quem enĩ in castellũ mũdi huius intrantẽ pri9 ipsa susceperat. ab eo suscipif hodie sanctã ingrediens ciuitatẽ. Sed cum quanto putas honore. cum quãta exultatione. cum quanta gloria? Nec in terris locus dignior virginalis vteri templo in quo dei filium maria suscepit. nec in celis regali solio quo btãm mariã hodie filius sublimauit. Deuetus quoqȝ Ansel. in quodã sermone ait. cũ xps matrẽ in regnũ suũ assumere et ei magnificentiam glorie decreuisset ostẽdere. cuius apparatoris dignitatis et honoris apparatib9 intendebat tota curia angelorũ. quib9 vocib9 sit assũ exultationis atqȝ salutis resonabãt vniuersa tabernacula antiquorũ patrum ipsi curie tunc nup associatorum? Certe crediderim oĩes illius patrie ciues festiuiori solito et sublimioris decoris nitore ad aduentũ matris dñi sui ppãrari. ac noua qdã et ineffabili iocũditatis grã pro tãte rei expectatõe cõiubilare. Et qd mecũ? Ipse enĩ iesus deus et dñs oĩm illius ipsius castissime virginis: et domine rerũ. et sicut vnice mri sue totus festiuus occurrere voluit. ne aliquis de familiaribus suis se a tãti gaudij immẽsitate subtraheret. Utiqȝ moris inter hoĩes esse scitur. vnũquẽqȝ bonũ seruum cuiuscunqȝ prepotẽtis dñi. eo maiori gaudio in aduentu amici sui exultare quo ipsum dñm suum cognoscit aduentãtẽ amicũ magis amare. Cum vo de aduentu parentũ dñi. sui agif de quorũ speciali dilectione nullis vlla dubitatione tenef. Ille nimirũ magis felicez se estimat qui maiori iubilo et festiuiori occursu leticie frena relaxat. Si ergo hec ita se habent apud hoĩes. quibus si q̃ bonitas est lõge tam supnorũ ciuiũ bonitati ĩpar est. cõtemplef anim9 quoad potest q̃ gaudio. quia festiuitate. qbus cõcentibus iubilabant oĩs beatorũ spirituũ ordines quando et vnicã matrem dñi sui adductare. et ipm dñm deum suum ei videbant oĩ gloria sua decoratuz velle occurrere. Stipatus itaqȝ

Z Quãtõ honorẽ appara[tu] vgo assũpta

mille milibus: immo innumerabiliũ angelorũ agminib⁹ deus ipse huic piissime mri sue de hoc mũdo migranti occurrit. eamq₃ sup oẽs celos exaltatã cũcte secũ creature perenni iure dominaturã in throno glorie collocauit. O dies tãti occursus gloriosa. O felix dies tã p̄clare exaltationis. Beata z celebris dies tam sublimis glorificatiõis festiua z oĩ seculo admirabilis. Dies enim illa non solum te dñam ineffabiliter sublimauit. sed etiã ipm celuз quod penetrasti. necnõ z cũctã que in eo sunt noua z inestimabili gloria decorauit. Noua quidẽ gratia celum decorauit. qua priores gloriã ei⁹ ex p̄sentia tua vltra q̄ dici possit aut cogitari magnificauit. Nam tu dña illuc ascendens nouã illud ac p̄cellenti virtutũ tuarũ dignitate irradias. Immẽsaq₃ miseratio-nũ z gratiaꝝ tuarũ luce perlustras. Eadeз quoq₃ dies tui ascensus eos qui ciues celi ab initio creature esse meruerunt solito se fruiori exaltationis gaudio induit. Quia nãq₃ p gl'iosum fructũ fecũde virginitatis tue vidẽt semiruptã ciuitatẽ suã reintegrari. Et in tuo aduentu p quẽ tantũ bonum meruerunt gaudij sui magnitudo iure debuit augmentari. Terrã etiam dies exaltationis tue o beatissima feminarũ mira gr̃a irrigauit quia dũ te quã de se z in se aliorũ hoim lege p genitaз nouit. vsq₃ ad creatoris oĩm thronũ exaltari recognoscit antiq̃ maledictionis penã quã in pctõ primorum filioꝝ suoꝝ se merito excepisse sciebat iam per tãte bñdictionis tue abũdantiã se euadere indubitãter credebat. Quid amplius dicere possum dña. Immẽsitatẽ q̃ppe gr̃e z glorie tue cõsiderare cupienti sensus deficit. lingua fatescit. Quẽadmodũ em̃ oĩa q̃ in celo sunt per glorificationẽ tuã ineffabiliter decoranť. ita p eandẽ glorificationem cũcta que in terra subsistũt mirabil'r sublimanť. Singula nempe que p tuã beataз z integerrimã virginitateз deum suũ quem non cognouerãt agnoscere z cognitum colere atq₃ amare meruerũt. Immẽse dignitatis decus receperũt quãdo te sup omes celos ascendere ac ĩ dextera dei sui bñdicti filij tui exaltari cognouerũt. In eo etiam didicerũt se eidẽ deo suo totũ debere quod sunt. quãdo tu que inter illa z de illis vna fuisti tantã dignitatis eminẽtiã meruisti. Nihil igitur iã ad idolis hoies aut vlle alie reruз speciẽ idoloꝝ cultoribus se debere intellexerũt. quãdo z singulares autorẽ sui ex castissimo vtero tuo ad restitutionẽ p̄me creationis sue p genitũ susceperũt. Et te p quã amissam dignitatẽ suã recuperauerũt omni creature tã sublimiter p̄poni intellexerũt. Quas igiť laudes quas ve gratiarũ actiones nõ solũ humana. sed etiã omnis creatura huic sacratissime virgini d3. Purissima nãq₃ sanctitas atq₃ sanctissima puritas piissimi pectoris eius. omneз omnis creature puritatẽ. seu sanctitatẽ incomparabili sublimitate trãscẽdens hoc p̄meruit vt opatrix perditi orbis dignissime fieret. Unde q̃d laudis p tã ineffabili bono. ipse p eam reparat⁹ mundus ei iure debeat cor alicui⁹ sub carne mortali viuẽtis estimare nullaten⁹ sufficit. Utiq₃ cũcta q̃ deus fecit z vtiliter bona in eo statu quo condita fuerunt esse destiterũt. sed p hanc beatissimã v'ginẽ in statũ p̄stinũ restituta sunt. Sicut ergo de⁹ sua potẽtia cũcta patrando pater est z dñs oĩm. ita btã maria suis meritis cũcta reparãdo mater est z dña rerũ. Deus em̃ est dñs omniũ singula in sua natura p p̄ria iussione cõstituendo. z maria est dña rerum singula cõgenite dignitati per illam quem meruit gr̃am restituẽdo. Et quẽadmodũ deus ex sua substãtia genuit eum p quem cunctis originẽ dedit. ita Maria de sua carne pepit illũ q̃ in decorẽ p̄rime creationis oĩm cũcta restituit. Iteз sicut nulla rerũ spẽs nisi p dei filiũ facta subsistit. ita lex debite dãnationis nemineз deserit nisi quẽ ab ea fili⁹ marie absoluit. Quis igitur ista recto sensu z corde sincero perpendens plene pcipere queat excellentiaз dñe hui⁹. p quã tã ineffabili gr̃a. z tã inestimabili erectione erect⁹ est mũdus. Quis inquam mirã z oĩ rei p̄ter hãc inauditam mulieris istius gr̃am oculis mẽtis aspiciẽs non obstupescat. z nõ modo elinguis. verũ etiã tãte rei cõp̄hensione prorsus imunis fiat? Quapropter ea q̃ nobis ĩpenetrabilia sũt interemittẽtes precib⁹ impetrare nitamur vt qð itellectu cape neq̃mus salutari effectu obtinere mereamur. Ascendat igiť fidelis anima in mẽtis speculam: z quantũ potest videat in quãta sublimitate locata sit dña nostra. Q̃ris natura a deo est facta. z de⁹ est ex maria factus. Deus oĩm factor se ex maria fecit: z sic cũcta refecit. qui potuit oĩa ex nihilo facere noluit ea violata sine maria reficere. Deus igitur est. pr̃ rex

Totiens clama z celebris toni⁹ ser mo[n]es In sermi

creatarū ⁊ maria est mater rerū creatarū.
Deus illū genuit per quem sunt oīa facta.
⁊ maria illuz genuit per quem sunt oīa re-
fecta ⁊ saluata. Per has ergo rōcinatiōes
impossibile est vt aliquis homo ad eam cō
uersus ⁊ ab ea respectus damnetur. quia
ipa genuit eum ꝑ quem mortua reuiuūt. ⁊
ꝑ quē hoīes ex peccato saluātur. Et qꝛ non
est iustificatio nisi quaz ipsa in vtero fouit
nō est salus nisi quā ipa peperit. Ipa ergo
est mater iustificātis ⁊ iustificatorū. Ipsa
mater saluātis ⁊ saluādoꝝ. Igiẜ mater dei
qui solus damnat. qui solus saluat. quem
solū timemus. in quo solo speramꝰ est mr̄
nostra. iudex ⁊ saluator nr̄ ē frater noster.
Quomodo ergo desperemus cum salus siue
damnatio ex boni fratris ⁊ pie matris pē-
deat arbitrio? Nūquid sustinebit bonꝰ fra
ter puniri fratres quos redemit? Bona mr̄
damnari filios suos quoꝝ ipa redēptorem
genuit? Dulcis mater rogabit dulcez filiuz
suum pium fratrē nrm filiū ꝓ filijs vnige-
nitū ꝓ adoptatis. pius filiꝰ audiet libēter
A ꝓ filijs. vnigenitus pro his quos adopta-
Horta- uit. dominꝰ ꝓ his quos liberauit. hec ille.
tur lau Exultemus ergo etiā nos cum celicolis ⁊
dare vir creaturis vniuersis ꝓut possumus. ⁊ talez
gines ⁊ ac tantā virginē matrēq piissimam ꝓ nr̄o
exulta- modulo laudare studeamꝰ. Ad qd̄ nos hor
re de eiꝰ taẜ Hiero. vbi. s. di. Hodie gloriosa semꝑ
assum- virgo maria celos ascendit. rogo gaudete:
ptione quia ineffabiliter sublimata cū xpo regnat
in eternū. Regina mūdi hodie de terris ⁊
de pn̄ti seculo nequā eripiẜ. Iterum dico
gaudete. qꝛ secura de sua imarcescibili glo
ria ad celi iam ꝑuenit palatium. Exultate
inquā ac gaudete ⁊ leteẜ oīs orbis. quia
nobis hodie oībus interuenientibꝰ eiꝰ meri
tis salus aucta est. vobis quoq diligētibꝰ
eam honor ⁊ virtus amplioꝛq prestatur ⁊
grā. Idcirco dilectissimi letamini ⁊ exulta
te: quia si deū ore ꝓphetico in sanctis eius
laudare iubemur. multo magis euz in hac
celebritate beate vginis mr̄is eiꝰ oportet
cuz hymnꝰ ⁊ cāticis diligētius extollere.
⁊ dignis deo iubilare ꝑconijs ac mysticis
honorare muneribus. Nulli eīm dubiū est
qn totū ad gl̄iam laudis eiꝰ ptineat qcq̄d
digne genitrici sue impēsum fuerit ac solē
niter exhibitū. Propterea hortor vos ⁊ cō
moneo in hac sacra solennitate genitricis
dei marie nolite cessare a laudibꝰ. ꝙ si vgo
es gaude. qꝛ meruisti esse et tu qd̄ laudas

tātū cura vt sis q̄ digne laudare possis. ꝙ
si continēs es ⁊ casta venerare ⁊ lauda. qꝛ
nō aliunde cōstat vt possis esse casta q̄ ex
grā xpi que plenissime fuit in maria quam
laudas ꝙ si coniugata certe es aut pecca-
trix nihilominꝰ ꝯfitere ⁊ lauda. qꝛ ide oibꝰ
misericordia ꝓfluit ⁊ grā vt laudent. Et
q̄uis non sit speciosa laus in ore pctōris:
noli cessare a laude. quia inde ꝓmittiẜ tibi
venia vnde ⁊ oībus vt laudes. Alioqn nisi
iuxͣ modulū ingenij nostri deū in sctis suis
laudare studeamus quō eū s̄m ꝙ caninꝰ
iuxta multitudinē magnitudinis eiꝰ lauda
re poterimus? Omnino hoc pretermitten
dū nō est qd̄ impleturi sumꝰ quādoq s̄m
ꝙ dt. Beati qui habitāt in domo tua dn̄e:
in secula seculoꝝ laudabūt te. Oēs ergo
pariter festiuitatē gl̄iose semꝑ vginis ma-
rie deuotissime celebremꝰ. quia hec ē dies
ꝑclara in qua meruit exaltari suꝑ choros
angelorū. ⁊ ꝑuenire vltra q̄ nr̄e hūanitatꝭ
est natura. vbi nō substātia extolliẜ. sꝫ gl̄ie
magnitudo mōstraẜ. cū eleuaẜ ad dexteraꝫ
patris. vbi xp̄s introiuit ꝓ nobis pontifex
factus in eternū ad celi palaciū. Hec ī quaz
est pn̄tis diei festiuitas. in qua gloriosa et
felix ad ethereū ꝑuenit thalamū. Que ꝑfe
cto festiuitas sicut ⁊ vgo incōparabilis est
ceteris vginibus. ita ⁊ incomparabilis est
omniū sanctoꝝ festiuitatibus ⁊ admiran-
da etiā vtutibus angelicis. Propter qd̄ ex
persona supernoꝝ ciuiuz in eius ascēsione
admirās spūssanctus. ait in cāticis. Que ē
ista que ascēdit ꝑ desertū quasi virgula fu-
mi ex aromatibus? Et bene quasi virgula
fumi. quia gracilis ⁊ delicata quia diuinis
extenuata disciplinis. ⁊ concremata intꝰ in
holocaustū incēdio pij amoris ⁊ desiderio
charitatis. vt virgula inqt fumi ex aroma-
tibus. Nimirum qꝛ multis erat repleta vir
tutum odoribus. manāsq ex ea fragrabat
suauissimꝰ odor etiaz spiritibus angelicis
hec ille. Beatꝰ vo Ansel. vbi. s. rogat bea B
tam virginem sic exaltatā dicens. Cogita Depca
quesumꝰ ⁊ recogita apd̄ te piissima mater. tio An-
quia nō ad dānanduz. sed saluandū pecca sel. ad
tores cōditor noster factus est homo ex te. beataz
Cur itaq non iuuabis nos pctōres que in virginē
tantā celsitudinē es ꝓpter nos eleuata. vt pro nr̄a
te dn̄am habeat. ⁊ venereẜ tota pariẜ crea salute;
tura? An ideo vtrū pereamus amplius nō
trē sibi. ⁊ toti celesti curie dedit. In q̄ qdem
apparet ꝙ magnus ⁊ excelsus dñs humi/
lia respicit. Et iō respexit humilitatē ancil/
le sue. vt ex hoc eū magnificēt oēs gñatio/
nes angelice ⁊ humane. Quia sicut magni
ficētia diuine vtutis ⁊ imperiositas ī hoīe
xpo resplendet. Sic viscerosa tenera et ma/
terna magnificētia pietatis in christi ma/
tre splēdescit. Et hoc quidē intātū ꝙ sicut
xpus spūaliter est genitus ⁊ cōceptus ī cor
de vniuscuiusꝗ beati vel iusti. Sic exēplo
naturalis matris filij dei oēs in ipm vt ve/
rum filiū inardescāt. Hec aūt matris ma/
gnificētia ampli⁹ magnificat deū ꝙ omnis
creatura alia simul sumpta. Uñ merito ele
uata dr sup celos. i. sup angelos vniuersos
hec ille. Decimā excellentiā que dicit fa G
mulationis ponit sanct⁹ Bernardinus vbi
s. di. Tot creature seruiūt gloriose Marie.

virgini. quot seruiūt trinitati. Oēs nēpe cre/ature quēcūq3 gradū teneāt in creaturis. si ue sint spirituales vt āgeli. siue rōnales vt hoīes. siue corporales vt corpa celestia vel elemēta. et oīa q̄ sunt in celo et ī terra. siue dannati. siue beati. q̄ oīa sunt diuino impe rio subiugata gl'iose virgini sunt subiecta. Ille em̄ q̄ fili⁹ dei est ꝛ virginis bn̄dicte. vo lēs vt sic dicā. paterno principatui q̄ddāmō principatū cōparare maternū. Ipse q̄ deus erat matri famulabaꝫ in terra. vn̄ Luce. ij. scriptum est de virgine ꝛ gl'ioso Joseph. Et erat subdit⁹ illis. Preterea hec est vera. Di uino impio oīa famulanꝫ ꝛ virgo. Et iterū hec est vera. Impio virginis oīa famulanꝫ ꝛ deus. Undecima excellentia ei⁹ dr̄ suc/cessionis. de qua idē sanct⁹ vbi. s̄. inq̄t. Le/ge successionis ꝛ hereditario iure tot⁹ vni/uersi debeꝫ beate virgini primat⁹ et regnū. Quāuis aūt bn̄dicta virgo post filium fue rit nobilior psona q̄ fuerit vel futura sit in orbe terraꝝ. Tante etiā pfectionis ꝙ etiā si nō fuisset mater dei: nō min⁹ debuisset esse dn̄a mūdi. Tamen ƀm leges q̄bus regitur mūdus. iure hereditario oēm mundi hui⁹ ꝯmeruit pncipatū ꝛ regnū. qꝛ fili⁹ eius in primo instāti sue ꝯceptionis monarchiam ꝯmeruit ꝛ obtinuit vniuersi: sicut ꝓpheta testaꝫ di. ps. xxiij. Dn̄i est terra ꝛ plenitudo eius ꝛc. Ex iure ergo conceptionis filij dei virgini incūbebat totū illud ꝓcurare ꝛ ad ministrare qđ extūc filio datū est. vsq3 ad etatē legitimā filij sui. sicut ipsius diligens nutrix ꝛ tutrix ƀm ꝙ volunt infra. de q̄ tra/ctaꝫ. C. qn̄. muli. of. tuto. vti possit. in auꝫ. matri ꝛ auie. ꝛ ibi Cynus ꝛ Bar. ff. testa. tu. l. si q̄s sub ꝯditione. ꝛ specu. in ti. de tuto. §. nūc dicendū. ver. vt aūt. ꝛ ibi Jo. and. in additionib⁹. Sequiꝫ aūt sanct⁹ Bernadi/nus vbi. s̄. Nec tn̄ est mirū si tā generosa re gina administrandi orbē curā omiserit. pri/mo qꝛ femina. scd̄o qꝛ puella. tertio qꝛ vir/go verecunda. quarto qꝛ paupcula. quinto qꝛ cure filij dei et sue erat totalr̄ dedicata. sexto qꝛ nō credebaꝫ mr̄ dei. nec recipieba/tur vt orbis dn̄a. sicut nec fili⁹ ei⁹ q̄ vitā to tius orbis ꝛ mores ordinabat. ꝛ tn̄ non est vt de⁹ agnitus nec vt orbis rex ꝛ heres rece ptus. vnde Jo. j. dr̄. mūdus p ipsum factus est. ꝛ mūd⁹ eū3 nō cognouit. ꝛc. Sciēs igiꝫ mater in filio vim latētis diuinitatis curā administrādi rempublicā3 dereliq̄t. At vbi honeste poterat ꝓ posse exeq̄baꝫ, sicut ptꝫ Jo. ij. ꝙ in reipublice solatiū ꝛ augmentū vinū in nuptijs postulauit. Ac dolens que rebat filiū ne mūdus pdidisset dn̄m. Quin immo cū3 fili⁹ ei⁹ vnicus moreretꝫ in cruce. cū nec vllum habuisset in terris qui de iure succederet ei mater eius ƀm oīa iura succes sit. ac ꝓ hoc pncipatū oīm acq̄siuit. Succes sionē aūt hāc nusq̄ legim⁹ reuocatā. sed di uino munere opante. ꝛ grā virginis impe/trante. cernimus expssius elucidari q̄tidie dum eam dn̄am ꝛ reginā oīm pdicam⁹. De monarchia aūt vniuersi nunq̄ xp̄s testat⁹ est eo ꝙ sine matris piudicio nequaq̄ po/terat fieri. Insup nouerat ꝙ pōt maꝫ irri/tare filij testamentum si in sui preiudicium sit cōfectū. Itē pōt accusare vt inofficiosū3 vt ptꝫ per glo. in. l. cū filius. ff. de inoffi. te. Sequiꝫ aūt pdict⁹ sanct⁹ ꝯcludēs ꝛ di. Ex his oibus apertissime claret ꝙ mater iesu Maria hereditario iure oīm q̄ sunt infra deū3 hꝫ regalē dn̄ium. ꝛ inclytū obtinet pn cipatū. Duodecima eius excellētia dr̄ di spēsatiōis. de qua sanct⁹ Bernard. vbi. s̄. ait. A tpe quo virgo maria concepit in vte/ro verbū dei quādā vt sic dicā iurisdictionē seu autoritatē obtinuit ī oī spūsancti pro/cessione tpali. ita vt nulla creatura aliquā3 a deo obtineat grā3 vl' virtutē nisi ƀm ipi⁹ pie matris dispēsationē. Hinc Bern̄. deuo tissimus ait. Nulla grā venit de celo ad ter rā3 nisi trāseat ꝑ manus marie. Et Hiero. ī ser. de assump. inq̄t. In xp̄o. fuit plenitudo grē sicut in capite influente. In maria vo si cut in collo trāsfundente. vnde. Can̄. vij. de virgine ad xp̄m Salomō ait. Collum tuū3 sicut turris eburnea. Nā sicut ꝑ collū vita/les spūs a capite descēdunt in corpus. sic ꝑ virginē a capite xp̄o vitales grē ī ei⁹ corp⁹ mysticū trāsfunduntꝫ. vnde iste est ordo di/uinaꝝ gratiarū deflux⁹ vt pri⁹ a deo influāt in xp̄i aīam benedictā. Deinde in aīam vir ginis mrīs. Deinde in seraphin ꝛ sic succes/siue ī alios ordines angeloꝝ ꝛ sctōꝝ. Demū ī ecclīam militantē. Cū em̄ tota natura di/uina totū etiā posse scire ꝛ velle diuinū3 in tra virginis vterum extiterit clausū3. nō ti meo dicere ꝙ oīs eflux⁹ grārū quandā iu/risdictionē habuit hec virgo de cui⁹ vtero q̄si de quodā diuinitatis oceeno riui et flu mina emanabāt oīm graꝝ. Reuera mater nitas dei hāc in mūdo naturali iure obti/nuit dignitatē vt regina mie sicut pdictum est merito nuncupeꝫ, et hoc ꝑpter filij ma

Maria lege suc cessiōis mundi dn̄a.

Maria omniū graruꝫ dispen satrix.

gnificentiā q̄ est rex regum τ dñs dñantiū. Reperio nāq; in rege nr̄o xp̄o duas digniſſimas dignitates. videlicet φ ſit etern⁹ de⁹ genit⁹ ab eterno. τ eternū ꝑducat. eo φ ſpiritūſanctū ſpiret τ ipſe clauſus in virginis vtero ī eternitate a deo patre deus gnabatur etern⁹. Et in eadē eternitate ipſe ī ventre matris deū iſpirabat τ ꝑducebat. Iſtā filij dignitatē. ſ. φ ſit gñat⁹ a deo: tā īfinito mō virgo benedicta participat vt ieſus nō dicaſ veri⁹ filius dei φ̄ filius virginis. nec maior. nec minor quoad diuinitatē. nec dignior eſt dei fili⁹ in throno paterno ſedens veſtit⁹ claritate quā habuit anteφ̄ mūdus fieret. φ̄ pannis paupib⁹ inuolut⁹. τ intra fenū in pſepio reclinat⁹. Et q: beata virgo eſt mater talis filij que ꝑducit ſpūſanctuȝ idō oīa dona virtutes τ grē ipſius ſpūſancti quibus vult. qñ vult. quō vult. et quantuȝ vult. p man⁹ ipſius adminiſtranſ. hec ille. Sȝ de hac excellentia etiā diceſ i. xxij. excel
R lētia. Tertiadecima excellentia ei⁹ dicit cō
Maria ſummationis. de qua idē ſanct⁹ vbi. ſ̄. inqt
oim pfe Oēs mūdi naturas τ pfectiōes vltima ſua
ctionuȝ pfectione virgo ſacra cōpleuit. Tȝ em̄ deus
cōſum in mūdi creatione nihil ꝑduxerit imperfe
matrix. ctū. ſed oīa perfecta. ſicut eoꝝ exigebat natura. tn̄ vltime pfectiōis ꝯſummatio vſq; ad partū virginis dilata eſt. et ſoli virgini reſeruata. Oīa nāq; entia vnū ens nobiliſſimū appetebāt. viuētia vnū nobiliſſimum viuēs. Cōceptiones nobiliſſimum cōceptū Natiuitates optimum naſcibile. Rōnalia ſingulariſſimū rōnale. Spūalia excellētiſſimū ſpūale. Et breuiter oēs creature appetebāt vnū quoddā purū creatū. Quis aūt ſic exiſtentibus pfectis. ꝓuiſum eſt mundo de vna femina ſup oēs bñdicta q̄ vnico ſclo partu oibus generib⁹ rerū ſummā τ vltimā pfectionē adduxit. Aduerte diligens aīa φ hec benedicta puella tātam pfectionem attulit vniuerſo φ vlterioris pfectiōis nō eſt capax. Nec de⁹ pōt ordinata poteſtate ipm pficere vlteriori pfectione. immo ſi ipſe pater vel ſpūſctūs de femina naſcereſ nihil accreſceret orbi. Quia quicq̄d nobilitatis quicq̄d deitatis. et quicq̄d eternitatis eſt: totū in orbe diffuſum eſt. τ ꝑductū p virginem in illo eterno ſuppoſito qō generauit beata virgo. Nec virgini magnū eſt φ perfectionibus orbis vltimā pfectioneȝ adduxit eū τ ipſi vniuerſitatis autori vt ita dixerim nōnulla adduxerit. puta eterno principio inceptōis exordiuȝ. Eternitati diuine tēporalē periodū. Infinitati immenſe quātitatem corporeā. Speciei eterne pulchritudinē nouā p q̄bus ſcriptū eſt. Oīs conſummatiōis vidi finē qui. ſ. eſt btā virgo maria hec ille. Quartadecima excellentia ei⁹ dr̄ coronis. de q̄ inqt ſanct⁹ Bernardin⁹ vbi. ſ̄. Z
De carne virginis benedicte τ in parte corporis ei⁹ preciſa ꝯſiſtit. pficiſ τ terminaſ totū decus τ pondus ſacramētoꝝ eccłie dei. Certū eſt em̄ φ oīs inſtitutio ſacroꝝ et oīa alia ſacra tanφ̄ in vltimū finē: ad ſacramētū oīm ſacramentorū excellentiſſimū ſcȝ eucbariſtie ordinanſ qō q̄dē ſacr̄m conficitur dū pannis in corp⁹ xpi conſecraſ. qō ipa virgo benedicta de ſuis puriſſimis ſanguinibus generauit. Quintādecimaȝ excellētiā AA
ponit idē ſanct⁹ Bernardinus vbi. ſ̄. q̄ appellaſ retributiōis ſic di. Sola bñdicta virgo maria plus fecit deo vel tantū vt ſic dicā quantū fecit deus toti generi humano. De hoc aūt dixi in ſexta pte ꝑncipali ſer. ij. parte. iij. S. vide ibi. Sextamdecimā excellētiam eius q̄ dr̄ incōphenſibilitatis. ponit idē ſanct⁹ vbi. ſ̄. di. Sicut diuine perfe n
ctiōes oī intellectui icōphēſibiles ſunt. ſic Diuina
pfectiōes graꝝ q̄s virgo ſuſcepit ī ꝯceptiō e gratiaruȝ
filij dei ſoli intellectui diuino τ xp̄o ac ſibi marie
cōprehēſibiles extiterūt. τ quidē φ de⁹ ge pfectio
neraret deū nulla req̄rebaſ ī deo diſpō. cuȝ incom
ei ex natura ꝯueniret vt p viā intellect⁹ ꝑ prehen
duceret verbū p oīa ſibi eq̄le. Immo impoſ ſibilis.
ſibile eſt φ nō generet deū ꝑpter ſuaȝ fecūditatē. ſȝ φ femina cōcipet τ pareret deum eſt τ fuit miraculū miraculoꝝ. Optuit em̄ vt ſic dicā feminā eleuari ad quandaȝ quodāmodo equalitatē diuinā p quandā quaſi infinitatē pfectionū τ graꝝ. quā eq̄litatem nunφ̄ creatura expta eſt. Vn̄ credo φ ad illā abyſſum impſcrutabilem oīm chariſmatū ſpūſctī q̄ in beatā virginē deſcenderūt ī hora diuine ꝯceptiōis intellect⁹ angelicus vel human⁹ nunφ̄ potuit attingere. qō declarās angel⁹ gabriel Lu. j. cū ab eo q̄reret btā virgo di. Quō fiet iſtud τc. rñdit ſe tātū myſteriū ignorare di. Spūſctūs ſupueniet in te τc. q̄ſi diceret. qō a me q̄ris ignoro. ſȝ eterne ſapie autor q̄ ſibi ſoli hoc altiſſimuȝ O
myſteriū reſeruauit te p illuminatiſſimam Mfnie
experientiā edocebit. hec ille. Decimaſe tatis grai
ptima ei⁹ excellētia dr̄ ꝯfirmitatis quā po d⁹ ipo
nit etiā ſctūs Bernar. vbi. ſ̄. di. Aīa xp̄i. et confor
xp̄s inquātū homo trāſcendit oēm ordineȝ mis eſt

pure creature seu create nature'. Grad⁹ aūt mris ɔfo:mis est ipsi homi xpo cui⁹ huma natio intātū trāscendit oēm ordinē prime ɔditionis. q est oīno extra ⁊ sup:a integritatē ordinis vniuersi. ⁊ ppterea nō potuit ptineri ab vniuerso. Sed dignitas maternitatis dei sic opi incarnatiōis ɔnexa est q oīno alit nō potuit dari. Un̄ eccl'ia ad virginē ait. Quē celi cape non poterat tuo gremio ɔtulisti. Hinc etiā ipa btā virgo Eccli. xxiiij. inqt. Gyrū celi circuiui sola. Igit huius mr̄nitatis atq₃ mr̄ne dignitatis ordo est sup totalē integritatē pmi ordīs vniuersi. Et p ɔñs sup totalē itegritatē āgelicoꝝ ordinū atq₃ hierarchiaꝝ. Un̄ Ber. in quodam smone ait. O venter capacior celis lōgiusulior terris. latior elemētis. q illū cōtinere valuit quē tot⁹ mūdus cōprehēdere nō potuit. et q trib⁹ digitis molē terre appēdit. Decima octaua ei⁹ excellētia pōt dici tranqllitatis de q inqt idē sctūs vbi.s. Xpi filialis aspect⁹ ad mrem singularissim⁹ ⁊ amorosissim⁹ ac trāscēdētissim⁹ esse deb₃. ita q totā celestē curiā simul sumptā pter matrē nō deb₃ aspicere sub tali reuerentia. nec sub ordine talis aspectus seu amoris. Quanto aūt dei aspect⁹ altius fertur in aliquē btōꝝ fortius ⁊ altius p btitudinē se impmit illi. et tanto altius suscipit et conspicit ac acceptat ab eo. Igit inexplicabile est sub quāta altitudine ⁊ latitudine et glie intimitate dei filius se ingerit sue matri. Et confimilr sub quāta altitudine. latitudine. ⁊ intimiditate suscipit ab eadē. Talis aūt dei ad eos fixio glie in hmōi aspectib⁹ btōꝝ. eoꝝ sit quidem glie sedes est. vñ antedict⁹ aspectus dei ad matrem sua regia sedes est. Et eius in eo sessio seu fixio ē eius regal' et gl'iosa corona vñ Hiero. in smone assumptionis ait. Non est in cel' sublimior locus regali solio q maria marie fili⁹ sublimauit. Decimanona excellentia ei⁹ dr̄ capacitatis de qua idē scūs vbi.s. ait. sm Dionysiū in regno celorum oīa inferioꝝ dona in superioribus in tanta pexcellentia sunt. q q̄si nulla cōparatio est nisi sicut ē circūferentia ad suū centrū. Cū ergo btā virgo supra oēm ordinē sit in tantū q se facit ordinē incōicabilē sicut predictū est. sequit q sup iferiores oēs ordines tam angeloꝝ q hoim simul sumptoꝝ. ipsa improportionabiliter ē plata. Et quicqd ē glie in oī inferiori glificata natura tā angelica q hūana, et multo pexcellentius est in virgine mr̄e dei. Nec dubiū hoc reddat alioꝝ beatoꝝ multitudo nūerosa et magna q: hoc nihil facit ad rē maioris glie essentialis seu substātialis. nā in spūalibus illō maius qō ē melius reputat. vñ pl⁹ de substātiali glīa est in vno seraphin q sit in oībus inferioribus āgelis si p impossibile hmi numerū mltiplicarent in infinitū. Sup addendū quoq₃ est q nullus īter puras creaturas ordo in celis tantū supat ordinē immediate sibi cōiunctū quantū glia matris dei supat oīe qō ei inferi⁹ est. Et ad hanc intelligentiā manuducere pōt cōsideratio graduū ⁊ ordinū ecclesiasticoꝝ. Nā quicqd possunt ordines inferiores. pōt etia₃ sacerdotalis gradus. et incomparabiliter plus. Sicepos sup sacerdotes. ⁊ papa super eꝫ oēs Idē q₃ intelligi valet in corpalib⁹ vniuersi. Nam oīa supiora ptinēt oīa inferiora. et etia₃ pl⁹. Et similr in gradibus glie infinita sapia dei plenissime ordinauit. Na₃ sm apostolū ad Ro.i. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea q facta sunt intellecta cōspiciunt. i. conspecta intelligunt. hec ille. Uigesima eius excellētia dicit vnionis. quā idē sanctus vbi.s. sic declarat dicens. Quāto btī magis vniunt cū deo: tanto gl'iosiores fiūt in eo. Oēs autē creature simul iuncte nō tantū vniunt deo quātum sola btā ͮgo. Ad cuius intelligentiā notādū est q sex sunt ascēsus seu grad⁹ vnionis in deū quib⁹ creature in eu₃ gradatim ascendūt. prim⁹ est creationis. scōs cognitiōis. terti⁹ dilectiōis. qrt⁹ glificatiōis. qntus maternalis cōceptiōis. sext⁹ psonalis vnionis. Primus aūt vnionis ascensus est creatiōis. i. per participationē essendi per quā entia cōiungunt deo vt cause efficienti ⁊ finali. Scōs sc₃ cognitiōis fit per vim cognitionis siue intelligēdi. p quā intellectualia vniunt deo vt subiecto intelligibili per gratia₃ fidei qua vniunt ei vt supernaturali credibili. Tertius sc₃ dilectionis fit p donum gratificātis amoris. per quod vnimur deo tanq amico ⁊ amato. Quartus sc₃ glorificatiōis fit per visionē ⁊ fruitionem glie sempiterne per quam anima vnit deo vt obiecto beatificato facialr viso Quint⁹ sc₃ maternalis conceptionis fact⁹ est in incarnatiōe verbi per quā btā virgo facta est mater dei ita vt vna atq₃ eadem esset caro ͮginis ⁊ caro xpi nō considerata in xpo diuinitate ei⁹. Sextus autē scil₃

Marginalia: P — Q maria donorū ⁊ glorie capacissima. — R Sex gradus vnionis in deum.

P̄sonalis vnionis soli xp̄o cōpetit. In quo libet aūt istorū exn̄s excedit i infinitū quem libet alteri⁹ inferioris gradus. Qr inferior in sua spe infinities mltiplicat⁹ supiori eq̄ parari nō valet. qđ sic patere pōt. Primus eñi pz: qr esse in infinitum excedit nō esse. qr talia infinita nō equalent minimo puncto essendi. Scđz etiā pz. qr infinita itellectua lia itellectu carētia vni itellectuī equalere nō possunt. Tertiū etiā patz qr infideles et inimici deo non equalent vni fideli ⁊ ami co dei. Vñ Prouer. xvj. scriptū est. Melior est vn⁹ timēs deū ꝙ mille filij impij. Quar tū etiā ptz. quicqd dari pōt citra visionem dei nō equalet vni btō qr oīa simul sumpta nō facerēt vnū beatū. Quis ꝑ quāto maior gradus gl'ie. spe ⁊ meritorie ⁊ ꝑ modum se minarij in domo gl'ie cōprehendat. ⁊ quo dā modo tale bonū dici valeat. quoad ꝗd excedere inferioris gl'ie gradū. Quintū q̄z ptz nam illa vnio q̄ ē ꝑ originalē siue ma ternalē cōceptionē. transcēdit oēs inferio res in infinitū put in hac vnione siue ascē su includit maternus amor sibi correspon dens vt plenarie cōsummat⁹. qr sicut cōis amoris gradus cōsummat in gl'ia. sic ma tern⁹ dei amor cōsummat i maria. Sextū ⁊ vltimū insup ptz. nā ascensus q̄ est ꝑ pso nalē vnionē tante trāscendētie est ꝙ relīq citra ipm infinities mltiplicati nō possent illi equalere. Et loquor put i p̄sonali vnio ne icludit btificata infierio mentis p̄sona liter deo vnite. Ecce ergo ꝙ q̄ntus ascēsus vnionis in deū. s. ꝑ maternalē cōceptionē: in infinitū excedit oēs alios p̄cedētes. Ex quo manifeste apparet ꝙ quātū in p̄senti seculo talis vnio excessit alias vniones in gr̄a tantū nūc in paradiso excedit in gl'ia. hec ille. Uigesima p̄ma excellentia eius quā p̄dict⁹ sctūs tangit in ꝟbis propositis dr̄ gl'ificationis. vnde etiā ait vbi. s̄. sicut excepto xp̄o tanta gr̄a a dn̄o ꝟgini data est quanta alicui creature dari possibile erat. ita data est illi largitas gl'ie. nā in paradi so diuine gl'ie participatio ceteris quodā modo ꝑ partes dat. sed ƀm Bern̄. Btā ꝟgo maria diuine sapie ꝓfundissimā vltra ꝙ credi valeat penetrauit abyssum. vt quātū sine p̄sonali vniōe creature ꝯditio patit il li luci inaccessibili videat imersa. hec ille. Qui etiā ait. Sexti collocant in celo inter angelorū hierarchias ƀm merita sua. Ali quis eñi collocat inter āgelos. ali⁹ ꝟo iter

S Maria super oēs glorificata

archāgelos. qr magis meruit. ali⁹ aūt artius qr plus meruit. Tu ꝟo mr̄ dei dignissima vbi collocata es? An in p̄ma hierarchia. vel in scđa. vel in terra? Certe nō. sed alti⁹. Da ta est ei tibi sedes altissima ꝓpe filiū tuum dulcissimū. Et iō bn̄dicta tu sup oēs mulie res. i. sup oēs creaturas ꝓpter supradicta p̄uilegia ⁊ innūerabilia alia q̄ tibi tulit dul cissim⁹ fili⁹ tu⁹ q̄ sit bn̄dict⁹ in scl'a sclorum amē. Idē q̄z sctūs vbi. s̄. inqt. Dn̄s ait Io. xiiij. In domo p̄ris mei māsiōes mlte sunt i. ƀm glosam diuersa p̄mia meritorū. ⁊. j ad Cor. xv. dr̄. Stella a stella differt in clari tate. i. btūs ab alio btō in btitudine. Unde est aduertendū ƀm Ric. ⁊ Bonauē. in. iiij. di. xlix. ꝙ in btitudine duo cōsiderāda sunt Primo btitudis obiectū. i. increatū bonū qđ exn̄s vnū ⁊ idē ab oībus pticipat. Scđo ꝯsiderāda est ipa dispositio btōrū ꝑ quā il lud bonū clare videndo ⁊ pfecte diligendo pticipāt ipm. Ex parte igit obiecti pticipa ti null⁹ alio beatior ē. sz oēs i gl'ia sunt eq̄ les. qr idē est obiectū qđ pticipāt oēs. Sz ex pte dispōnis btōrū. vn⁹ altero beatior est qr vn⁹ alio deū clarius videt ⁊ perfectius amat. His igit p̄missis notādū ē ꝙ imensa dilectio btōrū quā inter se hn̄t multiplicat inter eos q̄si infinitū nūerum gaudiorū ƀm pfectionē diligētiū ⁊ dilectorū. Ex quo cres scūt stupēdo modo differētie gl'ie accidenta lis inter illos. Tres eñi sunt differentie in ter btōs. Quidā nāq̄ inter se in gl'ia sunt eq̄les. Quidā ꝟo alijs maiores. ⁊ alij mino res. Et ƀm Aug. sup. Iohez. inter eos nō ē aliq̄ inuidia disparis claritatis. qm̄ regnat in oīb⁹ vnitas charitatis. Et Greg. i moral inqt. Tāta vis in illa pace nos sociat vt qđ in se q̄sq̄ nō accepit. h̄ se accepisse i alio ex ultet: Una cūctis erit btitudo leticie. Quis nō vna sit oīb⁹ sublimitas vite. Et ab his oībus sic ꝯcordib⁹ honorat ꝟgo btā. Primo ei sūt q̄dā i gl'ia eq̄les. ⁊ hi duplicāt p̄dictā accidētalē gl'iā ex mutuo amore. qr i eq̄li mēsura se diligūt. ⁊ se diligere cognoscunt vn̄ q̄libet btūs de q̄libet sibi in gl'ia coeq̄li tātū gaudet quantū de semetipo. extensiue tn̄: nō intēsiue. ⁊ idē de ꝯsilib⁹ infra dicendis ƀm Rica. vbi. s̄. Scđo aūt q̄dā sunt in gl'ia maiores. ⁊ hi duplicāt sibi gl'iam accidenta lē ꝑ q̄libet q̄ in gl'ia est sibi mior. qr de gl'ia cuiuslibet illorū minorū tātū gaudēt quātū de sua propria. cum quēlibet ipsorum ƀm suā capacitatē intelligūt gl'iosum. Tertio

In btitudine duo ꝯsiderant

bo quidā in glīa sunt minores. ⁊ hi totiens duplicāt sibi gloriā accidētalē q̃tiens gloriosiores se esse cognoscūt eos q̄ ꝑpter amorē eoꝝ duplicāt gloriā suā. Nūc ergo ad ꝓpositū statuamꝰ ex vna pte itegraliter totū amorē quē hñt scti adinuicē. Atq3 ex altera pte amorem quo minor btūs diligit gloriosam ṽginē. Et credo ꝙ talis amor minimi gloriosi excedat omnē aliū amorem beatorū simul sumptū. tam angelicū q̃3 humanū nō inspiratū in beatā virginē vel i xp̄m hoiem. seu in ipsum deū. Et l3 ad hoc plures possent rōnes dari. tñ breuitatis cā q̇tuor subiūgamꝰ. Primo rōne ꝯceptionis. Talis em̄ minimus btūs clare cognoscit ꝙ beata ṽgo cu3 sit mr̄ dei plus posuit ꝑ sua salute q̃ posuerit vel ponere potuerit tota rōnalis natura simul sumpta. considerata excellētia dilectissimi filij sui q̄ fuit instrumentū sue redēptionis saluationis ⁊ glorificationis. Cōsideratis etiā ṽginis meritis ⁊ suffragijs ac exemplis. Scdo rōne compassionis. talis nēpe btūs apte itelligit ꝙ tota rōnalis natura nō sustinuit nec sustinere potuit tantū dolorē ⁊ penam ꝑ sua redēptione quantam sola sustinuit dei mater ꝯsiderata dilectione eiꝰ erga filium suum. Tātus etem̄ fuit dolor ṽginis in morte xp̄i ſm quosdam. ꝙ si in oēs creaturas q̄ pati possunt diuideret oēs subito iterirēt. Dic tñ dolor ṽtute sp̄ūssancti q̄ superuenit i eam in ipsiꝰ aīa claudebatur. nec sensitiue parti corpis. ne ante debitū tp̄s subito moreret permittebatur effundi. Tertio rōne glorificationis. Tanta est em̄ gloria ṽginis matris dei sicut ex precedentibꝰ p3. ꝙ tantū excedit in gloria naturā angelicā ⁊ humanam simul iunctā quantū circūferētia firmamēti excedit in magnitudine suū centrū cū itelligat in filio suo se quasi alterū ip̄m deitate vestitā. Quarto rōne dilectionis. Tātꝰ est em̄ amor beate ṽgis ad quēlibet minimu3 gloriosum ꝙ in regno celoꝝ natura angelica ⁊ humana diligēs aliquē iā beatū est sicut p̄dicit. quasi centrū ad circunferentiam firmamēti. vel minꝰ respectu amoris quo ipsa ṽgo gloriosa minimū beatū amat. considerato fontali principio vñ talis amor originē habet. Et ꝑpter hunc amorē virginis gaudiū duplicat dū illū beatū iuxta capacitatē suam cernit pleno et quieto desiderio gloriosum. Et sic ꝑ hunc amorē ⁊ per hunc modū ꝑ quolibet sancto multiplicat ṽgis

Maior ē amor minimi bti ad mariā q̃ oim beatoꝝ i iuicē.

gaudiū i celo. Uidens aūt minimꝰ beatus tātū diligi a virgine ꝙ ꝑpter eū tāta in ea gloria crescit. intantū inflāmat i amorē eiꝰ ac tantū letificat de gloria eiꝰ ꝙ quotiens itelligit eā se i gloria supare. totiēs de gloria eiꝰ plꝰ q̃ de gloria ꝑpria iocūdat. Si ergo minor sanctꝰ q̄ est in regno celoꝝ tantu3 a beata virgine dilectꝰ est. ⁊ tantum diligit eā necessario sequit ꝙ oēs sancti q̄ in gloria sunt maiores amplius diligant ab ea. atq3 amplꝰ ꝑ amorē ⁊ dilectionis feruorē i mardescāt in eā. Ex quo accidētalis gloria in ea ꝑpter illos. ⁊ i oibus ꝑpter illa multiplicat. Quis ergo exprimere posset infinitatē gaudij et amoris qbꝰ actiue et passiue gloriosa virgo maria hac accidentali gloria varie iocundat et honorat. Oēs aūt he differentie beatoꝝ possunt dici luna sub pedibus eiꝰ collocata: q: tantū differt eiꝰ accidētalis gloria a gloria oi3 p̄dictoꝝ quātū sol a ꝓprietatibus lune. hec sanctꝰ Bernardi.

Uigesima scda excellētia eius dr̄ commissionis. De qua sanctus p̄dictus vbi. s. ait Uarietas qua circūdata assistit ṽgo gloriosa a dexteris dei est gratiarū. q̄ sc3 nobis i hoc seculo ꝑegrinis dispēsant ꝑ eā. vñ maxime honorat. Ad hoc enim singulare officiū diuinitꝰ ab eterno electa ē. vñ ipa Prouer. viij. Testat dicens. Ab eterno ordiata sum. sc3 dispēsatrix grārū celestiū. Ut autē hoc officiū suū facilius exequi posset: ꝑpe sancte trinitatis maiestatē est in gloria sublimata. Et istud est diadema speciei ⁊ corona glorie q̄ virgo sup angelos coronat. vt intra trinitatis gloriā ipsa sola ap̄liꝰ sit euecta ac plꝰ brīssime trinitati3 diligat gloriā capiat. sentiat ⁊ fruat. q̃ ois alia pura creatura siml' sumpta. de cuiꝰ gloria post filiū pticipant vniuersi hec ille. Qui etiā ibidē exorat ipa3 beatā ṽginē exclamās ⁊ di. O femīa ab oibꝰ ⁊ sup oīa bn̄dicta. Tu nobilitas ⁊ preseruatio generis humani. Tu meriti latitudo ⁊ ꝯsummata prās omniū creatoꝝ. tu vnica mr̄ dei. tu dn̄a vniuersi regina mundi. Tu dispēsatrix oim gratiaru3 Tu consummatio vniuersi. ⁊ eccl'ie scīe decor. Tu nr̄a satisfactio digna coram largitore cunctoꝝ bonoꝝ. Tu oim virtutū bonoꝝ ⁊ gratiarū incōprehensibilis magnitudo. Tu ꝑelectū ⁊ dignissimū vasculū a primo artifice fabre factu3 essentie dei capax templum dei. Tu hortus delitiarū. tu exēplum omniū bonoꝝ. cōsolatio deuotoꝝ. ⁊ totius

T maria omniū grarū3 de dispensatrix.

salutis radix ꝛ ornamentum. Tu porta celi leticia paradisi. ꝛ vltra ꝙ dici possit gloria summi dei. Uere balbutiēdo has laudes et excellētias tuas ꝓnunciamꝰ. sꝫ tuā īmensaꝫ dulcedinem suppliciter exoramꝰ vt tu supleas benignitate tua īsufficiētias nostras vt te digne laudare possimꝰ ꝑ infinita scl'a seculoꝝ. Amen. Nos aūt dicere possumꝰ cōfirmando supradicta ꝙ beatissima ỽgo est cācellaria in celesti curia. Nam videmus ꝙ in cācellaria dn̄i pape cōceduntˀ tria generalrarum. Quedā sunt simplicis iusticie Alie sunt pure grē. ꝛ tertie sunt mixte que ꝯtinēt iusticiā et gratiā. Et ꝭm hūc modum deus in curia sua celesti habꝫ tres cancellarios. Primꝰ ē ad quē spectat dare lr̄as simplicis iusticie. Et iste est michael archangelus q̄ ꝭm picturaꝝ repn̄tationeꝫ ponderat aīas in statera. s. tā bonas ꝙ malas. vt bonis ꝭm magnitudinē bonoꝝ detˀ magnitudo ꝑmioꝝ. iuxta illud Zach. iiij. Exequabit gratiā gratie eiꝰ. Malis aūt ꝭm mensuraꝫ delicti detur mensura supplicij. iuxta illud Apoc. xviij. Quantū glorificauit se ꝛ in delitijs fuit tantū date ei tormentuꝫ ꝛ luctū. Et Prouer. xvj. Pondus ꝛ statera iudicia dn̄i sunt. Facit ad p̄dicta lex pedius. ff. de incen. rui. ꝛ nau. cum si. Scd's cancelarius ad queꝫ spectat dare lr̄as mixtas. s. iusticie ꝛ mīe est beatus Petrꝰ apostolus qui ī palatio dei est ianitor cōstitutꝰ. vbi sunt due porte. s. porta iusticie ꝛ mīe. Naꝫ per portā iusticie ingrediuntˀ illi qui saluantˀ ex operibus iusticie. per portam ỽo misericordie ingrediuntˀ illi qui saluantˀ ex sola dei mīa ꝛ gratia sine operibus. Et istā differentiam tangit apl's ad Ro. iiij. di. Ei aūt qui opatˀ merces nō imputatˀ ꝭm grāꝫ: sꝫ ꝭm debitū Ei ỽo q̄ non operatˀ credēti aūt ī eū qui iustificat impiū reputatˀ fides eiꝰ ad iusticiaꝫ ꝭm ꝓpositū gratie dei. sicut ꝛ dauid dicit. beatitudinē hominis cui deꝰ decepto fert iusticiā sine operibus: cuꝫ ait. ps. xxxj. Beatus vir cui non impu. dn̄s pec. hec ille. Ideo Petrus pingitˀ cuꝫ duabus clauibus quia cum vna aperit portā iusticie. illis. s. q̄ dicere possunt cum ps. cxvij. Aperite mihi portas iusticie. ꝛ ingressus in eas confitebor dn̄o ꝛc. Cum alia ỽo aperit portā gratie ꝛ mīe: scꝫ illis quibus dr̄ ad Ephe. ij. Gratia enim iustificati estis per fidem. ꝛ hoc non ex vobis. Dei em̄ donū ē. nō ex operibꝰ ne q's glorietur. Tertius cancellarius est ille

V Deꝰ habꝫ tres cācellarios in curia sua.

ad quem spectat dare lr̄as pure grē ꝛ misericordie. Et hoc officiū habet beata virgo ꝛ ideo dr̄ mater grē ꝛ mīe. Un̄ refert maurilius ro. archieps. ꝙ cū quidaꝫ beate marie deuotus in tribulatiōe multa esset. ipa gl'iosa virgo sibi appuit ꝛ an se cognosceret requisiuit. Quo r̄ndēte ꝙ nō. Illa ait. ego sū mīe mater. Deinde subdit idē archieps. O maria mater sancta gratie ꝛ mīe mr̄ pietatis ꝛ indulgētie. aperi sinū pietatis ꝛ suscipe mortuos in peccatis. Istas aūt lr̄as misericordie dat solū in presenti vita. Nā aīabus decedentibus quibusdā dat lr̄as pure gratie. Alijs ỽo simplicis iusticie. ꝛ quibusdā mixtas. s. iusticie ꝛ grē. Quidam em̄ fuerunt sibi valde deuoti. ꝛ istis dat lr̄as pure gratie. ꝑ quas mādat vt detˀ eis gloria sine aliqua purgatorij pena. Alij aūt fuerunt miseri peccatores et eius indeuoti. et istis dat lr̄as simplicis iusticie. ꝑ quas mandat vt eis fiat cōdigna vindicta. Alij ỽo fuerūt in deuotione tepidi ꝛ remissi. ꝛ istis dat litteras iusticie ꝛ grē simul. ꝑ quas mādat vt et gratia eis fiat. ꝛ tn̄ illis inferatur aliqua purgatorij pena ꝓpter negligentiam et torporē. Et ista significantˀ in hester regina. q̄ vt habetˀ Hester. viij. scripsit litteras vt iudei saluarentˀ: ꝛ hostes īterficerentˀ. ꝛ pauperibꝰ munuscula darentˀ. Judei em̄ figurant beate virginis deuotos qui ipsaꝫ laudāt ꝛ glorificāt qꝛ iudeus interpretatˀ cōfitens. ꝛ isti portāt secū litteras sue saluationis. Hostes sunt pctōres miseri. ꝛ isti portant secum lr̄as sue damnationis. Paupeꝛes sunt in deuotione tepidi ꝛ remissi ꝛ isti portāt secū litteras sue purgationis. ꝑ q̄s mandatˀ vt dentur eis munuscula. i. parua ꝑmia. Nam fiet quidē eis gratia ꝓpter aliqualē deuotioneꝫ. sꝫ parua ꝛ cū purgatorij pena ꝓpter negligentiā et torporē. Uigesimatertia excellentia benedicte ỽginis dr̄ affectionis. ꝑ cuiꝰ declaratione ꝓbabimus hāc verissimā ꝯclusioneꝫ tribus rōnibus. s. ꝙ q̄libet aīa tenetˀ affectuose et cordialr̄ diligere beatā virginē sup oēs puras creaturas. Prima aūt rō dr̄ sublimitationis. teste em̄ Sen. v. de bn̄ficijs. Quicūq3 nō reddit equalens ꝓ suscepto bn̄ficio vitiuꝫ ingratitudinis incurrit. ꝛ Greg. ait. cum augentur dona. rōnes etiam crescūt donoꝝ ꝛc. quasi dicat Grego. ꝛ Sen. Tanta debet esse dilectio ꝛ charitas cuiuslibet erga benefactorē suum quanta est dignitas ꝛ bonitas donꝫ

Maria sup oēs affectu offime diligenda.

suscepti seu bñficij.qđ pꝫ. Nam si qs subli
maret vnā vilissimā rusticā ad dignitatem
militis.comites.vel marchiōis.talis vtiqꝫ
tātā tenereť illū diligere qui eum sublima/
uit quātū fuit donū sublimatiōis ꝛ digni
tatꝫ illi collocate. Multo aūt mag eū tenere
tur diligere si eū sublimasset ad dignitatē
ducalē regalē aut imperatoriā. Sꝫ si illum
sublimaret ad dignitatē epalem vel ad car
dinalatū seu ad papatū.tāto eū mag tene
reť diligere quāto spūales dignitates oēs
tēporales excedunt. vnde dr in.c.solite . de
maio.ꝛ obe.ꝙ summꝰ pontifex impatorem
antecellit in spūalibus.q̄ tanto tēporalibꝰ
sunt digniora quanto aīa perferť corpori.
Ex quibꝰ oībus pꝫ quantū debet benedi/
cta vgo amari ab hūmana natura que illaꝫ
prouexit ac sublimauit et exaltauit vsqꝫ ad
dignitatē ꝛ altitudinē diuinitatis.atqꝫ ip/
sam naturā humanā.q̄ in cōparatione dei
est vilissima deificauit dū illam deo coniun
xit in vnitate psone supra quā dignitatem
ipse deus cum oipotentia sua nullo pacto
posset hūanā naturā magis eleuare et sub
limare. Nā ex tali inseparabili cōiunctione
deus factus est hō et homo deus.qua grā ꝛ
quo dono nihil maius vnq̄ ab ipso deo re/
cipi posset.dicente Augu.in.iij.de trini.ca.
xix. In rebus p tempus ortis illa summa ꝛ
excellentissima grā est ꝙ homo in vnitate
psone deo coniunctus est.Et Bernar.dicit.
Idcirco dei filius ex clementia homo factꝰ
est vt homo fieret deus.qua clementia nul
la maior potuit reperiri.Et ꝙ hoc sit verū
probať rōne cōiunctionis siue assimilatio
nis. Teste eīn pho.in.li.de pprie.re. Infe/
rior species supiori cōiuncta accipit simili/
tudinē ꝛ denomīatonē supioris spēi vt pꝫ
in fluminibꝰ que cū habeāt specifica nomīa
cum p se existūt.tn̄ cū coniunguť cū mari
pdunt nomen ppriū . ꝛ mare appellanť.
Similr si filia alicuius rustici coniungereť
in matrimonio cū aliquo,rege vel imperato
re.respectu talis cōiunctionis nō amplius
rustica.sed magis regina vel imperatrix vo
careť. hūanitas igiť q̄ mediante intemera
ta vgine coniuncta fuit diuinitati vbi dei.
gaudet puilegio ipsius diuinitatis dū ho/
mo ex ipsa cōiunctiōe deus digne appella/
tur.O grādis dignitas . o magna sublimi/
tas. o ineffabile puilegiū . o ienarrabilis
prerogatiua ꝙ ipsa btā vgo vt sic dixerim fe
cerit de deo hoiem. ꝛ de homie deū.Cū eīn

Incar/ natiōis vnio. maria ꝛ

vt ait Ansel.in lib . monologion deo nihil
maiꝰ cogitari possit.hec benedicta vgo ad
tantā dignitatē sublimauit humanū genus
ꝙ maior nō valet cogitari. Nullius eīn di
gnitatis et excellentie sunt angeli ꝛ archan
geli atqꝫ oēs alij beati spūs in cōparatio/
ne hoīs deificati.cuꝫ tn̄ ante talē sublima/
tionē hūane nature minor angelꝰ paradisi
nobilior esset necdū natura sed glīa quoli/
bet hoīe nōdū beatificato. ppter qđ pphe
ta inquit deo ps.viij. Minuisti eū paulo/
minꝰ ab angelis.Et saluator ait de Johan
ne baptista Matth.xj.Qui minor est in re
gno celoꝝ maior est illo. Ad hanc autem
dignitatē deificationis puenit natura hūa
na merito ipsius vginis gloriose que pre/
dictam hoīs deificationē plus sola meruit
ꝙ qđlibet indiuiduū humane nature.Et
pmo rōne fidelitatis quia maiorē fideꝫ de
incarnatione filij dei. ꝛ de hoīs deificatiōe
habuit ꝙ quelibet alia persona humana.
Unde ideo cōcepit dei filiū.qꝛ sup oēs cre/
didit incarnandū.ꝛ ppť hoc illi dixit eliza
beth Luce.j. Btā q̄ credidisti.ꝛc. Scđo hoc
pmeruit rōne puritatis . qꝛ eīn purissima
fuit sup oēs puras creaturas . ideo digna
fuit ꝙ deꝰ cū eius purissima carne vniret.
et de eius purissimo sanguine corpus xpi
formareť.bm eīn Alexā.de ales in.iij. par/
te summe questione.v.arti . xvj. in corpore
questionis.et articuli.xix.etiam in corpore
questio.Beata virgo etiam in cope matris
sue habuit puritateꝫ maximam qua excede
bat puritatem Ade quam habuit ante pec/
catum. Item excessit puritatem angelorum
quia illi crescere non possunt in merito nec
decrescere nec sir in puritate. Beata auteꝫ
vgo potuit proficere in merito. ꝛ nunq̄ de
fecit.sed vsqꝫ ad vltimū puritatis gradum
possibilē creature nō vnite deo puenit.vn/
de oēm puritatem rationalis creature post
filiū excessit.Et ideo eius incarnationē pro
meruit . Tertio hanc meruit rōne humili/
tatis.Quia eīn ipsa sup omes humillima
fuit.ideo dei filius volens altitudinē suam
humiliare vsqꝫ ad assumptionem vilissime
carnis mortalis.iuxta illud ad Philipē.ij.
Christus exinaniuit semetipsum formā sui
accipiens ꝛc. Non debuit incarnari nisi in
ipa virgine humiliori creatura q̄ vnq̄ fue/
rit vel erit.vt profundissima humilitas cre
ature infinitam humilitateꝫ susciperet ma
iestatis diuine, Et ideo Bernar.assignans

y Incar/ natiōis vnionē maria oībus alijs plꝰ sola meruit.

diligat. ꝙ vnusqꝫqꝫ nisi sit peior adultero ꝛ cane atqꝫ bestijs. eã ex corde diligere debꝫ. Quõ aũt btã ꝟgo nos cordialissime diligat pꝫ sic declarãdo. Cũ em̃ sit qntuplex amor scꝫ seruilis. quẽ hꝫ seru⁹ ad dñm suũ. de q̃ dr Mat.xxiiij. Et Luc.xij. Fidelis seruus ꝛ prudẽs quẽ ꝯstituit dñs sup familiã suã. Scõs aũt amor socialis. de quo dr Eccli. vj. Amico fideli nulla est cõparatio. ꝛ nõ ẽ cõdigna põderatio auri ꝛ argẽti cõtra bonitatẽ illi⁹. et autor libri q̃ dr facet⁹. c. vj. canit. Utilius hoi nihil est ꝙ fidus amicus. Tertius ꝟo dr amor naturalis ꝓut est parentũ ad filios. ꝛ ecõtra. q̃ maior est precedentib⁹. de quo dr. viij. Ethi. Generãtis ad genitũ naturalis est amicitia. scꝫ magna. Quart⁹ aũt est amor m̃rimonialis. s. viri erga vxorẽ ꝛ ecõtra. ꝛ iste amor excedit supradictos. vñ Geñ. ij. dr. Relinquet hõ patrẽ suũ ꝛ matrẽ suam. ꝛ adherebit vxori sue. et erũt duo i carne vna: Sed qntus amor dr celestialis. q̃ est celestiũ angeloꝝ ꝛ btõꝝ: ꝛ excedit oẽs ꝑdictos. Est em̃ tãte ꝑfectiõis ꝛ magnitudinis ꝙ sol⁹ amor vnius angeli ad nos est perfectior ꝛ intẽsior actu ꝙ oĩs amor quadruplex ꝑdict⁹ actiu⁹ ꝛ passiuus in p̃nti vita. qm̃ ex diuina visione causatur amor ꝑfectior ꝛ efficatior ꝙ simpl'r ex fide. Et posito ꝙ angelus inferioris chori nos diligat cũ mille gradib⁹ charitatis. clarum est ꝙ archãgelus q̃ est maioris capacitatis in decuplo nos magis diligit. s. cũ decẽ milibus gradib⁹ charitatis. Ascẽde ꝑ successiue vsqꝫ ad seraphin sẽper multiplicando amorẽ i decuplo. Quib⁹ pact ꝫ. si ponat̃ ab vno latere oĩs amor ꝑdictus qntuplex. ab alio ꝟo amor bñdicte ꝟginis. dico ꝙ ipsa sola incomparabil'r nos plus diligit. maioriqꝫ charitate nobis afficit̃ ꝙ oẽs ꝑdicti simul. nã sicut predictũ est ꝫm sniaꝫ Diony. in lib. de angelica hierarchia Charitas et amor supioris ordinis in cõparatione inferioris est sicut circũferẽtia ad suũ centrũ. Et iõ cũ btã ꝟgo sit sup oẽs ordines ꝛ hierarchias angelicas exaltata intãtũ ꝙ ipsa fac̃ ordinẽ ꝛ hierarchiã incõicabilẽ vt ꝑdiximus. sequit̃ ꝙ oĩs amor angeloꝝ ꝛ sctõrũ in cõparatiõe eius est centrũ terre in cõparatiõe ad circũferentiã ipsi⁹ terre ꝛ oĩm celoꝝ ꝛ sicut apex ꝛ cacumen acus in cõparatiõe toti⁹ maris. Uñ de ipsa inquit Hiero. in sermone ad Eustochiũ. Totã eã incãduerat diuinus amor scꝫ nõ solũ in amorẽ

Amorẽ quintuplex

maria nos pl⁹ oĩb⁹ diligit.

sui: sed etiã nostri. Et iõ ipaꝫ cordialissima dilectione amare tenemur. Uigesimaqrta excellentia eius dr honoratiõis. Dei nãqꝫ fili⁹ honorauit matrẽ suã in vita. i morte. ꝛ post mortẽ. Nã i vita ipsi⁹ matris sue q̃ttuor illi fecit honores. Primus honor fuit. qꝛ magis famã ipsius ꝙ ꝓpriã zelauit. Et h qñ spõsum illaꝫ habere voluit. Poti⁹ em̃ voluit putari ad tẽpus ꝙ esset nat⁹ ex m̃rimonio. ꝙ m̃rem suã infamari de adulterio. vñ Ambro. sup Luc. ait. Idcirco xp̃s matrẽ suam voluit despõsari. ne temerate virginitatis adureretur infamia. Maluit aũt aliq̃s de suo ortu ꝙ de matris pudore dubitare ꝛc. Scõo eã honorauit qñ p̃e ceteris mulierib⁹ q̃ fuerãt ante illã. ꝛ q̃ postea fuerunt vl' erunt ipsam elegit in matrẽ. Uñ ei dicit Sedulius poeta. Nec primã similẽ visa es. nec habere sequentẽ. Sola sine exẽplo placuisti femĩa xp̃o. Tertius honor fuit. qñ dignat⁹ ẽ eius filius vocari ꝛ subijci. Uñ Ber. sup Missus est inqt. Eya deũ regẽ hoĩm ꝛ angeloꝝ suũ audacter appellat filiũ dicens. Fili q̃d fecisti nobis sic? Ecce Marie priuilegiũ. Quis em̃ hoc audeat angeloꝝ? Deinde descendit cũ illis et venit i Nazareth. ꝛ erat subdit⁹ illis. quartus honor fuit qñ eã in cruce existẽs discipulo cõmendauit. Uñ Petrus dami. ait. Commisit dñs Petro claues eccl'ie. voluit ꝛ beato Iohãni custodiã delegare Marie. Mater est Maria. ꝛ mat̃ eccl'ia. Sed maria mater xp̃i. Ecclesia mater xp̃ianoꝝ. De maria xp̃us carnẽ suscepit. Ecclesiaꝫ ꝟo de lateris sui carne ꝓduxit. Ex maria prodijt ꝫm carnẽ natus. ꝛ ecclaꝫ protulit carne iã mortuus. Ex maria voluit nasci ꝛ pro ecclesia dignat⁹ est mori. Ex maria semel natus est in ꝑsona sua. ex ecclesia nascuntur quotidie mẽbra sua. Dixit autẽ dñs Petro. Tibi dabo claues regni celorũ. Sed nũquid ꝛ btã ꝟgo celũ nõ fuit. in cui⁹ vtero ꝟginali. nouẽ mẽsib⁹ tota diuinitatis plenitudo ꝑmãsit. hec ille. Scõo honorauit xp̃s matrẽ suã in morte sua. qꝛ ad eius obitũ cum tota celesti curia aduenit. ꝛ ad feliciter exeundũ de miseria hui⁹ mũdi ipam inuitauit. dicẽs illud Cañ. ij. Surge ꝓpera amica mea. columba mea. formosa mea et veni Iam em̃ hyems trãsijt. imber abijt ꝛ recessit ꝛc. Que ꝟba exponens Hugo de sancto vic. dicit. ꝙ hyems ꝛ imber est vita mortalis que tanꝙ hyems ad aggrediendũ bo

B

Maria a xp̃o supoẽs honorata.

mirificis possent efferre preconijs. Olum
em̄ preconū excedit magnitudinē. τ omne
eloquiū ad eius excellētiā insufficiēs inue/
nitur. Tertio ꝓpter nostrā imbecillitatem.
Vn̄ Aug. inq̄t. O felix puerperiū. iocūdum
angelis. optabile sanctis. necessariū perdi/
tis. congruū profugatis. Quid ego dicam
pauper ingenio. cum de te quicquid dixe/
ro minor laus est q̄ tua dignitas meretur
Quid de te digne referā. cū nō sufficiat lin
gua carnis tuas enarrare virtutes. Et Da
mascenus ait. Qualiter eam laudare pote/
rit mortalis hominis verbū. que de se ꝓtu
lit verbū qd̄ manet in eternū. Que lingua ī
eius laude inuenietur idonea. que illū ge/
nuit cui oīa benedicūt. τ cum tremore obe/
diūt elemēta. Impares igitur illi sunt oēs
humane lingue preconū. que de intemera/
te carnis sue visceribus cibū nobis ꝓtulit
aīarum. τ Hiero. vbi. s. dicit. Profecto nec
sanctitas nec facūdia mihi suppetit vt bea
tā τ gl'iosam virginē digne laudare queā.
Om. vt verū fatear. quicq̄d humanis dici
pōt ṽbis. min⁹ est a laude ṽginis τc. Quar
to eā sufficiēter laudare nō possum⁹ ꝓpter
verboꝝ penuriā τ paupertatē. quia. s. ṽba
ad hoc idonea nobis deficiūt. vnde Augu.
dicit. O beata virgo si celū te vocē altior es
si matrē gentiū dicā precellis τc. τ Petrus
dami. ait. Cū beatissime dei genitricis lau/
des scribere volumus. nulla inuenim⁹ ver/
ba quibus illas digne exprimendo suffice/
re valeamus. Tollit em̄ facultatē sermonis
materia singularis. Et Gerardus ep̄us et
martyr inquit. Utinā tot mihi essent līgue
quot sunt celi stelle. vt oēs illas possem cō
uertere ī laudē genitricis dei. nec tn̄ sic me
Maria oib⁹ cō/munis/sima. valerē satiare. Uigesimasexta ei⁹ excellē
tia dr̄ cōitatis. Ipsa em̄ fuit ꝑsona cōis nō
singularis. vt cū omnibus cōueniret. et ad
oēs se ptinere ostenderet. Primo nāq̄ fuit
cōtemplatiua τ actiua. Quia em̄ actiui se/
pe despiciūt cōtēplatiuos. appellātes eos
ociosos. τ cōtēplatiui actiuos tanq̄ terre/
nis actib⁹ nimis intētos. Ideo ipsa voluit
esse in hoc duplici statu. vt vtrūq̄ approba
ret. Et ideo appellaṫ sol Can. vi. quia sicut
sol est in medio planetaꝝ. sic τ ipa est in me
dio ꝯtemplatiuoꝝ τ actiuoꝝ. Planete q̄dē
supiores significāt ꝯtemplatiuos. qui ma/
gis appropinquāt ad celū. Planete ṽo in/
feriores significant actiuos qui magis ap/
plicanṫ terrenis. Ipsa ergo benedicta ṽgo
tanq̄ sol est in medio. inflāmās contempla
tiuos in diligēdo. τ actiuos illuminans in
agēdo. Scdo ipsa fuit religiosa τ laica. se/
pe em̄ religiosi laicos cōdenāt. τ laici reli/
giosos iudicant. Et iō beata ṽgo fuit clau/
stralis. q2 in suo thalamo habitabat. τ fo/
ras sine magna necessitate vel vtilitate nō
exibat. Et fuit laicalis. q2 ceteris feminis
se conformabat. τ cū eis ad tēplū τ ad dies
festos ibat. vt pꝫ Lu. ij. Et ideo significatur
per tēplū. iuxta illud ps. xlvij. dicētis deo.
Suscepimus deus miaꝫ tuā in medio tem
pli tui. Sicut em̄ tēplū est locus cōis laicis
τ clericis. sic ad ipsam oēs cōiter accedere
possunt. Laici vt terrena sapiēter diligant.
Et religiosi vt mundana contemnāt. Ter/
tio fuit virgo τ cōiugata. Uirgines em̄ de/
spiciebāt coniugatas. tanq̄ corruptas. Et
cōiugate despiciebāt ṽgines tanq̄ infecun
das. Et iō ipsa in hoc duplici statu esse vo/
luit. τ vtrūq̄ approbare. Et iō significatur
per firmamētū. qd̄ est in medio aquarum.
Nā aque supiores in crystallū conuerse si/
gnificāt ṽginitatē. Aque ṽo inferiores flu/
xibiles matrimoniū. Beata igitur virgo est
tanq̄ firmamētū ī medio illaꝝ aquaꝝ. vir
gines cōfirmās in ꝓposito castitatis. τ con
iugatas ī studio bone opationis. Quarto
fuit p̄lata τ subdita. sepe em̄ p̄lati despiciūt
subditos. τ subditi iudicāt p̄latos. Et ideo
ipsa fuit p̄lata qn̄ in matrē dei fuit assum/
pta. τ tn̄ fecit se subditā. qn̄ se vocauit ācil/
lam. vn̄ significaṫ per lignū vite. de quo dr̄
Gen̄. ij. Lignū vite in medio paradisi. Pa/
radisus em̄ significat eccl'iam. in qua sunt
p̄lati τ subditi. ī quoꝝ media est btā virgo
tanq̄ lignū vite reficiēs p̄latos cibo sapiē
iuxta illud Eccli. xv. Cibauit illū pane vite
τ intellect⁹. τ subditos cibo salutaris obe/
dientie. de quo dr̄ Jo. x. Meus cibus est vt
faciā volūtatē eius q̄ misit me. Quīto fuit
cōsolata τ tribulata. Sepe em̄ tribulati cō
solatos iudicant. τ ꝯsolati tribulatos con/
demnāt. Et ideo ipsa fuit in maxima conso/
latione. qn̄ ei angelus aduentū filij dei nū/
ciauit. τ qn̄ ipm̄ saluatorē mūdi concepit.
Vn̄ dixit Luc. j. Exultauit sp̄us me⁹ in deo
salutari meo. Fuit etiā in maxima tribula/
tione qn̄ filiū suū crucifixū vidit. τ iō figu/
raṫ ꝑ lunā Can. vj. Luna em̄ lucet ī nocte.
τ qn̄q̄ etiā appet in die. sꝫ tn̄ lux ei⁹ magis
apparet in nocte. Et sic beata virgo appa/
ret his qui sunt in die cōsolatiōis erudiens

eos ne euanescāt per inanē leticiā. ⁊ his q̄ sunt in nocte tribulatiōis confortans illos ne frāganṫ p ipatientiā. Magis aūt lucet his q̄ sunt in tribulatiōe φ̄ illis q̄ sunt ī cō solatione Sexto fuit iusta. ⁊ tñ nō vitauit pctōꝝ remedia. vt patuit in eiꝰ purificatōe Lu. ij. Sepe aūt iusti despiciūt pctōres. et pctōres vilipendūt iustos. ⁊ tñ ipsa fuit iusta. vt iusti p eā recipiāt graꝫ. ⁊ voluit pctōꝝ hr̄e remedia vt pctōres p illaꝫ speret inuenire veniā. ⁊ iō significaṫ p aurorā Cañ. vj. ⁊ p stellā matutinā Eccli. l. Aurora em̄ ⁊ stella matutina sunt media inter noctem ⁊ diē. ⁊ ipsa est media inter pctōres ⁊ iustos Per ipsam em̄ pctōres recipiūt miām. ⁊ iusti felicitatē eternaꝫ. Septimo fuit diues et paup. Sepe em̄ diuites vilipēdūt paupes ⁊ paupes ipsos diuites dānādos putāt. et iō ipsa diuitias hr̄e voluit qñ magi suo filio aurū obtulerūt. sed tñ pauptatē elegit. qꝛ illud paupibꝰ erogauit. Ut ex hoc dareṫ intelligi φ ⁊ diuites ⁊ paupes pñt saluari sꝫ tñ tutior est via pauptatis φ̄ vbertatis. Et iō significaṫ p oliuā ī cāpis Eccli. xxiiij. ad quā oēs tā diuites φ̄ paupes accedere pñt. Ad ipaꝫ em̄ accedūt paupes vt spūalibus diuitijs ditenṫ. Accedūt ⁊ diuites vt ī suis diuitijs dirigant. Uigesima septima excellētia eius dꝛ cōtritionis. Ipsa em̄ cōtriuit caput serpētis infernalis sicut illi predixerat deus Gen̄. iij. di. Ipsa conteret caput tuuꝫ. Per caput aūt intelligi pōt eiꝰ suggestio vel potestas. aut astutia. Primuꝫ caput. i. suggestionem ipsa cōtriuit ⁊ fregit ita φ nulla diabolica suggestio ad ipsam appropinqre ausa fuit. vñ Fulbertus epūs ait. Quid est caput terere nisi principalem diaboli suggestionē resistēdo supare. Beata igitur Maria caput eius ꝯtriuit in h̄ φ ꝟginitatē ⁊ hūilitatē seruauit. virginitate naqꝫ extīxit ꝯcupiscētiā carnis ⁊ humilitate supbiā mētis. Scdꝫ caput diaboli. s. potestatē eiꝰ ipa ꝯtriuit p filiū suū p quē ipm diabolū suo dñio expoliauit. Uñ filiꝰ eiꝰ dicebat Jo. xij. Nūc princeps huius mundi eijcieṫ foras. Tertium caput. s. astutia diaboli diuiditur in tria capita. s. in sapiētiam terrenā. animalē ⁊ diabolicā. sicut dicitur. Jaco. iij. Sed ipsa cōtriuit sapientiā terrenam per paupertatē. animaleꝫ. i. carnalem per virginitatē. ⁊ diabolicam. i. superbiam per humilitatē. Uel pōt dici φ diabolꝰ est maliciosus. immūdꝰ. superbus. ⁊ astutus.

Maria caput serpentis conterens.

Ipsa igitur cōtriuit maliciosum p charitatem suā. iuxta illud Judi. h. ix. Percutiam eū labijs charitatis mee. Sicut em̄ serpēs semper portat venenū ī ore. sic diabolꝰ semper portat maliciaꝫ in suggestione. ⁊ ꝯtrio beata virgo semper portauit charitatis medelā in corde. ope ⁊ sermone. ⁊ sicut serpēs qñ lapidibꝰ obruiṫ fundituꝰ necaṫ. sic diabolus qñ orōnibꝰ btē ꝟginis percutiṫ ab omī sua malicia eneruaṫ. ⁊ iō bn̄ dꝛ. Percutiam euꝫ labijs charitatis mee. Labia em̄ charitatis marie sunt eiꝰ orōnis q̄s p nobis effundit ex intimo amore cordis. Scdō ꝯtriuit immundū per ꝟginitatē suā. Demones em̄ dicūṫ immūdi. qꝛ īmūditias diligūt. ꝓcurāt ⁊ suadēt. ⁊ ī cordibꝰ immūdoꝝ libēter habitāt. Sed istos īmūdos ipa ꝯtriuit merito sue ꝟginitatis ⁊ puritatis. Uñ in figurā dꝛ Judith. ix. Erit memoriale noīs tui cū manꝰ femine deiecerit eū. Ista est em̄ illa manus. de qua dꝛ Prouer. vl. Manū suam misit ad fortia. Que autē sint illa fortia dꝛ ibidē. Accinxit fortitudine lūbos suos. roborauit brachiū suuꝫ. Tertio ꝯtriuit superbū per humilitatē suā. Uñ in figura dꝛ Judith. xiiij. Una mulier hebrea fecit ꝯfusionē in domo nabuchodonosor regis. Sicut em̄ magna ꝯfusio esset alicui gigāti si vna puella ipm vinceret vel ligaret. Sic superbis demonibꝰ magna confusio fuit qñ ista puella bñdicta per suā humilitatē eoꝝ superbiā superauit. iuxta illō Job. xl. Ligabis eū ancillis tuis. vna em̄ de maioribꝰ ancillis dei īmo maior oīꝫ fuit btā ꝟgo q̄ per suā hūilitatē ligauit diaboli ptātē. Quarto ꝯtriuit diabolū astutū. iuxta illō qō ī figurā dictū fuit Judic. iiij. In manu femīe tradeṫ sysara. i. diabolꝰ. Ipe em̄ diabolꝰ est valde astutus. vñ apl's inqt. ij. ad Cor. ix. Timeo ne sicut serpēs sedurit Euā astutia sua. ita ⁊ sensus vestri corrūpanṫ ⁊c. Uirgo aūt maria est valde sapiēs. vñ Prouer. xiiij. dꝛ. Mulier sapiēs edificat domū suā. i. ecclesiā militātē. Ipse igiṫ sysara traditꝰ est ī manu femine. qꝛ astutia diaboli tradita est sapiētie marie. qꝛ illud qō diabolus astute cogitat. hoc ipse sapienter ordinat. Ista est illa mulier. de qua dꝛ. ij. Reg. xx. Exclamauit mulier sapiens de ciuitate. ⁊ infra. Ingressa est ergo ad omnē ppl'm. ⁊ locuta est eis sapiēter. qui abscissum caput sibi proiecerūt ad ioab. Ipa em̄ ꝟgo Maria mulier sapiētissima ad deū clamat qñ suis oribꝰ

